



L. 2/2


Regist. 1835

8

 **BIBLIOTEKA**
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVII 436



OBSEKVATION
EXTREMITATUM
CO. COLLEGIUM
AD STEPHANVS
IN P. IORVM
REGALIS ACCOMMO



PRACTICARVM
OBSERVATIONVM
EX IVRE CIVILIT SAXONIC
CO COLLECTARVM, ET
AD STYLVM VSVMOQ3
IVDICIORVM CVRIAE
REGALIS ACCOMMO



DATARVM

CENTVRIA PRIMA

AVTHORE

ANDREA GYPSKI A LIPE SAC.

REGIAE MAIEST: A SECRETIS

RIGAE LIVONVM

EXCVDEBAT NICOLAVS MOLLINVS.

ANO. D. M. DC. II.

IN AEREM REGNI
POLONIAE



Anniger ecce louis fulgens candentibus alis,
Indomitum robur marlia & arma notat.
Militia atque omni praestat Virtute Polonus,
Pro Patria latus fortia quoque pati.
Saepe Schyrtas strauit, Moscos quoque sepe repressit,
Hostibus exq; aijs clara trophea tulit.
Ergo alas expande Aquila & tua regna tuere,
ARMIS, IVSTICIA, RELIGIONE, FIDE.

XVII - 436 - III

SERENISSIMO ET
POTENTISSIMO PRINCI-
PI AC DOMINO D. SIGISMUN-
DO TERTIO, DEI GRATIA PO-
LONIAE ET SVECIAE REGI, MAGNO DV-
CILITVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MA-
ZOVIAE, SAMOGITIAE, LIVONIAE Q; &c.
DOMINO CLEMENTISSIMO.



Maiestatem Imperatoriam SE-
RENISSIME REX, non solum ar-
mis decoratam, sed etiam legibus debere esse
armatam, magnus ille Imperator Iustinianus
praclare censuit, ut utrumq; tempus & bello-
rum & pacis, recte possit gubernari, & Princeps
ipse, non solum in hostilibus praelijs victor ex-
istat, sed etiam per legitimos tramites calumni-
antium iniquitates expellat, fiatq; tam juris re-
ligiosissimus, quam victis hostibus triumphator
magnificus. Duæ enim sunt praecipuæ Prin-
cipum atq; Regum virtutes, iusticia atq; forti-
tudo, duplices artes, legum & armorum, ut &

*

ho-

hostium impetus virtute reprimere, & statum Reipub. tranquillum juris æquabilitate tueri possint. Atq; extollant alij virtutem bellicam, eamq; unicum Reipub. firmamentum & propugnaculum appellent: addant & illud, nullam rem aliam, maiorem summis regibus gloriam unquam comparasse; tamen & illud fateantur necesse est, arma sine iusticia vix aliquid præclarum posse, imò pestem & perniciem potius, quàm salutem atq; dignitatem Rebuspub. afferre, nisi domi quoq; ea provideantur ac curentur sedulò, quæ magna ex parte Rempub. florentem & pacatam, omnibusq; animi ac fortunarum bonis affluentem, firmam deniq; & diurnam efficiant. Hoc autem tum demum rectè fiet, cum Principibus caræ fuerint principes illæ virtutes, pietas, iusticia, ac legū observantia, quæ Rerumpub. anchora est firmissima. Nec inmeritò. Lex siquidem divinæ benignitatis inventum atq; munus est, cuius præsidio im-

pro-

probi metu pœnarum in officio & debita obedientia retinentur; boni verò in pace vivunt, & ab injurijs improborum tuti sunt. Ac cùm ij, quos supra cæterorum hominum conditionem erectos rerum humanarũ administrationi divina providentia admovit, Deum imitari, & quasi vivum ipsius simulachrum in terris esse censeantur, atq; salus subiectorum, secundum Deum, ex illorum consilio & incolumitate dependeat; jure meritò maximæ illis curæ esse debet, ut non solùm armorum copia, aut exercituum robore, verum etiam justitia, pietate, & prudentia, alijsquè virtutibus, subiectos populos regant atq; gubernent. Quibus quidem virtutibus Maiestatem Vestram instructam esse, hisque artibus tot provincias atq; regiones feliciter tueri atque moderari, res ipsa testatur. Optimi enim & pientissimi regis nomen, tam apud suos, quàm apud exteros, eximia & plus quàm credibili pietate, atq; innata clementia Maiestas Vestra sibi comparavit: nec solùm, quòd placi-

dè ac benignè suis imperet, omniaq; consilio
rationis potius, quàm affectu administret; sed
& eò magis, quod justiciam, eiusq; leges sacra-
tissimas magno in honore & pretio habeat, ex
earum præscripto & ipsa vivat, & alios exemplo
suo ad earum cultum atq; studium excitet, & ne
à quopiam illæ labefactentur, omni studio atq;
vigilantia provideat. Quis verò Sacræ Maiestatis
Vestრæ in judicandis & decidendis causis con-
stantiam summa cum prudentia coniunctam
non admiretur? Quis incredibilem justitiæ &
æquitatis zelum, laudibus in cælum usq; non
extollat? Sanè nihil in sanctissimo Tribunali
Maiestatis Vestრæ honori & dignitati litigan-
tium dari, nihil improbitati aut audaciæ cedi,
quinimò afflictos excitari, innocentiam defen-
di, miseris subveniri, & omnium sine discrimine
querelas atq; controversias audiri atq; expediri,
nemo inficias ibit. Cæteras deniq; Maiestatis
Vestრæ heroicæ, verèq; regias virtutes, quis pro
dignitate pari oratione commemorare potest?

Feli-

Felices verè nos, Remq; publicam nostram dicere possumus, qui post tot & tantos, & ad omnem posteritatis memoriam insignes triumphos, auspicio Sacræ Maiestatis Vestræ ex hostibus partos, pietatis, justiciæ, atq; aliorum Reipublicæ commodorum insignia percipimus incrementa. Harum itaq; Serenissimè REX virtutum maximarum atq; heroicarum laude & veneratione inflammatus, splendoreq; regię dignitatis & amplitudinis inductus, beneficiorum insuper in me collatorum merito impulsus, multum diuq; mecum cogitabam, quonam modo & ratione, observantiæ & fidelis meæ subiectionis, gratiq; animi specimen Regiæ Maiestati Vestræ testari ac declarare possem. Ac tandem offert sese PRACTICARUM OBSERVATIONUM CENTURIA, quas ego vel maximè ad usum eorum, qui in foro versantur, & qui vel præstunt, vel agunt causas in iudicio, ex jure tam Civili quàm Saxonico utroq;, provinciali scilicet & Municipali, magno cum labore

&

& studio collectas, ad praxim Curiaē Maiestatis
Vestraē Regiaē, (quam rationem juris dicendi
Serenissimi superiores Poloniaē Reges, præde-
cessores Maiestatis Vestraē, non modò urbibus
& oppidis Regni, verumetiam plerisq; pagis ma-
gna cum laude, summaq; prudentia concesserê)
pro virili traduxi & accommodavi. In quibus
præjudicia quoq; Maiestatis Vestraē Regiaē, &
DD. Assessorum Curiaē eiusdem, in varijs causis
diversis temporibus prolata, legumq; civiliū &
Saxonicarum authoritatibus suffulta compre-
henduntur. His igitur de causis non indecorum
neq; inofficiosum, (ut cum Iurisconsulto lo-
quar) multò minus temerarium esse putavi,
hasce meas lucubratiunculas inter aulica Maie-
statis Vestraē Regiaē negotia, horis planè subse-
civis elaboratas, Sacraē Maiestati Vestraē Regiaē,
ea qua par est observantia & humilitate offerre,
no. niniq; ipsius sacratissimo deoovere. Nec du-
bito Maiestatem Vestram Regiam, pro ea, qua
in omnes est singulari benignitate atq; gratia,
hanc

hanc etiam meam erga Maiestatem Vestram
summam observantiam & cultum, fidelisque
& subiectissimi servitoris quaecunq; specimen
grato animo accepturam, illudq; quando per
seria licebit, benigno & sereno vultu aspectu-
ram. Eo etenim Regiæ Maiestatis Ve-
stræ benignissimo facto, non solum invidio-
rum, qui aliorum laboribus, cum ipsi instar
ignavi fuci in otio delitescant, sugillare, eosque
theonino dente arrodere consueverunt, temeri-
tas reprimetur; verum etiam amplioris gratiæ
apud Maiestatem Vestram Regiam consequen-
dæ, quam ego omnibus diuitijs fortunisque ante-
pono, spes affulgebit mihi maxima. Omnipoten-
tem Deum tota prece oro, ut Sacram Re-
giam Maiestatem Vestram, unâ cum charissima
sobole, quæ in spem regnorum egregiè in om-
ni genere virtutum crescit, quàm diutissimè in-
columem servet, omnes eius conatus atq; actio-
nes fortunet, ac omni genere donorum sanctif-
simi sui spiritus augeat atq; illustret, quò Maie-
sta.


state Vestra, ipsiusq; posteris nobis feliciter re-
gnantibus, justitiæ, pietatis, clementiæ, & alia-
rum, quæ in Maiestate Vestra conspiciuntur,
virtutum, jucundissimos percipiamus fructus
atq; emolumenta. Eidem Maiestati Vestræ
Regiæ, servitorum meorum, quæ vix tanto
Regi usui esse poterunt, humillima studia atq;
obsequia defero. Datum Cracoviæ Decimo-
quinto Calendas Decembris. Anno Salutis
M D C II.

SACRÆ M^{tes}. Vestræ Regiæ subis-
ectissimus atq; humillimus servitor.

Andreas Lipski à Lipe
S P. & S R.



BENEVOLIS LECTORIBVS.

Um in aula Sacrae Regiae Maiestatis septimum jam ferè annum agerem, & Illustrissimi ac Reuerendissimi in Christo Patris. D. PETRI TILICKI Dei gratia, Episcopi Varmiensis, Regniq; Vicecancellary, patroni mei obseruandissimi voluntate, non solum ijs negotijs, quæ in expediendis epistolis, & alijs regijs scriptionibus cumulatè occurrunt, vacarem; sed etiam fauore & beneuolentia eius in numerum Assessorum Curia adscitus essem: quis vsus, quæue utilitas in Regno legum sit Ciuilium, facile animaduerti. Licet enim quidam, rerum præsertim patriarum nimis religiosi obseruatores, iura Ciuilia tanquam exotica & peregrina, à moribus & consuetudinibus nostris prorsus aliena esse existiment: utpotè nostris hominibus regum suorum constitutionibus, proprijsq; statutis & consuetudinibus pro iure utentibus: attamen quia ius illud Ciuile Romanorum, ex præceptis juris naturalis & gentium, (quorum apud nos etiam non minor quàm alibi usus esse debet) Iurisconsultus Ulpianus constat esse testetur; meritò etiam nostris, non modò juris & iusticiae limina aduentibus sed cau-

* *

sa-

sarum etiam patronis, ac iudicandi munere fun-
gentibus, omnibusq; viris verè politicis, com-
mendatum esse debet. Quid enim si sacrarum
literarum monumenta excipias, hac disciplina,
cuius finis est equitas, & iusticia in hac societas
te hominum conseruatio, utilius aut honestius
esse potest? Hac certè concordia inter ciues &
vita communio tranquillè retinetur: huius præ-
sidio boni præmijs, mali contrà & societatis hu-
manæ violatores, grauissimis pœnis afficiuntur:
huius deniq; solius ductu Respub. feliciter ad-
ministrari, & regna rectè gubernari posse, plus
quàm manifestum est. Ac proinde mihi quoq; de
hac diuinarum humanarumq; rerum notitia,
pro virili mereri cupienti, & quonam modo ac
ratione nostrates ad ea studia jurisprudentia
impensius amplectenda, excitandi & alliciendi
essent, diu multumq; satagenti, neq; tamen in
me virum aut ingenij quidquam inesse, vel in
hac mea conditione, tantum mihi otij, quò præ-
clarum aliquid, vel omnibus numeris & parti-
bus absolutum, in eo studio à me suscipi posset,
suppetere animaduerteterem; tandem venit illud
in mentem, pulchrum esse in mediocribus saltem
consistere: in rebus quoq; publicè utilibus lauda-

ri nonnunquam voluntatem. His itaq; rebus animatus, & quod præclarum nihil esse, quod idem difficile non sit, existimarem, cum laborem, difficultatibus omnibus, ea, quæ in animis hominum existit communis utilitatis augenda cupiditate, victis atque superatis, suscepi, manumq; operi continuo admoueri, atq; diuina fauente clementia hanc **CENTURIAM PRACTICARVM OBSERVATIONVM CVRIÆ REGNI**, inter medias occupationes & publica negotia, succisuis ac planè fortinis horis, summo tamen studio & labore confeci. Quo in opere id à me actum imprimis est, ut ex huiusmodi observationibus ac decisionibus non modò cupida legum iuuentus, sed Aduocati etiam & Patroni causarum, ac quorumuis subselliorum iudices, tanquam ex communi quodam penu, uberrimos fructus percipiant, & quo modo, quauè ratione iura Ciuilia & Saxonica ad forensem practicam huius regni applicanda essent, melius intelligant. Neq; enim alia, meo quidem iudicio, commodior via & ratio ad intelligendos rectè Iurisprudentiæ fontes inueniri potest, quàm explicare ea, quæ usu & consuetudinibus obseruata, moribusq; ac stylo iudici-


diciorum, praesertim summorum Tribunalium
recepta sunt. Quamobrem cum rei ipsius com-
modo & utilitate ductus, tum aliorum, qui in
eo studio apud suos magna cum laude desudarunt,
exemplum sequutus, summi Tribunalis Curia
regni sententias atque praedicta, quae longa ob-
servatione privatoque studio in unum collegeram,
authoritatibus, ex ipsis fontibus juris Civilis
& Saxonici (quo potissimum jure Serenissimi
superiores Polonia Reges, Casimirus magnus,
Alexander, Sigismundus primus, & alij, urbes
& oppida sua, imò & pagos plerosque, uti perpe-
tuo voluerunt) desumptis, ea brevitatem & faci-
litate collustravi, ut à quovis etiam mediocriter
in jure versato intelligi percipere possint: qua-
estiones denique ipsas seu observationes ita compos-
ui atque in ordinem redegi, ut simul & methodi-
ca ratio, quae in ipsis fontibus conspicitur, con-
staret, & una materia ex alia dependere quodam
modo videretur. Porro superfluas legum & au-
thoritarum allegationes, quibus vulgò quidam am-
bitiosa magis, quam necessaria prolixitate scri-
pta sua infarcire solent, data opera omisi: idque
ob eam causam, ne videlicet legentium animos,
ignota quadam & prolixa authorum nomina-
tione,

tione confundere, vel pro rebus, notas saltem aliquas ijsdem obtrudere videar. Planè omisis huiuscemodi tadiosis authorum recensioibus, quibus alij plenas chartas complere solent, satius esse duxi, planam & perspicuam viam sequi, id est, genuina verba legum, prout in libris continētur, huic operi adiungere: Quod cūm ob ipsam commoditatem, ne videlicet semper ad libros recurrere necessum sit; tūm ob facilitatem, qua inde promanare videtur, legentibus non ingrātum fore existimo. Nec dubito, beniuolos lectores hanc meam qualemcunq; opellam equi boniq; consulturos, illamq; ab inuidorum & obtretatorum virulentis morsibus, si opus sit, fauenti animo defensuros esse. Quod si fieri intellexero, non tantum ipse laboris in eo opere suscepti me fructum consequutum esse existimabo, verum dabo operam, ut & illi in posterum quoq; ex studijs & lucubrationibus hisce meis, similes vel uberiores etiam fructus percipiant, & alteram Centuriam (si DEVS vita usuram aliquandiu concesserit) in publicum prodeuntem, breui videant. Valet, mihiquè & Studijs fauete.



ANDREAS SCHONEVS, THEOLO-
giae & I. V. D. ad Dominum ANDREAM
LIPSKI Secretarium Regium, Virum
Consultissimum

P Rodis te libro hoc quantus sis, quid valeasquè,
Prodis thesauros diuitis ingenij
Ante satis fuerat tua virtus nota Polonis,
Nunc te orbe in toto fama perennis aget.
Ancipites legum nodos mira arte resoluis,
Fontibus ex ipsis juraq; sacra doces :
Maiora haud patriae potuisti commoda ferre,
Praefers Iudicibus, Causidicisq; facem.
Non jam ex arbitrio privato, jure sed æquo
Decernet puteal, cuiq; suumq; dabit.
O Fas, ô Themis, ô Respublica, Rex, Proceresq;
Quæ dabitis merito præmia digna viro.





AD EVNDEM

ORDINE dum centena facis syntagmata le-
Antiquis legum par es in arte viris: (gum,
Non jam patronus metuet, nec turba cliētum,
Cum te doctore & iudice iusta ferent.
Multum TILICIO debebit Lechia, quòd te
Admovit causis, iudicijsquè suis:
Tu verò leges pergas proferre in apricum,
Sic tollet clarum iusticia alma caput.

Hieronymus Gorecki

I. V. D.






AD EUNDEM

Ordine dum contra facis synagoga
 A quibus legum parca in eis vixit
 Non iam parca in eis vixit
 Contra deos & iudice iustice
 Molam Tunc o debet iuris quod
 Admouit castis iudicibus suis
 Tu vero leges pergas proferre in agrorum
 Sic tollere clarum iudicis alia caput

Francofurti

L. V. D.



INDE X OBSERVA- TIONVM PRACTI- CARVM.

I.

An quis de domo in jus
vocari possit?

II.

An praesens in iudicio ci-
tari debeat?

III.

In quo foro aliquis con-
veniendus sit.

IIII.

De foro Scholarium.

V.

An propter solam con-
veniendi utilitatem ali-
quis in foro alieno conve-
niri possit?

VI.

Reconventio an de iure
locum habeat?

VII.

Fori renunciatio an sit
valida?

VIII.

Arresta an de iure locum
habeant?

IX.

Repressalia quae dicantur,
& an iure sint permessa?

X.

De contumacia actoris.

XI.

De contumacia rei.

XII.

De legitimis impedi-
mentis.

XIII.

De libello & Guaranda.

XIIII.

De satisfactionibus acto-
ris & rei.

XV.

Vtrum accusans aliquem
de crimine, satisfacere tenea-

tur.

INDEX OBSERVATIO-

tur? & an reus criminis fideiussoribus committi debeat?

XVI.

Vtrum fideiussor non prius conveniri debeat, quàm excutiatur debitor principalis?

XVII.

An obligatio fideiussoria transeat ad hæredes.

XVIII.

De exceptionibus, & an peremptoria etiam in termino executionis opponi possit?

XIX.

De dilationibus, & an tam actori, quàm reo concedi debeant.

XX.

De probationibus, & an duo testes ad probandum sufficiant.

XXI.

De probationibus, in causa criminali.

XXII.

An ad quæstiones seu torturas, non præcedentibus plenis & manifestis indicijs, Iudex possit aliquem condemnare?

XXIII.

Vtrum actore nihil probante, possit nihilominus reo deferri jusiurandum.

XXIII.

An juramentum referri possit?

XXV.

An jus probandi per juramentum transeat ad hæredes.

XXVI.

Vtrum Iudex secundum conscientiam, an verò secundum acta & probata ju-

NUM PRACTICARVM

judicare debeat?

XXVII.

Vtrum creditor debitum petens, an verò debitor allegans solutionem, propior sit ad probandum?

XXVIII.

An chyrographum à creditore redditum importet solutionem, & liberet debitorem?

XXIX.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an de jure locum habeat?

XXX.

An indebitè solutum repeti possit?

XXXI.

Periculum rei debitæ utrum ad debitorem vel ad creditorem pertineat?

XXXII.

An aliud pro alio, id est, res mobilis pro immobili,

vel econtrà, solui possit?

XXXIII.

Vtrum debitor ob æs alienum carceribus mancipari possit?

XXXIII.

Vtrum debitor solutionem offerens liberetur?

XXXV.

Novatio utrum tollat priorem obligationem?

XXXVI.

Vsuræ an de jure sint licitæ?

XXXVII.

Commodatæ rei periculum, utrum ad cõmodantem, an verò ad commodatarium spectare debeat?

XXXVIII.

Vtrum possessor duobus simul rem petentibus respondere teneatur?

XXXIX.

Depignoribus, & an pe-

*** 2

ri-

INDEX OBSERVATIO-

riculum pignoris ad creditorem pertineat.

XL.

An posterior creditor hypothecam priorem habens, creditori priori hypothecam non habenti, præferri debeat?

XL I.

De hypotheca uxoris in bonis mariti, utrum videlicet creditorum anteriori hypothecæ præferatur?

XL II.

An mulier ad solutionem debitorum à marito contractorum teneatur?

XL III.

De deposito, & quid depositarius præstare teneatur?

XL IIII.

Si res à viatore apud dominum diversorij custodia causa relicta sit, quid is

præstare teneatur?

XL V.

De mandato, & quid mandatarius præstare teneatur?

XL VI.

De Societate, & quid in hoc contractu præstari debeat?

XL VII.

Periculum rei venditæ, utrum pertineat ad emptorem, an verò ad venditorem?

XL VIII.

An si quis in venditione ultra dimidium justiprecij decipiatur, venditio rescindi possit?

XL IX.

De jure retractus, & an in Regno locum habeat?

L.

Num ob casus fortuitos con-

NUM PRAC TICA RV M.

conductor remissionem
pensionis mereatur?

LI.

De Euictionibus.

LII.

De donationibus inter
virum & uxorem.

LIII.

Donatio omnium bo-
norum an de jure valeat?

LIIII.

De donationibus causa
mortis.

LV.

Dos soluto matrimonio
ad quem pertineat?

LVI.

De Gerada.

LVII.

De Hergevveth.

LVIII.

De tutoribus, & an tu-
tor inuenarium pupilli
conficere teneatur?

LIX.

De rationibus admini-
stratae tutelae.

LX.

Tutorem habenti an ali-
us tutor dari possit?

LXI.

An tutor res pupilli alie-
nare possit?

LXII.

Vtrum tutori contra pu-
pillum actio dari possit.

LXIII.

De testamentis.

LXIIII.

Collatio bonorum inter
haeredes an de jure locum
habeat?

LXV.

De Successionibus ab in-
testato, & an praemortui
fratris filij, cum patruo ad
successionem alterius pa-
trui ab intestato vocentur?

I N D E X O B S E R V A T I O .

LXVI.

Fratrum filij utrum succedant patruo in capita, an in stirpes?

LXVII.

Num fratres vel sorores ex uno latere coniuncti, in successione demortui fratris, patruis & auunculis, amitibus, & materteris præferantur?

LXVIII.

Vtrum ad successionem nepotum, deficientibus ascendentibus, sorores dimidiæ paternæ, an verò germanæ maternæ, admitti debeant?

LXIX.

De illegitimis, & eorum successione.

LXX.

Naturales & illegitimi an & quomodo legitimari possint?

LXXI.

De legitimatione per rescriptum Principis, & oblationem curiæ.

LXXII.

Legitimitas quomodo probanda sit.

LXXIII.

De feudis, & an Vasallo steriliter defuncto, reliqui eiusdem familiæ ad feudū admitti debeant?

LXXIIII.

Vtrum nobilitas per exercitium mercaturæ amittatur?

LXXV.

Vtrum bona eorum, qui mortē sibi adferunt, confiscari debeant?

LXXVI.

Præscriptio longissimi temporis quando locum habeat?

N V M P R A C T I C A R V M.

LXXVII.

De præscriptione rerum
mobiliũ & immobilium.

LXXVIII.

Injuriarum quomodo
agi possit?

LXXIX.

De injuria reali, & *W*er-
geldo.

LXXX.

De injuria verbali.

LXXXI.

De injuria quæ fit scri-
pto, seu de famosis libellis.

LXXXII.

De furtis, & rebus furto
ablatis.

LXXXIII.

De defensione necessaria,
utrum videlicet in ea ali-
quem occidens, puniatur?

LXXXIII.

De homicidio casu com-
misso, an videlicet aliquis
ob tale homicidium pœ-

nam capitis mereatur.

LXXXV.

Puer commitens homici-
cidiũ, an pœna legis Cor-
neliæ de sicarijs afficiatur?

LXXXVI.

Utrum si vulneratus ex
intervallo moriatur, pœna
legis Corneliæ in vulne-
rantem extendi possit?

LXXXVII.

Stupratores & violato-
res foeminarum, quibus
pœnis afficiantur.

LXXXVIII.

De raptu, & quæ pœna
raptores mulierum mane-
re debeat.

LXXXIX.

An de crimine pacisci aut
transigere liceat.

XC.

Violentiam committens
in rebus alicuius qua pœ-
na afficiendus sit?

INDEX OBSERVATION. PRACTICA.

XCI.

Damna & litis expensæ,
quando & quomodo peti
polsint.

XCII.

Appellatio ob damna &
litis expensas, in sententia
definitiva omittas, victori
an de jure sit permiffa?

XCIII.

Appellatio intra quod
tempus infinuari debeat.

XCIII.

An ea, quæ coram Iudi-
cè à quo non funt allegata
aut probata, coram Iudice
apellatiõis de novo allega-
gare aut probare liceat.

XCIV.

Appellatio ad superiorem,
intermiffio medio iudice,

an fit permiffa.

XCVI.

Appellationi utrum re-
nunciare liceat.

XCVII.

Utrum in caufa crimina-
li appellatio permitti de-
beat.

XCVIII.

Utrum à sententia arbi-
trorum appellatio admit-
ti debeat.

XCIX.

Bannitus feu proscriptus
utrum in iudicio locum
ftandi habeat.

C.

De Iudæis, privilegijs, &
libertatibus eorum, & an
juri communi fubfint.



OBSERVATIO. I.

An quis de domo in ius
vocari possit?

SUMMARIA.

- 1 Nemo de domo sua in ius
vocari debet.
- 2 Aditū ad se præstans quo-
modo citandus sit?
- 3 Verbaliter quis ad domum
citari debeat?
- 4 Idem de conducta aut pre-
cario concessa, quod de pro-
pria dicendum.
- 5 In criminalibus etiam de
domo inuitus duci potest.
- 6 In ius vocatio seu citatio
alia realis, alia verbalis.
- 7 Citatio verbal: qua dicatur?
- 8 Publica citatio quomodo fiat?



Regulariter nullus
de domo sua in
ius vocari debet. Per textum
expressum in l. pleriq; 18. ff. de in ius
vocan. Quia (inquit ibi. IC. Caius)
domus tutissimum cuiq; re-
fugium atq; receptaculum
sit,

fit, cumq; qui inde in ius vo-
caret, vim inferre videri.

Id quod etiā Cicero in Orat. pro domo
sua his verbis innuit: Quid inquit
est sanctius, quid omni reli-
gione munitiq; quam Domus
vniuscuiusq; civium; hic
ara sunt, hic foci, hic Dy Pe-
nates, hic sacra religionis
ceremonia continentur, hoc
refugium ita sanctū est om-
nibus, ut inde abripi neminē
fas sit.

Necq; iniuria fit
parti aduersæ, quæ reum in
ius vocare intendit, si quidē
(teste Paulo in l. 19 ff. de in ius vocan.)
certum sit. Satis pena su-
bire eum, si non defendatur

Et latiter: quod mittitur ad-
uersarij in possessionē bono-
rum eius. Quod si aditum
ad se præstet, aut ex publico
cōspiciatur, rectē in ius vo-
cari eum Julianus ait Id est
si vltro in domū creditori
vel aduersario suo patefaci-
at aditū; aut etiā è fenestra,

A

vel

2. OBSERVATIONVM PRACTICARVM

vel ianua domo suæ, in qua consistit, conspiciatur.

Hæc tamen de verbali, non autem de reali in ius vocatione seu citatione intelligenda sunt. Quamuis autē

3 iuxta quorundā opinionē verbaliter non nisi is ꝑ

qui personaliter requisitus non reperitur, ad domum citari debeat: *vt notat Costal.*

in d. l. pleriq; aduersar. parte prima.

Contrarium tamen inuoluit morib9, vt videlicet indistinctē quilibet verbaliter in ius vocari de domo possit, etiamsi inde extrahi non debeat: *per textum in l. Sed et si, 21. ff de in ius vocan: & ita omnino textus d. l. 18 accipiendus est.*

4 Quod non solum ꝑ de propria domo, sed etiā de conducta aut precario concessa intelligi debet: *per textum in l. lex. §. domū 2. ff de iniurijs. in verbis.*

Domum accipere debemus, non proprietatem domo, sed do.

domicilium. Quare siue in propria domo quis habitauerit, siue in conducta, vel gratis, siue hospitio recepto, hæc lex locum habebit.

In criminalibus tamen non est dubiū, posse quem ꝑ inuitum etiā de domo duci *teste glossa in d. l. 21.* Porro hæc diuisio in ius vocationis

(que nihil aliud est hodie nisi citatio, qua quis ad ius dicentem vocatur, quamuis olim distincta hæc fuerint, vt notat Vulteijs in sua iurisp: Rom: lib: 2 Cap: 28. statim in pri:)

6 in ꝑ realem & verbalem hodiernæ consuetudini, quā iuri Rom: magis est consentanea. Nam quæ hodiè appellatur citatio realis, olim præhensio dicebatur, & differebat ab in ius vocatione, aded, vt alij Magistratus dicerentur habere vocationē; alij è cōtrā præhensionem, alij vtrūq;: *vt notat Gellius Noct: Attic: lib: 3 Cap: 12*

Dicitur autem citatio verbalis ꝑ non solum quæ ver- 7 bis

bis per nuncium seu pedelum peragitur, sed etiã quæ fit literis, & quæ reo personaliter ad citandũ non præueno, in domũ mansionis eiusdem deferri, & familiæ domus denunciari solet, iuxta quod etiam in Curia Regali practicatur, & ita tempore Dni Stephani Regis Anno 1583 feria secunda ante festũ S. Agnetis inter Mótelpi & Annã Farnati olim Sebastiani Lombardi relictam, pronunciatũ fuit.

Quibus conueniunt textus in l. dies: 4. §. toties, ibi, *Est tamen tutius libellum ad ipsas ades proponere: fieri enim potest, ut ita monitus defensor existat.* ff. de danno infecto lib. 39. tit. 2. Et capit. finali extr. de eo qui mittitur in possessionẽ, in verbis. *Et denunciatone publicè facta, domi non apparet.*

¶ Unde colligitur, quod etiam in publica citatione, affi-

affixio in domo citationis literalis tantũ valeat, quantum publicũ proclama per præconem, aut per tubam, aut campanam, factũ operatur: vt notat gl. in l. 2. C. de decurionibus lib. 10. Quod quibus casibus fiat, pulchrè admodũ recenset Robert. Marantha in Speculo aureo: parte 6. in tit. de citatione num: 98.

OBSERVATIO. II.

An præsens in Iudicio citandus sit?

SUMMARI A.

Citatio semper est necessaria. 1

Citatio neq; à Pontifice, neq; ab Imperatore omitti potest. 2

Processus verò ex plenitudine potestatis quando suppleri possit? 3

Comunis DDm: conclusio, quod præsens in Iudicio citari amplius non debeat. 4

Iure Sax: quod in praxi ob-

2 OBSERVATIONVM PRACTICARVM

seruatur, datur cōuento dilatio ad proximū iudicium.

6 Induciae aliter iure Ciuili, aliter iure Sax: reis dantur.

7 Citatio inordinata non obligat ad comparendum.



Hinc non incommodè quæri potest: An etiam præsens in Iudicio citari debeat? an verò absq; citatione teneatur litē suscipere ac respondere? Et iure quidem Ciuili semper citationem † esse necessariam, admodū clari textus testantur; vt in l. Consensisse 2. ff. legatis 3. in verbis.

Nam *Et* diuus Pius Plotio Celsiano rescripsit, cum, qui tutela reddenda causa Romam erat à se euocatus, alterius tutela, cuius causa non erat euocatus, non debere compelli iudicium suscipere. ff. de Iudicijs. Et in l. 2 in verbis: *Nec cum, dum quis*

apud prætorem causam agit, in ius vocare licet. ff. de in ius vocan: & generalis textus in l. fin: c. de exhiben: reis. Quod vsq; adeò verū est, vt neq; à Pontifice aut ab Imperatore † omitti possit: per textū expressum in Cap. fin: ad fin: ext. in Clement: de senten. & re iudici: in verbis: *defensionē quæ à ratione provenit, naturali facultas adimi ualuisse; cum illa Imperatori tollere nō licuerit, quæ juris naturalis existunt.* Nec obstat quod vulgò ex l. fin: c. de legibus infertur. Imperatorē ex plenitudine † potestatis posse supplere processū, & per consequens, etiam sine citatione posse contra aliquē procedere. Nam hoc de lite jam inchoata intelligendum est, at si lis nondum cepta sit, non potest quicquam supplere, cum adhuc nihil inchoatū sit, Processus enim sine citatione est nullus, & initiū processus est

in jus vocatio seu citatio:
 per expressum textum in §. fin. instit. de
 pena temere litigan: Quapropter Summa juris ratione in
 Curia Regali Anno 1591. feria quarta post festū vi-
 sitationis Beatae Mariae vir-
 ginis inter Rudgierū Azbi
 plenipotentē Iusti Hollant
 Ciuis Gedan: & Magistra-
 tum Ciuitatis eiusdem de-
 cretum fuit, vt citationes in
 omnibus actionibus à Iu-
 dicibus præmittantur, cum
 citationibus & exceptioni-
 bus uti cuiuslibet integrū sit.
 Communis tamen D D^m:
 iuris conclusio in contrari-
 um est, quod videlicet præ-
 4. sens † in Iudicio citari am-
 plius non debeat: per l. de vno
 quoq; 47 ff de re Iudicat: vbi dicitur,
 quod de vno quoq; negotio
 presentib: omnib9 quos cau-
 sa contingit, iudicari oport-
 teat: tum quod finis citatio-
 nis sit comparitio, vt notat Geil:
 lib: obser: pract: 1. obser: 53. num: 3. Et

May

Marantha in Speculo aureo, parte 6. de
 citatione num: 12. Quam D D^m:
 opinionem, quamuis non-
 nulli ita procedere existi-
 ment, si videlicet reus in litē
 vltro consentiat, alias verò
 non: propterea, quod effec-
 tus citationis non tantum
 sit comparitio, sed etiā præ-
 paratio defensionis. Si itaq;
 quis absq; citatione cogere-
 tur respondere, jam eo pac-
 to tolleretur defensio, quæ
 est juris naturalis.

Alij verò causam necessa-
 riā, cuius gratia reus in Iu-
 ditio versatur, & voluntari-
 am considerant. Nam pri-
 mo casu non tenetur respō-
 dere in alia causa: secus in
 altero, quādo videlicet vltro
 vel fortuito præsens in iudi-
 cio reperitur. Potest enim
 ad præparandam defensio-
 nem petere inducias, vt in-
 fra dicetur. Ius verò Saxo-
 nicū, quod Curia Regalis
 hac

6. OBSERVATIONVM PRACTICARVM

hac in parte sequi maluit,
 5 tradit, vt, si ꝑ præsens in iudicio accusatus litē suscipere decrectet, detur ipsi dilatio ad proximū iudicium:

per textū expressum lib. 2. artic. 2. ibi: Agat autem quis contra præsentem, Et actio in eius proprietatem aut feudum prætendatur, si bona fide possidet, ipseq; si dixerit, propter hoc sibi terminum non esse prius assignatum vsq; ad proximū iudicium inducitur. In Secunda verò actione, si legitimum adueniens iudicium induciarum gratia petierit, hoc erit ei concedendum, postea respondebit.

Vnde satis liquidè constat, quod iure Sax^{co}: longiores induciæ reo concedantur, quam iure Ciuili. Nam in supra allegato textu, reum ꝑ per duos iudiciales terminos (qui 14 diebus ab

6
 nicè distant;) litē differri posse.

iuncta ibidem glo: expresse not: cum iure ciuili viginti tantum dierum gaudeat inducijs, per authent. offeratur, Et de litis contestat: Quoniã verò idem est aliquid non fieri, vel minus legitimè fieri: vt est textus in l: quoties ff qui satisd: cog: consequens est, quod non sufficiat aliquem esse citatum, sed oportet legitimè esse citatū. Citatio enim ꝑ vitiosa 7 & inordinata, citatum ad comparendū non obligat, & ipso iure est nulla: vt notat glos: in l: si accusatoribus 4. Cod: de accusat: in verb: eundē, ꝑ textū in l: ea que Cod: quomo: Et quan: iudex sententiam proferre debeat, Et c. Quamuis quidam existiment citationem inualidã & vitiosam per comparitionem cōuenti robur accipere & conuolidari, idq; argument: tex: in l: i h. ff de ferijs, vbi dicitur. Quod si prætor tempore feriarum aliquem euocauerit, siquidē

dem spontè litigantibus sententiam dixerit, Valebit, tamen si non rectè fecerit, qui eos euocauerit. Tum quod presentia partis absq; alia citatione sufficiat, vt supra dictum est. Illud tamen in praxi non obtinet, sed quoties inordinata citatio reperitur, toties cōuentio à procedendo absolui solet, vt quotidie ferè fieri videm.

OBSERVATIO, III.

In quo foro aliquis conueniendus sit?

SUMMARIA.

- 1 In foro proprio vnusquisq; conueniri debet.
- 2 In foro incompetenti acta ad nihilum redigi solent.
- 3 Ad forū incōpetens aliquē euocās, quomodo puniatur?
- 4 Ad iudicem incompetentem euocatus, exceptionem fori non opponens, iudicem agnoscere videtur.

Vo-

Vocatus etiā ad Iudicem 5 incompetentē comparere debet.

Forum competens quib; ex 6 causis fiat?

Domiciliū quid dicatur? 7

Prorogatio Iurisdictionis 8 alia expressa, alia tacita.

Actor inuitus etiam re- 9 scripto Principis ad incompetentem Iudicem trahi non potest, secus in reo.

Originis & manumissio- 10 nis ratione, quomodo sortiantur quis forum?

Roma communis patria. 11

Clericus quilibet ad Curia 12

Romanam euocari potest.



Qvod vnusquisq; in iure seu foro suo conueniendus sit.

in li. 2. C. de Iuris: om: iud: & foro compet. expresse munitur his verbis.

Juris ordinē conuerti postulas, vt non actor rei forum, sed reus actoris sequatur.

Nam

OBSERVATIONVM PRACTICARVM

Nam ubi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantū eum conveniri oportet. Quod itidem in Curia Regia pro lege observatur, & ita sapissimè judicatum fuit, ut potè in causa Stanislai Szembek civis Posnaniē, contra Herthvick dictū Maier Anno 88. feria secunda post Dominic: Palmarum. Et in causa inter Lucam Soderinum, & Georgium Hitheroth, negociatorem Norymbergen; Anno 85. pridie festi Sancti Petri ad vincula. Alioquin ea quæ in foro incompetenti exercentur †, ad nihilum redire debent, toto tit: C: si non à competente iudice iudic: esse dicatur: vbi inter alia in l: fin: sic habetur. Et in priuatorum causis huiuscemodi forma seruetur, ne quenquam litigatorum sententia

non à suo iudice dicta constringat. His adstipulantur etiam textus Iuris Saxon: lib: 3. artic: 25. in verbis. In oppidis vel iurisdictionibz alienis nullus tenetur respondere. Et infra ibidem. Quod extra aliquam iurisdictionem actum constiterit, hoc in ea non est iudicandū. Item in l: 3 artic: 87 in pr: Si quis laicum coram Ecclesiastico iudicio impetierit in causis ibi de jure non tractandis, & ei damnū dederit, si is pro eo civiliter accusetur, iudici ad multam & damnū passo ad emendam, & ad prioris Iudicij indemnitate observationē condemnatur. Vnde manifestò liquet, quod trahens causam ad forū incompetens, incurrat † in pænas legum, ut potè hoc jure ad refusaliōem damnorū obligatur. Iure autē civili causa ipsa multari solet: per tex: in li: in criminalit:

non.

r. 9.

1. Si. ibi. Actor quidem propositi negotij actiōe multetur. *Et c. C. de iurisd: om: Iudic: & foro comp:* quod intellige, si id fiat dolo malo, & perseveranter ac præfractè; iuxta l. 1.

§. 2. C. de plus petit: in verbis.

Tunc autē exigens punitur, cum manifestè arguitur, plus debito sciens persequi

Si tamen Actor pœniteat re adhuc integra, id est, si, antequā reus ad incompetentem Iudicem euocatus respondere incipiat, à propositione sua discedat, impune id eum ferre: *lex Papinianus*

§. meminisse. 14. in verbis: *Sed ei demū aufertur, quod testamento datum est, qui usq; ad sententiam iudicium lite improba perseverauerit; ceterum si ante sententiam desitit, vel decessit, non ei aufertur, quod datum est,* ff. de in off: testam: argumento est. Porro si reus ad Iudicem

incompetentē & euocatus non opponat ante litis contestationem exceptionem fori declinatoriam, eo casu non est dubium, quod non solum actor pœnæ nō sit obnoxius, sed etiam sententia contra reum lata obtineat: per d. l. in criminal: in verbis:

Reus verò pro condemnato habeatur. Cod: de iudic: om: Iudic:

Sin autem inuitus trahatur ad alienū iudicem, eo casu sententia iudicis fit nulla, per jura supra allegata,

& l. 2. in verbis: *Aut si, cum restitisset quibus ex litigatoribus, viribus Prætura compulsus est, nulla jurisdictio est,* ff. de iudicij. Et ita in causa Catharinæ de komoro

Orlikowa, & Magistratum Ciuitatis Præmislien: piæ memoriæ Stephanus Rex Anno 80. iudicauit.

Debet tamen quilibet & ex

cem

B

qua-

quacunq; causa vocatus ad
iudicem vel alios, qui juris-
dictioni præsumunt, venire; vt
hoc ipsum sciatur, an iu-
risdictio eius sit, per clarum
textum *in l: 2 ff. si quis in ius vocat.*

non ierit. Nec propterea Iu-
dex pœnam meretur; vt
in causa inter Iudæum de
Polaniec & Iudicium Ciui-
le Oppidi Osiele, Anno 91.
pronunciatū fuit. Verum

6 enim uerò forum ꝛ com-
petens dicitur multis de
causis, quæ ad sex summa
capita referri possunt.

quorum etiam gloss: Iuris Sax: lib: 3.

1 art: 25. mentionem facit. Primò
itaq; forum competens est
ratione personæ litigantiū
in qua tria itidem spectan-
tur.

7 1. Domicilium, ꝛ
vbi videlicet quis larem, re-
rumq; ac fortunarum sua-
rum summam constituit,
vnde non sit discessurus, si
nihil auocet. Et si fortè in-
de

de profectus est, peregrinari
videtur, quò si redijt, pere-
grinari jam desijt, *textus ex-
press: in l: Ciues. 7. in fin: C: de incolis
lib: 10. & l: 2. C: vbi Senat: vel clariss:
l: Eius qui 27. § 1. ff. ad municip:*

2. Conditio, quæ ratione
professionis seu negotiatio-
nis apud eū, ad quem eius
professionis, vel negotia-
cionis cura pertinet, forum
tribuit. *l: vlt: C: de iurisd: om: Iudic:
& foro comp:*

Deniq; spe-
ctatur existentia personæ,
vt scilicet reus ibi posset cō-
ueniri, vbi est, seu depre-
henditur. Hoc autem spe-
ciale est in delinquentibus,
qui ex suis criminibus con-
ueniuntur. *l: 1. C: vbi de crim. agi
oport:*

In alijs verò causis, se-
cus est, vt pater, *ex l: 2. C: vbi
in re actio ex deb. & l: 1. C: vbi caus.
stat. agi deb:*

2 Secundò, forum
competens est ratione rei,
quæ semper ibi petitur, vbi
consistit. *per l: vlt: C: vbi in rem
act: & c. Nouel: Constit: 69. Cap: 1.*

Ter-

3 Tertiò, forum cõstituitur ratione causæ, vt quia causa Ecclesiastica tractanda est, coram Iudice Ecclesiastico, cap: conquests 16 ext: de foro compet: Ciuilis, coram Iudice Ciuili. c. licet. 10. ext. eodem. Feudalis, corã feudali, id est, Domino feudi, vel paribus Curie, feud: lib: 2. tit: 55. de prohibit. feudi alien. per Fridericum §. preterea si inter.

4 Quartò, ratione obligationis, ibi namq; cõueniri aliquis potest, vbi est obligat9 l: omnem 20. ff de Iudicijs.

5 Quintò, ratione cõsensus, id est, prorogationis, † vel expressæ: vt l: 1. ff de Iudicijs, & l: 14. ff de Iurisdictione, quod etiam recenset glossa Sp: Sax: d. artic: 25. lib. 3. vel tacitæ: vt potè per litis contestationem à partibus factæ l: vbi acceptum 30. ff de Iudicijs & l: 4. C: de Iurisdic: om: Iudic:

Sola autem vocatio in jus non prorogat Iurisdictionem, sed tantũ adimit fori præscriptionẽ, ex noua cau-

sa postea contingente, competentem l: 7. ff de Iudicijs & l: 19. in prin: ff de Iurisdictione.

Ultimò, forũ constituitur 6 per rescriptum Principis.

l: 5. §. x. ibi. *Qui sine caelesti oraculo in vetito vocauit examine &c.* C: de Iurisdic: om: Iudic: & l: vnica C: quando Imp: inter pupillos vel viduas. & c. Et ex l: 2. C. de dilat: colligitur. quod reus per

rescriptum possit trahi ad nõ suum Iudicem. Contrà verò ipse actorem † inuitũ 9 ad alium Iudicem trahere per rescriptum non potest.

Novel Constit: 69. in pr.

Adeò vt hoc casu regula iuris vitietur. l: 41. ff. de reg: juris.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

Huius autem specialis iuris ratio videtur esse difficultas probationum, quia cum actori incumbat onus probandi, non debet extra prouinciã euocari, vbi diffi-

cilius intentionē suam probare poterit, quod expressè munitur in textu. *d. Nouel: 69. in pr: ibi: quomodo valebit in alio loco probationes horum quæ pertulit, exhibere?*

Verum propter has sex causas, propter quas aliquis sortitur forum, addunt nō
 10 nulli duas † Originem scilicet, & Manumissionem. Et quidem ratione Originis existimant ibi posse aliquem conueniri, vnde originem trahit, quamuis domicilium aliò transtulerit.

11 Vnde quia Roma † communis patria dicitur *l: 33. ff. ad municipalem* vt potè cum omnes, qui sunt in vrbe Romana, id est, omnes Romano Imperio subiecti, ex Constitutione Antonini sint effecti Ciues Romani. *l: in orbe 17. ff. de statu homi:* idcirco putant, omnes posse Romæ conueniri, ibiq;

se

se defendere debere, nisi ex priuilegio possint domum reuocare. *l: 2. §. 5. ff. de iudicijs et vbi quisq; ager: deb:* Sed qui ita sentiunt, in manifesto errore versari videntur. Nulla enim lex forum tribuit ratione originis. Iura autem allegata, non pertinent ad forum constituendum, sed ad publica munera subeunda. Quod non item dicendum putarem, *de cap: fin: ext de foro comp:* vbi disponitur, quod quilibet Clericus † in
 12 Curia Romanâ possit conueniri, etiamsi regulariter forum ibi non sortiatur, propter rationem ibidè expressam: *quia videlicet omnium Ecclesiarum mater est eadem & magistra.*

Quantum verò attinet manumissionem, non est dubium, eandem esse illius rationem, quia manu mis-

sus

sus non sequitur forū manumittentis, sed sequitur eius municipium in muneribus obeundis. l. 2. c. de municip: & Orig: l. assumptio: 6. §. vlt: & l. seq: & l. eius qui 27. in pr: ff ad municipalem.

OBSERVATIO IV.
De foro Scholarium.
SUMMARIAM.

1. Privilegia Scholaribus ab Imperatore Friderico primo concessa.
2. Scholares coram Rectore vel Episcopo conveniri debent.
3. Privilegium Scholaribus concessum, utrum ad omnes causas, tam civiles, quam criminales, extendi possit?
4. Clerici causas criminales, quae irrogant pœnam sanguinis, judicare non possunt.
5. Distinctio inter criminalia lenia & atrociora.
6. Privilegium a Rege Vladis

dislao Academia Cracoviensis: tributum.

Privilegium Academiae Cracoviensis concessum, an ad alias Scholas extendi debeat?

Ubi legis ratio cessat, eò lex producenda non est, & ex aduerso, Ubi eadem est ratio legis, idem jus statuendum est.

Scholares in quibus casibus Privilegia amittant?

IN Comitij Regni generalib9 anno 1600. Varsouia celebratis, ex remissione iudicij Tribunalis Vilnen. de foro Scholarium publicè agitatū in Senatu fuisse memini. Num videlicet ij, ob crimina & excess9 commissos, coram iudice seculari respondere teneantur, an verò ad iudicem Ordinariū remitt-



remitti debeant? *Qua* in re, quia dubias & variantes animaduerti fuisse Senatorum Regni sententias, idcirco nō abs re me facturū existimaui, si huic fori materiae, etiam hanc de Scholaribus quaestionem adiungerem. Et imprimis ¹ sciendum est, scholarib9 Priuilegia quaedā à Friderico primo cognomento Aenobarbo, qui imperiū Anno 1151. adeptus est, tributa esse, quae in *auth. habita. Cod. ne filius pro patre, vel pater pro filio & c.* conueniatur, comprehenduntur. ² Vbi [†] inter alia, hoc imprimis cauetur, vt Scholares non alibi, quam coram Rectore vel Episcopo cōuenirentur, quod exprimitur his verbis:

Verumtamen si litem ijs (scilicet scholaribus) quispian super aliquo negotio mouere voluerit, huius rei opti-

optione data scholarib9, eos coram domino vel magistro suo, vel ipsius Ciuitatis Episcopo, quibus hanc jurisdictionem dedimus, conueniat.

Neq; mirum videri debet, cur huiusmodi Priuilegia Scholarib9 sint concessa. Dignum namq; existimauit Imperator, vt, cum omnes bona facientes, Imperatoriam laudem & protectionē mereātur, quorum *Scientia totus illuminatur mundus, & ad obedientiam DEO & Imperatoribus eius ministris, vta subiectorum informatur, quadam speciali dilectione, eos ab omni iniuria defendere.*

Et vltterius Imper: ibidem addit *Quis enim eorum non misereatur, qui amore Scientia exules facti, de diuitibus pauperes, semetipos exinanierunt, Vitam suā multis periculis exponunt, & a vili-*

vilissimis sæpè hominibus
 (quod graviter ferendum
 est) corporales iniurias sine
 causa perferunt. Hanc itaq;
 Imperatoris Friderici Con-
 stitutionem, legum etiam
 nostrarum & Statutorum
 Regni compilatores, Priui-
 legijs libertatum Academiae
 Cracouien: adiungere vol-
 uerunt, prout in Codice
 sub verbo Schola, videre li-
 3 cet. Sed an† ad omnes cau-
 sas, tam Ciuiles, quam cri-
 minales hoc Priuilegium
 Scholariū pertineat, dubiū
 est? Pleriq; enim putant,
 hanc Constitutionem per-
 tinere etiam ad causas cri-
 minales, idq; colligunt ex
 verbo litis, in textu posito,
 quod verbum Ciuilem &
 Criminalē continet, vt ex
 textu Instit. *de Oblig. quæ ex de-*
licto nasc. &c. in pr. colligitur,
 Quod etiam Accursius &

Ol-

Oldédorpi9 in explicatio-
 ne huius auth. probant.
 Quidam contrà, cognitio-
 nem criminis non tribui
 hac constitutione Rectori,
 vel Episcopo, nisi de eo
 Ciuilitè agatur, asserunt
 his rationibus: Primūm
 quia † Clerici in causis Cri- 4
 minalibus, si forte pœna
 sanguinis irroganda sit, nō
 possūt esse Iudices, per text.
 in cap. Sententiavj. ext.

ne Clerici, vel Monachi secul. caus.
se immisceant;

Tum quod
 significatio verbi, negotio,
 quod sæpius in eadē Con-
 stitutione repetitur, de ci-
 uilibus tantummodo cau-
 sis in ea tractari, haud ob-
 scurè doceat. Nam verbū
 litis quod attinet, certū est,
 illud promiscuè sumi; quā-
 doq; enim tam ciuile, quā
 criminalem litem compre-
 hendit, vt sup. dictum est,

ali-

aliquando discerni solent, quemadmodū text. l. i. § x. ff. de testibus, expressè testatur.

Tūm deniq; quod reatus & crimen, tollat omnem honorem & fori præscriptionem, per text. in l. 2. Cod. vti Senat. vel Clariss. & per consequens, Scholares delinquentes, nō possunt vti hoc Priuilegio:

5 vt vt est, mihi certè distinctio inter crimina leuiora & atrociora non displicet, vt videlicet de illis Rector vel Episcop9 cognoscat, de his non item; quod Vladislaus Jagello in Priuilegio Academiae Craconiensis: cōcesso, expressisse videtur his

6 verbis: *Insuper Rector prædictus, scholares & studentes suos, in causis criminalibus leuioribus, vt potè pro capillatione, offensioneq; cum palmo, vel pugno, ad effusionem sanguinis, ac cōtentione qualibet non enor-*

mi,

mi, habeat iudicare, nec ob hoc ipsi Scholares & studentes, vel eorum familiares, atq; serui ad extranea Iudicia euocentur & trahantur. Si autem (quod DEVS auferat) studens, scholaris, vel ali9 prædictorum, in furto, adulterio, stupro, homicidio, aut aliquo crimine capitali & ignominioso fuerit deprehensus, illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere, sed statim criminalium deprehensus scholaris, si Clericus fuerit, ad Episcopale Iudiciū remittatur, si vero Laic9, nostro Iudicio subiacet. Vnde liquidò constat, quod non solum expressè predicta constitutione Imperatoris Friderici, (quam in Regno nullius autoritatis esse, vtpotè quod nostri Statutis & Cōstitutionibus Regni pro legibus vtantur,

for-

forte quis dixerit) sed etiam ex Priuilegio Regis Vladislai Jagellonis, Academiae Cracouiensi concessio hoc beneficiū fori Scholaribus 7) competat. Nec est + quod quis ad amussim omnia reuocando, ad eos, qui alibi dant operam literis, Priuilegium huiuscemodi Scholaribus Cracouiens: concessum, minimè spectare dicat. Id enim stricto iure verū esse nemo negare potest. At æquitatis ratio suadet, vt ad omnes scholares, ea, quæ in fauorem ipsorum prolata sunt, producantur, idq; propter commodum Reipub. quod ex doctrina & scientia scholarium proficisci solet. Vulgati enim iuris est, quod vbi + legis ratio cessat, eò lex producenda non sit, per text. in l. ex facto. 3. ff. de vulgari & pupill. substit. & l. in omni. 13. ff. de adopt.

ita

ita ex aduerso, vbi eadem est ratio, idem ius statuendum esse, text. in l. vlt. Cod. ad l. Falciā. monet: Atqui cum eandem esse rationem Academiae Cracouiens: quæ & aliorum locorum est, in quibus bonæ literæ exercētur, nemo dubitare possit, meritò etiam eodem iure omnia huiuscemodi loca gaudere debent. Verumtamen + sciendū est, quod 9) hæc Priuilegia non competant ijs, quorum nomina ob aliquod delictum, deleta sunt ex Albo studiosorū, quod vulgò matriculā appellant, arg. cap. ex literis. ext. de Constit. Item ijs, qui vagantur, nec audiunt publicas prælectiones arg. l. qui sub prætextu. Cod. de Sacros. Ecclesijs. & l. vnica. Cod. de Collegiat. item l. vnica. Cod. de tyronibus: vel qui ab Vniuersitate quinquennio abfuerunt l. 2. & 3. Cod. de Com-

C

estat.

meat. ac deniq; qui Præceptores suos re vel verbo offendunt, quos nō minus, quam parentes honorare debent, & ideo tales infames fiunt, per text.

in cap. plerumq; 27. § infames 2. quest 7

OBSERVATIO, V.
An propter solam conueniendi utilitatem aliquis in foro alieno conueniri possit?

SUMMARIA.

- 1 Debitor propter conueniendi facilitatem ubiuis conueniri potest.
- 2 Opponens se Iurisdictioni sui Iudicis, cuiuscunq; sit status, ubicunq; repertus fuerit, respondere tenetur.
- 3 Conueniendi debitorem quando facilis sit ratio?
- 4 Obligatio obligatū sequitur instar characteris.
- 5 Cautela mercatorum in contractibus faciendis.

Mō & propter solam conueniendi utilitatem, debitor ꝑ quamuis aliàs locuples, in eo loco, vbi neq; domiciliū habet, neq; contraxit, nec delictum commisit, optimo jure conueniri poterit, per expressos textus juris.

in l. vnica. l. vbi conuen. qui certo loco dar. promif. lib. 8. tit. 18. cuius is tenor:

Qui certo loco sese soluturū pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria actione Et in alio loco potest conueniri, in qua venit aestimatio, quod alterutro interfuit suo loco potius, quam in eo, in quo petitur, solui. Et clarius in l. 1. ff. de ea, quod certo loco dar. oportet. Item Caius id ipsum tradit, his verbis:

Alio loco, quam in quem sibi dari quisquam stipulatus esset, non videbatur agendi facultas competere.

Imò

Sed

Sed quia iniquum erat, si promissor ad eum locum, in quem daturū se promississet, nunquam accederet, quod vel data opera faceret, vel quia alijs locis necessario distingeretur, non posse stipulatorem ad suum peruenire: ideo visum est, utilem actionem in eā rem comparare.

Quibus ad stipulatur jus etiam Saxonicum, ut videre est, lib. 3. art. 87. in verbis:

Ad hoc etiam paganus, si contra alium in extraneo vel municipali iudicio egerit (dum sint unius villa vel Iurisdictionis incola) condemnatur, nisi fortè eius fuerit denegatum à iudice, vel à parte. Ius tunc demum iudex denegat, cum non rectè iudicat, aut suos debitos iudiciales terminos non obseruat. Homo etiam contra quem agitur jus denegat, si proscriptus fuerit,

aut

aut alteri adjudicata debita non persoluit, nec habeat, ut pro his impignoretur, quibus, inquam, nullus cogitur respondere, eos autem ubiq; conuenire permissum est. Hinc glossa eiusdem juris generalem Regulam colligit: Quod nimirum siue sit Clericus, siue laic9, qui sui Iudicis iurisdictioni temerè sese opponit; is coram quocunq; iudice cōuentus, respondere tenetur, per textum in Cap. ne licuit 17. distinct. in fine, & in cap. Si quis Sacerdotum. xi. qu. 1. Item in auth: ut Clerici apud proprios Episcop: aut Constit. 83. in pr. ibi. tunc licentiam esse, & ad Ciuiles Iudices pergere &c. Proinde huic conclusioni non obstat textus

in l. heres. 19. §. proinde. 2. ff. de Iudicijs, vbi dicitur:

quod si quid peregrino venditum sit, non ubi reperitur, sed in loco domicilij cum conueniendum esse. Cum

C 2

durif

durissimū sit (inquit *ibid.* 10. vlp) *quotquot locis quis navigās, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi.*

Nam hoc intelligi debet
 3 de eo casu, quando † facilis est conueniendi ratio debitorum, vt potè, quia bona possidet immobilia, idonea & sufficientia, in quorū possessionē missio peti possit, ex primo decreto, ob eius contumaciam, vt in tot. tit. ff. de bonis auth. iudic. possid. disponitur. At si debitor latitet, nec bona possideat immobilia, aut aliàs in suo territorio difficillimè conueniri possit, vel quia fortè domiciliū eius longinquò distat, ita, vt creditor in profectionem multò maiores sumptus, quàm ipsum est debitū, facere cogatur, adedò verò pauper sit, vt non habeat tot sumptus, quibus domiciliū debitoris sequi
 pos-

possit, tunc certè, quia ista difficultas æquiparatur impossibilitati, arg. l. mediterranea C. de annon. et trib. lib 10. et l. Continuus 137. §. 2 ff. de v. o. nō iniuria in alio loco magis idoneo conueniri poterit, Cùm etiam † obligatio obligatum sequatur ubiq; 4 instar characteris, vt inquit Bart: in l. nemo potest. 55. num. 24 ff. de legat. 1. per l. fin. C. de prescript. tempor. Et ita meo iudicio alius itidem textus juris, in §. plus autè, Instit de Actionibus. vbi dicitur: *Plus loco petitur, veluti cū quis id, quod certo loco sibi stipulatus est, alio petit loco, resolui poterit. Quārum verò attinet 1. Consensisse. 2. §. omnes 4. ff. de iudicijs, vbi dicitur, quod omnes reuocare domū possint, qui nō ibi contraxerant, vbi conueniuntur.*

Id speciale est, in quibusdam personis itidem expressis, puta in his, qui legationis, vel testimonij, vel alia legi-

legitima causa ad alium locum se transferunt. Verū
 § hodie ⁊ cautiùs multò rem agunt negotia exercentes, siquidem in omnib9 cōtractibus scripto cōfirmatis id adijcere solent, vt nisi debitor soluat, jure tam Ecclesiastico, quā seculari cōueniri valeat, vbicunq; reperiatur; quod eitam concordat iuri Civili. Nam si contraxisse vnusquisq; in eo loco intelligitur, in quo vt solueret, se obligauit, vt in l. contraxisse 21. ff. de oblig. ⁊ action. dicitur; certè debitor etiam sic paciscens, in omni loco contraxisse iudicatur, & idcirco vbiuis locorum conueniri, debitumq; exigere ab eo potest. Hoc tamen DD. iuris limitant in certis casib9, vt potè, si debitor in loco pestilenti vel hostili deprehēdatur, aut nauigio transfuehatur cum alijs, vt notat

Myn-

Mynsing. in Comment. Instit. § plus autem, tit. de actionibus.

OBSERVATIO VI. Reconuentio an de jure locum habeat?

SUMMARIA.

- Reconuentio Iure Civili 1
 ⁊ Canon: permisa.
 Reconventionis forma. 2
 Coram eodem iudice fieri 3
 debet.
 Post litem contestatam 4
 reconuentio non est locus.
 In termino appellationis 5
 itidem reconuentio locum
 non habet.
 Reconuentiones etiam jus 6
 naturale permittit.
 Ius Saxonicum non nisi 7
 lite finita reconuentio locum
 esse disponit.
 In criminalibus reconuē- 8
 tio non admittitur.
 In Regno ex recepta consuetudine reconuentiones lo- 9
 cum non habent.

Inco-

- 10 *Incola Prussia reconuen-
tionibus stringi non debent.*
11 *Consuetudo, qua reconue-
tiones prohibet, num iuri &
aquitati sit contraria?*
12 *Actor sequitur forum rei.*

REconuentionē +
reco contra actorē
coram eodem Iudice esse
concessam, non solum jura
Ciuilia & Canonica testan-
tur, vt videre est in tit.

extra de mutuis petit. maximè verò in
in Cap. 2. ibi:

*Eodem modo reconueniē-
ti respondere, debet in
sua iustitia* Et in Cap. Accu-
satores caus. 3. quest. 8. ibi:

*Cuius in agendo quis ob-
seruat arbitrium, cum habe-
re etiam contra se iudicē in
eodem negotio non dedigne-
tur. Quod item refertur
in l. cum Papinianus I4. C. de sentent.
& interloc. omn. iudic. quæ lex per
dictum Cap. accusatores videtur esse ca-
nonicata. Et in auth. & consequenter
C. eodem, modus & ratio istius recon-
uen-*

uentionis proponitur, quæ sic sonat:

*Et consequenter + ego ab
aliquo conuentus, si vicissim
illum pulsare velim, statim
quidē hoc nō licet, nisi apud
eundē Iudicē, qui si displice-
at, intra viginti dies recusa-
ri potest, aliq̄q̄ mereri, apud
quem rursus vtrumq̄, nego-
tium ventiletur. Alioqui
lite contra me, mota prius
ventilata & terminata,
tunc demū Ego admittar.*

Quem textum clarius explicat authent.
de executoribus Constit. 96. Cap. 2. §.
fancimus. Quod uidelicet pri-

3
mum requisitum + recon-
uentionis sit, vt coram vno
eodemq̄; Iudice, (qui tamē
intra dies viginti refutari
potest) vtrumq̄; negotiū,
tam ex parte actoris, quam
ex parte rei, perficiatur.
Deinde + vt ab initio sta-
4
tim lite nondum contesta-
ta, exceptionem reconuen-
tionalem reus opponat.

*Nam si tacuerit (inquit
ibi*

ibidē textus) deinde postea
 voluerit causam apud aliū
 Iudicem mouere; necessita-
 tem eum habere sustinere
 terminum eius litis illatæ si-
 bi ab eo, qui eum in iudiciū
 traxit, & dum finem lis ac-
 ceperit, tunc eum suam cau-
 sam apud alium Iudicem
 proponere. Quamuis etiā
 non desint, qui existimant,
 posse fieri huiuscemodi re-
 conuentionem vsq; ad sen-
 tentiam definitiuā, coram
 eodem Iudice, teste gloss. in dict.
 auth. de executor. Cap. 2. in verbo: mox.

Vnde consequens est, neq;
 coram Iudice ꝑ appellatio-
 nis eam locum habere, ex
 ea potissimū ratione, quod
 appellatio reducat causam
 ad illum pristinum statum,
 in quo erat causa principa-
 lis post litem contestatam.
 per l. ita denum. 13. in verbis: quod
 nec cum appellatio agitur
 tibi obijci potest C. de procurat.

Sed

Sed post litem contestatā,
 per iura supra allegata, non
 habet locum reconuentionio.
 Ergo sequitur, quod etiam
 coram Iudice appellationis
 locum non habeat; vt vi-
 delicet sortiatur veram &
 genuinā naturam recōuen-
 tionis. Quæ cōclusio reci-
 pit tamen nonnullas limi-
 tationes, quas recenset Ma-
 ranta in suo speculo aureo,
 parte 4. distinct. 6. num. 26. & seq.
 Sed neq; ꝑ iuri naturali hæc
 de recōuentionibꝯ præcep-
 ta cōtraria esse videntur. Si
 quidem nihil magis naturæ
 congruū esse possit, quā
 idipsum nobis fieri, quod
 alijs fecerimus, per l. 1. in pr. ff.
 quod quisq; iuris & c. in verbis:

*Quis enim aspernabitur
 idem jus sibi dici, quod ipse
 alijs dixit, vel dici effecit.*

His adstipulatur etiam ꝑ
 Ius Saxonicum lib. 1. art. 61.
 statim in pr. in verbis: Ubi quis

ali-

aliquem conuenerit, ibi licitè reconuenietur. qui textus ad verbum serè repetitur in lib. 3. art. 79 in fine. Quod eo modo intelligendum est, vt videlicet prius mota actio, prius determinetur etiam.

per text. express. in lib. 3. art. 12. ibi:

Qui agit aduersus aliquem, & si ille è conuerso contra suū voluerit experiri actorem, posterioris actio, (nisi priore discussa) non audiat. Id autem manifestè discrepat à jure Ciuili & Canonico, quibus disponitur, reum beneficio reconuentionis, statim ab initio litis sibi motæ, vti debere, d. l. cum Papinianus. & auth. & consequenter. item cap. dispendia 3. versicul. Reus quoq; de Rescript. in 6. ibi:

Reus quoq; si eodem durante iudicio, actorem sibi obnoxium dixerit, reconuentionis beneficio apud eundem Iudicem de jure suo experiri debet. Verum † in criminali-

nalibus causis locum non esse reconuentioni DD. tam ex jure Ciuili, quàm etiam Sax: cōmūiter cōcludunt, per textum in l. 1. C. qui accus. no. poss. que sic habet:

Prius est, vt de criminibus, que tibi vt grauiora ab aduersario tuo obijciuntur, cadis atq; vulnerum respondeas; & tūc ex euentu cause Iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.

Quod itē innuitur per textū in Speculo Sax. d. lib. 3. art. 29. in fine. ibi:

Vbi quis aliquem conuenit, ibi licitè reconuenietur, nisi actio in duellū minimè extendatur. In Regno † autem nostro, non solum in criminalibus, sed etiam in Ciuilibus causis, reconuentionibus huiuscemodi locum non esse, perpetua praxis Curie Regalis testatur. Et ita in causa Stanis-

lai

Iai Pelka contra Simonem
keller Anno 92: Et in cau-
sa Alberti Iastrzembski, &
Successorū Catharinæ Ia-
strzembaska Anno 94 feria
secunda ante festum Sancti
Martini, pronunciatū fuit.

Quinimò quod magis est,
Decretis eiusdem Curiae,
inter Gregorium Visingk
Capitaneum Leucen: &
Mathiam kœcki, Anno 96
feria tertia post festum Na-
tiuitatis Sancti Ioānis Bap-
tistæ, Et inter Consiliarios
Ducis Prusisæ cōtra Billam
Anno eodem die 9 Octob.
10 latis, sancitum est, † quod
nec Incolæ Prusisæ, (vt po-
tè vnus corporis membra)
in Regno, nec viceuersa, re-
cōuentionalibus cautionib9
stringi debeant. Quæ con-
11 suetudo † juri & æquitati
minimè videtur esse con-
traria, siquidē vulgati juris
12 est, quod actor † semper
de-

debeat sequi forum rei; non
autem reus actoris,

*per text. in l. 2. C. vbi in rem actio. &
cap. cū sit generale, ext. de foro cōpetti.*

Atqui reus reconueniens
eum, qui se antea cōuenie-
bat, sustinet jã partes acto-
ris. Et ideo necesse est, vt
sequatur forum rei propri-
um, nec possit eundem re-
conuenire coram eo judi-
ce, cum quo ipse conuenie-
batur. Nec obstat illa ratio
ex l. 1. ff. quod quisq; juris in alium stat.
desumpta. Nam ibi agitur
de eo casu, cum quis fortè
nouū jusá Principe vel Ma-
gistratu impetrans, secundū
illud contra aduersariū in
causa obtineat, vt vicissim
eiusdem juris rigorem con-
tra se experiatur. Aequitati
etiam nihil magis est con-
sentaneum, quam vnum
quemq; in foro suo com-
petenti conueniri debere:

per tot. tit. ext. de foro competent.

OBSERVATIO VII.

Fori renunciatio an sit
valida?

SUMMARI A.

- 1 Privilegio pro se introducto, quilibet renunciare potest.
- 2 Foro renūciari potest etiam sine consensu Iudicis.
- 3 Pacta de foro non sunt necessaria, sed voluntaria.
- 4 Pactum aliud nudū, aliud vestitum.
- 5 Conventio nuda per litis contestationem coram Iudice non suo, convalidatur.
- 6 Iuris Canonici: circa renunciationē fori dispositio.
- 7 Distinctio in renunciatione fori observanda.
- 8 Renuncians beneficio exemptionis, non prorogat Iurisdictionem Iudicis, cui se submittit.



Ed an pactum à ligatoribus de renun-

nunciatione fori factum seruari debeat? non incongruè hic quæri possit: Et respondendo dico, quod juris antiqui regula sit:

Omnes ꝛ licentiam habere, his quæ pro se introducta sunt renunciare
l. si quis in cōscribendo, 29. C. de pactis.

Et per consequens etiam privilegio fori, à lege vel Principe indulto, posse renūciari, & aduersus huiusmodi pacta, nemini licere venire, eadem lex monet. Cui concordat etiam text. in l. i. ff. si quis in jus vocat. non ierit, in verbis: *Nisi suo speciali privilegio renunciauerit.*

Quod vsq; ad eò verū est, ut etiam ꝛ nō requiratur consensus ordinarij Iudicis, sed sufficiat partium voluntas. per expressū text. in l. 2. §. 1. in verbis: *sufficit ergo priuatorū consensus* ꝛ c. ff. de iudicijs. Contrarium autem his innuere

videtur l. si conuenerit. 13. ff. de iurisdic. omniū iudic. cuius haec sunt verba:

Si conuenerit ut alius praetor, quam cuius iurisdictione esset, jus diceret. Et priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit: procul dubio nemo compelletur eiusmodi conventioni stare. Vnde colligitur huiusmodi pacta

3 † de litigando coram Iudice non suo, non esse necessaria, sed tantum voluntaria, ex eo, quia in illis voluntas mutari potest, quod est contra d. l. si quis in conscribendo. qua lex etiam sub tit. C. de Episcop. & Cleric. ordine 51. ipsdē serē verbis refertur:

Si quis in conscrib. Instrumento se se confessus fuerit nō usum fori prescriptione propter sacerdotij prerogatiuā, sancimus, nō licere aduersus sua pacta venire &c.

Hanc antinomiam DD. juris cōciliare volentes, varij varia prodidēre, ut videre est in gloss. d. l. si conuenerit.

Alij

Alij enim existimant, hanc legem intelligendam esse, cum ab utraq; parte mutata fuit voluntas, ut scilicet eo casu pactum huiusmodi per poenitentiam utriusq; partis irritum fiat, & in hac sententia est Corasig lib. 4. Miscell. Cap. 5.

Alij verò putant d. l. si conuenerit, loqui de Iudice omninò incompetente (ut potè qui Magistratus non est iuxta l. 13. ff. de Iurisdic.)

de cuius nihilominus Iurisdictione proroganda pacto actum est. Iura autem supra recensita tractare de Iudice competente & ordinario, cuius tamen iurisdictione declinari ex aliquo priuilegio poterat. Vnde secundū gl. eiusdem legis, quia illud est grauius, hoc autem leuius, idcirco hoc, non illud vigore pacti nudi seruari oportet. Mihi autem non

D 2

dis-

displicet hac in parte Cuiatij sententia, in tract. ad Afric. in d. l. si conuenerit, qui distinguendo inter pactum nudum, & pactum, (vt vulgò dicunt) vestitum, quod videlicet in suo nomine nõ stat, sed trãsit in proprium nomen cõtractus, iuxta l. iurisdictionum 7. §. 1. in pr. ff. de pactis. rem enodare videtur, vt videlicet à pacto nudo (quale est in d. l. si cõuenerit, vbi tantum nudè & simpliciter conuentum est, vt adatur Iudex non suus) impunè recedere cuilibet parti liceat, cum ex nudo pacto nulla oriatur actio. d. l. iurisdictionum 7. §. 4. ff. de pactis.

Secus est in pacto seu conuentione contractui incontinenti apposita, qualis est illa, de qua supradictæ leges loquuntur, Cum videlicet ita conuentum est: Ne reus vtatur fori præscriptione, nam talis conuentione obligatione parit, vt videre est in d. l. iurisdictionum 7. §. 1. ff. de pactis.

Et idèò necessario seruari debet. Quod si etiã post conuentionem nudam de adeundo iudice non suo factam, partes contrahentes eundem adierint, & iurisdictioni ipsius se se vtrò subiecerint, litemq; apud eum contestatæ fuerint, eo casu, quod fuit ab initio conuentionis nudum pactum, ex post facto iam nudum esse definit, vt potè quando iam Iudex aditus, & lis coram ipso contestata est; & idèò tenentur omnimodo huiusmodi cõtrauentioni stare, nec possunt cõtraria voluntate ab ea discedere.

Hæc tamen omnia ita vera sunt, si adatur iudex, qui habeat aliquam iurisdictionem, vt supra admonui.

Nam qui nullo iudicio præest, sed priuatus est, iudicium facere non potest per l. 3. C. de iurisdiction. omn. iudic.

Et

Præ-

6 Præterea † superioribus repugnant etiam textus juris Canonici. *vt videre est in cap. si diligenti. 12. & cap. significasti. 18. ex. de foro comp: qui dicunt, quod Clerici non possint renunciare priuilegio fori, & constituere sibi iudicem laicū, etiam si proprium juramentum, & aduersarij consensus accedat. Et additur ibidem ratio: Quia tale priuilegiū fori non est personale, sed totius Ordini Ecclesiastico publicè indultum, Iure autem publico pactis priuatorū nō derogatur. per textum l. ius pub. ff. de pactis. Quapropter & hic, distinctione (quam etiam tangit gl: in auth. vt sine prohibet. matr. debit. &c. Constit. 94 Cap. 2 in verbo Scto:) rem temperari posse existimo. Aut † enim priuilegium fori concernit principaliter fauorem renunciantis, aut respicit fauorem superioris, & publicæ utilitatis. Primo casu valet renūciatio*

iuxta d l. si quis in cōscriben. ff. de pactis.

Et ita inter Successores, Melchioris kothvycz, & Demetrium krassovski Anno 91. in Curia Regali iudicatum fuit. Altero verò casu renunciatio & prorogatio jurisdictionis subsistere nequit, absq; cōsensu superioris. Hinc est † quod exemptus à jurisdictione Ciuili, vel alia quacunq;, si cōsentiat in illam jurisdictionem renuncian- do beneficio exemptionis, ex tali consensu partis non prorogatur jurisdictio illius iudicis, tāquam in præiudiciū dñi facta. Interest enim ipsius eximentis, ne subditus suus ab alio iudicetur, & ne hoc pacto jurisdictio ipsius diminuatur, dūm enim alienæ iurisdictioni ipsum eximit, hoc facto suæ illum immediatè subesse vult. Facit ad id textus

ſingularis in cap. cum tempore
5. ext. de arbitris.

OBSERVATIO VIII.

Arreſta an de iure locum
habeant?

SUMMARI A.

- 1 Arresta jure Ciuili prohibentur.
- 2 Iudicium incipere debet ab edicto de in jus vocando.
- 3 Fructus iudicta causa nemini auferri debent.
- 4 Arresta jure gentium Et consuetudine ubiq; habent locum.
- 5 Magistratus arreſta quomodo admittere debeat?
- 6 Arresta tempore nundinarum permitti non debent.



Vperioribus optimè cõgruit etiam hæc quæſtio. An persona vel res debitoris in alio loco existentis, detineri seu (vt vulgo dicunt) arreſtari pos-

possint? Et iure ꝛ quidem Ciuili, id minimè licere, text in l. vnic. C. de prohibis. sequeſtr. pec. lib. 4. tit. 4.

probat in hunc qui sequitur sensum: Quoties ex quolibet contractus pecunia postulatur, sequeſtrationis necessitas conquiescat. oportet enim debitorẽ primò convinci, Et sic deinde ad solutionem pulsari: quam rem non tantum juris ratio, sed Et ipsa equitas persuadet, vt probationes secum adferat, debitorẽq; convincat, pecuniam petiturus.

Et in l. negantes 9. C. de oblig. Et action. dicitur: quod negantes debitores non oporteat armata viterreri. Et. Tum etiam quod Iudex arreſtum cõcedens ab executione Iudicium incipiat, quod est contra manifestam dispositionem juris, in l. fin. C. de execut. rei iudicat. Cum alias ꝛ in-
2
itium iudicij, ab illo edicto quod

quod est de in jus vocando, vt in §. fin. Instit. de pena temerè litig. traditur. sumi debeat. Ratio autem istius prohibitionis arrestorū cuius obuia est, ipsum nimirū commodū percipiendorum fructuum cessans, ob impeditam possessionem, quod tamen iuxta omnia iura nemini indicta causa auferri debet, per expressum text. in cap. conquerente 7. ext. de restit. spol. in verbis:

Quia verò jam non decet honestatem tuam clericos tue Iurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficijs spoliare. &c.

Et in l. fin. C. si per vim vel alio modo absent. turb. poss. his verbis:

Neg. Imperiale responsum, quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris ex quacunq; parte in nouare possessionis statū eo, qui rem tenet, absente, permittit, quia negotiorum merita partium adsertione

pan-

panduntur. Quamuis autem omnia arresta regulariter, vt dictū est, à jure communi exorbitent & interdicta sint; jure tamen cō-
4 suetudinario vbiq; ferè gē-
 tiū & hic in Regno recepta sunt, pro vt eiq; rei exempla infinita ferè proferri possunt, in hunc potissimū finem, vt debitor rādio arrestationis affectus, corā Iudice loci compareat, contractum impleat, debitum soluat, aut saltem (quod maximè hic spectatur) cautionem iudicio sisti, & iudicatum solui præster.

vt notat Andr. Geil. in tract. de Arrestis Imperij Cap. I. num. 15.

Obiter autem notandum est, Iudices tamen non promiscuè ad petitionem cuiusuis talia arresta decernere & permittere debere; sed necesse est, vt prius causam summarie saltem & de plano

no

no cognoscant, circumstā-
tiasq; omnes diligenter ex-
aminent, an videlicet debi-
tor soluendo sit, nec ne? an
debitum assertum legitime
probari possit, an persona
sit vagabūda, & de fuga su-
specta, an etiam per calum-
niam & de indultia uexā-
di causa arresti impositio
petatur, argumento

*l. qui bona. 13. §. qui damni 3. in verbis:
qui damni infecti cauere si-
bi postulat, prius de calum-
nia jurare debet.*

ff. de dam. infecto.

Item considerandum est,
an nō tempore nundinarū
publicarum huiusmodi ar-
restatio postuletur, quæ f
tunc propter liberiorē ne-
gotiationem permitti non
debet. per expressum textū in *l. vnic.*
C. de nundinis, cuius ista sunt verba:

*Quia exercendorum mer-
catuum aut nundinarum
licentiam vel veterum in-*

*dulto, vel nostra auctoritate
meruerunt, ita beneficio re-
scripti potiantur, ut nullū
in mercatibus atq; nun-
dinis ex negotiatorum mer-
cibus conueniant, vel in ve-
nalitijs aut locorum tempo-
rali questu & commodo
privata exactione seclentur,
vel sub pratextu privati de-
biti aliquam ibidem concur-
rentib9 molestiam possint
inferre.* Magnus etenim
nundinarum publicarum,
propter mercium, quæ ad
vitæ cōseruationē necessa-
riæ sunt, est fauor, & ideò
nō sine magno publici cō-
modi bono, tale tempus,
quo illæ inuehuntur & eue-
huntur, ab omni conuen-
tione & impetitione liberū
esse debet; quemadmodū
in quibusdam Ciuitatibus
Germaniæ, maximè verò
Francoforti ad Menū ob-

dub.

ser.

seruatum vidi, vt non nisi finitis iam nundinis speciali tempore ad id designato, exactio & solutio debitorum peragatur.

OBSERVATIO, IX.

Repressalia quæ dicantur, & an iure sint permessa?

SUMMARIA.

- 1 Repressaliorum definitio.
- 2 Repressalia equitati naturali contraria, & Iure Canonico atq; Civili prohibita.
- 3 Ob denegatam iustitiam repressalia permittuntur.
- 4 Vasallus Dominum iustitiam denegantem impune depredare potest.
- 5 Priuata autoritate repressalia facere nemini licet.
- 6 In Regno obligatio sub pœna repressaliorum non obtinet.
- 7 Alius pro alio damnari non potest.
- 8 Nemo cum alieno damno

lo-

locupletari debet.

Transire liberè per agrum alienum & viam publicam omnibus licet. 9


Ius dicenti extra territorium, impune non paretur. 10

Papa & Imperator omnibus Principibus quomodo sint superiores? 11

Ius diuinum an repressalias concedat? 12

Exempla, quod propter culpam Regis. vel populi tota Regna sint euersa. 13

Repressalia non omnibus neq; passim concedi debent. 14



Repressaliæ vulgari nomine dicuntur pignorationes, in quibus alius pro alio prægrauatur. per text. in cap. vnico. extra de iniurijs & dam. dat. in 6. lib. 5. tit. 8. qui textus jus repressaliorum omninò esse prohibitum innuit his verbis.

Etsi pignorationes, quas

E

vul-

vulgaris elocutio repressalias nominat, in quib9 alius pro alio pregrauatur, tantū quā graues legibus & Equitati naturali contraria, ciuili sint constitutione prohibita; Ut tamen earum prohibitio in personis Ecclesiasticis tantō amplius timeatur, quantō in illis specialius inhihentur, eas concedi contra personas predictas, seu bona ipsorum, aut quantumcunq; generaliter pretextu cuiusuis consuetudinis (quam potius reputamus abusum fore) concessas, ad illas extendi, presenti decreto districtius inhihemus. Illi autem, qui contrā fecerint aduersus personas eadem pignorationes seu repressalias concedendo, vel extendendo ad eas (nisi presumptionem huiusmodi reuocauerint à concessionis vel extensionis tempore in-

tra

tra mensem) si persone singulares fuerint, sententiam excommunicationis incurrāt: si vero vniuersitas, Ecclesiastico subiaceat interdicto. Vnde manifestè liquet, quod repressalia triplici iure videantur esse prohibita, Canonibus scilicet, æpuitate naturali, & constitutione Ciuili. DD tamē juris cōmūniter tenent cōtrariū, & putant repressalias omni iure esse permissas; certis tamen & specialibus casib9, (quos elegantissimè Ioannes Iacob. à Canibus in suo tract. de repress. collegit,) eas prohiberi. Ut puta † si possit adiri Iudex superior, & ab eo iusticia administrari. Nā repressalia propter iusticiā denegatā introducta sunt: Sicut enim genti, facienti nobis vim & injuriam, iustè bellum indicere possum9, per expressum textū, in cap. doming

uqste

hostes 2. caus. 23. qu. 3. in verbis:

Iusta autem bella definiri solent, quae ulciscuntur iniurias, si qua gens, vel Civitas, quae bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. ita non absimili certè ratione, etiam deneganti iustitiam, Nam & Sacrae literae docent, quod auferri debeat regnum populo delinquenti, & dari genti facienti iustitiam.

Matth. Cap. 21. vers. 43.

4 Et ideo si Vasallus dominum iustitiam non facientem impunè potest depradare.

per text in cap. vnic. in fine tit. de uas. qui cont. Const. lib. 2. feud.

Quare nõ obstat, supra allegatus textus in d. Cap. vnic. ext. de perjuris in 6. prout nec, textus iuris Civilis in auth. Sed omninò. c. ne

uxor pro marito &c. qui generaliter ita disponit. Sed omninò qui alium pro alio secun-

dum

dum formam pignorationis exigit, totum id ipsum, quicquid sit, in quadruplũ vim passo reddet; nec non & ab actione, pro qua talia praesumit, cadet. Nam hoc ita demum verum est, si quis priuata autoritate faciat repressalias, quod minimè licet, per supra allegata iura. Cum enim in concedendis repressalijs pugna quodam modo offeratur, meritò authoritas superioris magistratus requiri debet.

arg. l. hostes 24 ff de Captiuis & post. reuersis, in verbis:

Hostes sunt quibus bellũ publicè pop. Romanus decreuit &c. Prout & etiam in Curia Regali inter Senatum Gedanen: & Fiscalem Prussiae ratioe hereditatis Henrici Riben Anno 91 decisũ fuit. Proinde nec illa assertio praedictae auth: & totig

tit. c. ne uxor pro marito

E 2

quod

quod videlicet nemo pro alio teneatur, adeò, vt nec vxor pro marito, nec filius pro patre, & econtrà obligentur, huic Conclusioni DD. repugnat. Cum hoc
 7 regulariter verum sit, † vt alius pro alio damnari non possit, nec debeat portare iniquitatem alterius. Secus tamē est in repressalijs, quia ibi vniuersalis culpa transit ad omnes; qui non possunt ab vniuersitate vel corpore separari. Sicuti interdictum aliquod in genere & vniuersaliter fit, ibi omnes eius vniuersitatis comprehenduntur. Neq; etiā afficit quicquàm comunē hanc DD: juris cōclusionē ratio illa, quā contrariū asserentes vulgò adferre solent; quòd videlicet natura doceat, neminē † cum alieno damno debere locupletari
 8 lege. nam & hoc natura. ff. de cond.

indebiti: prout id in repressalijs, dum nimirum capiuntur personæ & bona non debentiū pro debentibus, fieri videmus. Neq; enim rectè dici potest, quod repressalias exercens, locupletior fiat ex alieno damno, sed quod suum quacunq; ratione potest, consequatur: Tum etiā, quod nec ille, à quo exigitur, iacturam aliquam perferat, siquidem habet remedium contra eum, pro quo satisfecit, siue id iustè, siue iniustè ab eo exactum fuerit, vt notant DD. per l. Senatus §. culpa ff. quod metus causa.

Prout nec illud multū in contrarium facit, quòd jus † Civile permittat, liberè quem posse transire per agrum alienū, & multò magis per viam publicam.

l. per agrum. C. de seruit. & l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico, nec non tot.

tit. ff. de via publ. fruend.

Id enim verum esse regulariter, plus quam manifestū est, at secus se res habet in hoc casu. Alioquin nec fur, aut latro, aut debitor fugitius capi posset, quod dicere absurdum est. Porro ad id, quod obijcitur, iudicem esse incōpetentem, & extra territorium suum iudicare, dum repressalias committit, quod est contra

l. vlt. ff. de iurisdictione omn. iudic.

10 *que disponit: Extra territorium jus dicenti impunè non pareri, sic responderi potest: Quod iudex concedens repressalias non dicitur incompetens, quandoquidem civis illius loci, cōtra quem concessæ sunt repressalias, ingrediendo territorium iustius Iudicis, dicitur quodammodò delinquere, & ratiōe delicti foris forum apud iudicē com-*

mit-

mittentem Repressalias, arg. *l. diuus. ff. de servitut. rustic. predior.* Adhæc, nec illud multum juvat contrariam sententiā, quod in casu denegatæ iustitiæ à Principe vel aliquo, nō habente superiore, Papa vel Imperator adiri debeat, qui ꝑ omnib9 11 sunt superiores, vt probat *supra dictus Ioan. Iacob. à Can. num. 12.*

Quamvis etenim id de jure fieri possit, certum tamen est, non fieri de facto, vt Imperator vel summus Pontifex sint omnibus superiores, & ita auxiliū eorū de facto haberi non potest:

argum. auth. vt diff. iudic. audir. interp. N. 85. Cap. 1. & 2.

Postremò nec illud procedit, ꝑ quod quidam asserūt, 12 Repressalias pugnare cum jure diuino. *Cum expressè apud Ezechiel. Cap. 18. Sacra scriptura nos doceat: quod anima, qua peccaverit, ipsa morti sit ob-*

obnoxia, & filius nō debeat portare iniquitatem patris.

Nam dictū hoc Prophetæ intelligi debet de impletione legis, vitando peccato, & alijs bonis operibus, quib9 quisq; pro se studere debet, nec peccata patris filius vt portet necesse est. Secus autem est in repressalijs, nam hæ propter iniquitatem alterius gentis, & iusticiã denegatam cōceduntur, vt supra notauī; Et certè multis id exemplis probari potest,

13 † propter delicta alicuius populi vel Regis, totas regiones euersas, & grauiterpunitas esse. Primò enim propter peccatū Dauid, quod populū numerauerit, gladius Dñi in populū delæxijt, vt videre est lib. 2. Regum, Cap. 24.

Item propter peccatum filiorum Heli, popul9 Itraeliticus in man9 Philistinorum incidit. lib. 1. Reg. Cap. 4.

Item

Item propter peccatum Pharaonis tota Ægyptus percussa est. Exodi. 9 & 12.

Et propter peccatum quorundam Gabaonitarū, qui abusi sunt vxore cuiusdam Leuitæ, tota tribus Benjamin deleta est. Iudic. Cap. 19.

Hoc tamē Coronidis loco notandum est, quod † non omnibus passim, nec contra omne jus Repressaliarū cōcedi debeat; sed illis tantum, qui sunt, & tempore damni passi fuerunt, veri subditi illius Principis permittētis Repressalias; & cōtra exteri Principis subditos (exceptis Priuilegiatis personis, vt studiosis, clericis, legatis, & alijs) non verò cōtra subditos eiusdem Principis, vt notat Iodocus Dambuderius in praxi rerum crim. Cap. 98. num. 12. & sequent.

OB-

OBSERVATIO X.

De contumacia actoris.

SUMMARIA.

- 1 Contumaces qui dicantur?
- 2 Contumacia Actoris maior est quam rei.
- 3 Actor contumax quomodo puniatur?
- 4 Edictum quando circumducatur?
- 5 Edicta etiam contra Actorem impetrari solent.
- 6 Differentia inter jus Codicis & Nouellarum de modo procedendi ad sententiã definitiuam, actore contumace existente.
- 7 De contumacia Actoris Iuris Sax: dispositio.
- 8 Reo contra actorem contumaci duplici modo subuenitur.
- 9 Ad sententiam definitiuam actore cõtumace quando perueniatur?
- 10 Praxis Curia Regalis in cõtumacia actoris qualis sit?



Contumaces ¶ in iure dicuntur, qui in jus vocati tergiuersantur atq; latitant, vt nimirũ eo modo iudicis authoritatẽ illudãt, & partem aduersam diu ac frustra in iudicio fatigent. Quæ cõtumacia cum sit res admodũ odiosa; multo idcirco pœnis in iure Ciuili (aliter tamen in actore quam in reo) coercetur. Et primũ quidem quantũ attinet contumaciam Actoris, 2 quia iuxta vulgatam regulam ea maior est, quam rei, vt notat gloss. in cap. causã que, in verb. ad domum, ext. de dolo & contumacia, idẽd durius etiam adstringi solet: prout textus admodum singularis, in l. properandum 13. §. Et si quidem Cod. de Iudicij, satis clarẽ disponit, cuius verba hic adscribere operæ precium esse duxi: Nam si Actor lite iam contestata

con-

contumax fuerit, neq; postmodum per tres vices decē dierum spatio per unum quemq; introitū destinato, citatus comparuerit, tunc Iudex non obstante absentia eius negotij acta apud se confecta conspiciere debet; etsi quidem nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino cause certa fieri coniectura: volumus non solum partem fugientem ab observatione iudicij relaxare, sed etiā in omnes expensas, quæ consueto modo circa lites expendantur, eum condemnare, vera quantitate earum Sacramento fugientis manifestāda, & omni cautela, quam super lite reo exposuit, reddenda, quæ etsi remanserit, viribus euacuabitur.

Sin autem ex gestis apud se habitis, parte actoris minime inuenta, possit inuenire viam, qua manifestū ei fiat,

quid

quid statuendum sit etiam absente actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre sententiam non moretur, & presentem reū absenti actori condemnare; expensis tantummodo litis, quas reus legitime se expendisse iurauerit, condemnatione excipiendis, quia hanc pœnam actori & meliorem causam habenti propter solam absentia contumaciam imponimus; nullo penitus ei regressu ad eandem litem conseruando. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absoluitur.

Sin verò aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan nō sufficientem sibi actor putauerit fugitiuus, nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus, & hæc quidem pœna actoris fiat imposta.

Vn-

3 Unde satis liquidò constat, quod ꝑ Iudex ob contumaciam actoris ad causæ cognitionem procedere, & eum non solum in expensis, sed etiam in amissione causæ condemnare possit, Nec imèritò. *Iniuste enim* (vt inquit Imp. Iustin. in Nouella Constit. 112. Cap. omnem 3.)

agere recusat, qui paratus aduersarium suum ad iudicium vocauit, cum excusatio hec pulsato magis, quàm actori cõueniat. Nec obstat quod in l. ꝑ post. edictũ 73. §. i. ff. de iudicijs, dicitur, quod actore absente in termino peremptorio non procedatur ad sententiam definitiuã, sed tantum illius ꝑ edicti instãtia circumducatur, quod

4 idem est ac si dicat, citatio illa cassetur, vt glossa ibidẽ notat. Nam hæc de eo casu, quando is qui impetrauit edictum, absens est, in-

telligi debent, vt scilicet tunc tantũ illud circumducatur. per expressã verba d. l. ꝑ post. edictum §. i. ibi: *Quod si is, qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis: is verò, aduersus quem impetratum est, adsit; tũm circumducendum erit edictũ peremptorium: neq; causa cognoscetur, nec secundum presentem pronuntiabitur.*

At si is, contra quem edictũ impetratum est, absens sit; (Nam & cõtra actorẽ ꝑ si is 5 actionẽ in Iudicio propositã prosequi nolit, reus tria edicta, nõ minus quam triginta dierũ spacio vnaquaq; cautione cõcludenda, impetrare potest. *Iudices enim Ordinarij* (vt Imp. Iustini. in d. N. 112. Cap. 3. tradit) non solum preconum vocibus, sed etiã edictis propositis quãcumq; litigatorum partem absente

42 OBSERVATIONVM PRACTICARVM

in iudicium vocare debent.

Et additur ibidem ratio.

Quod videlicet vocem præconū pauci possint qui præsentés inveniuntur, audire; edicta verò per multos dies sic posita, possunt penè omnes agnoscere,

(ut in d. N. 112. Cap. 3. habetur.)

tunc licet ad definitivā perveniatur sententiam; attamen de modo ad eandem procedendi, inter jus Codicis & Nouellarum magna est differentia. Nam jure Codicis non pervenitur ad sententiam definitivam actore absente, nisi ex actis jam confectis rei veritas iudici explorata esse possit,

ut in d. l. properandū d. 5. Et si quidem.

Jure verò Nouellarum rei veritas inquiritur ex allegationibus conuenti.

d. N. 112. §. si verò, in his verbis:

Si verò propositis edictis vocatus ad iudicium venire & suas intentiones aut per se, aut per legitimū,

(sicut dictum est.) procuratorem proponere noluerit; tunc & aliud unius anni spacium ei concedimus, intra quod nisi suam intentionē fuerit prosecutus, damus licentiam Iudici, & absente adversario partis permanentis allegationes secundum nostras leges examinare: & veritate subtilius requisita, legitimam proferre sententiam.

Hinc itaq; manifestè colligi potest, quod jure nouo actor ad prosequendā actionem tribus itidem edictis citari debeat, post quæ si adhuc venire recuset, vsq; ad unius anni decursum sententia à Iudice proferi debeat, & nihilominus expensas & sumptus litis ante omnia Actor reo dare & refundere teneatur, aliter enim ad agendū admitti non posset. per expressum textum in d. N. 112. §. si verò, circa finem.

Et

Et haec ita se habent jure Civili; at jure Saxonū longē aliter obseruatur. Nam ꝑ hoc jure, Si actor contumax extiterit, & actionem suam non proponat, Iudici mulctam praestabit, & reo cōdemnabitur ad emēdam, sed & reus ab actione liberatur. per expressum textum L. lib. 2. artic. 8.

Quod ita demū in praxi Curiarum Saxonicarum obtinet, si reus per sententiam definitiuam cognitione causae à Iudice praemissa, petat se absolui ab ipsa actione. Duplici ꝑ etenim modo reo contra actorem contumacem subueniri solet. Et primo quidem, etiam absq; speciali ad citatione actoris, reus se absolui ab obseruatione & instātia Iudicis, & actorē in expensis condemnari petere potest. Deinde causam suam

am, pro qua cōuenitur, proponere, & defensiones adferre, atq; ita vsq; ad sententiam definitiuam procedere potest, etiamsi lis nondum sit contestata, quod in hoc casu admodum speciale est, vt notat Chilian. Kónig in suo processu juris Cap. 36. idq; per textum in d. Cap. causam. ext. de dolo & contumacia.

Verumtamen ꝑ hoc sciendum est, quod non tam facile ad huiuscemodi sententiam definitiuam deueniatur, sed necesse sit, vt prius reus, actore contumace existēte, à termino & instātia Iudicij se liberum pronunciari petat. Quo facto si actor reum in jus denuo vocat, & nihilominus à prosecutione actionis cessat, tum demum locum habet dispositio juris Civilis, maximē verò d. N. 112. ex qua. auct. qui semel. Cod. quomodo & quando im-

dex senten. etc. desumpta est, ut scilicet tribus edictis à reo citetur, & si nec post tri-
na illa edicta cōpareat, tunc ad vnius anni decursum Iudex causam illā differre debeat. Et eo demum elapso causam examinare, & si innocentia rei apparuerit, per sententiam definitivam ab impetitione Actoris eum liberū pronunciare possit.

vt notat Chilian. König dicto loco.

Atq; hoc modo reo contra actorem contumacem abundè prospectum esse jura suprà allegata testatur. Sed hæc in praxi Curie Regalis non vsq; adeò obseruantur, vbi huiuscemodi contumaciæ actorum,

(quas vulgò euasiones vocant.)

non alijs pænis affici solent, nisi quod ante litem contestatam, reus actore contumace existente, à citatione seu termino liber pronun-

cia-

ciatur; prout inter Sitkovvicz & VVierzicka Año 96. feria sexta ante festum Sactæ Margarethæ Virginis & aliàs sepissimè pronunciatum fuit. Post litem verò contestatā, quia tam Actori, quam reo semper est terminus peremptorius, ideo actor contumax, sicut & reus, in amissione causæ totius condemnari solet; quod quotidie ferè videre licet.

Et hoc ipsum in dicto articulo 8. lib. 2. habetur in his verbis: *Sed & reus ab actione liberatur.* Et in articulo 9. lib. eiusd. ibi:

Qui cum inceperit respondere, si alius terminus sententialiter prefigatur, & in eo non comparuerit, quasi victus condemnatur. Quod non solum de reo, sed etiā de Actore intelligendū est, ut glossa ibidem notat, ut vel inde manifestò liquet, quod

quod textus ibidem tam ab Actore, quam à reo cautionem de parendo juri Iudici acceptare suadeat.

OBSERVATIO XI.

De Contumacia Rei.

SUMMARIA.

1. *Rei contumacis ante litem contestatam pana ex jure Civili.*
2. *Primum & secundum decretum quid dicatur?*
3. *Secundum decretum quando interponatur?*
4. *Contumacia Rei post litem contestatam quomodo puniatur jure Civili?*
5. *Contumacia aliter puniatur in actione reali, aliter in personali.*
6. *Jure Sax: reus contumax condemnatur in amissione cause.*
7. *Fugiens judicium videtur de sua justitia diffidere.*
8. *Reus citari debet tribus ter-*
mi-

minis, & trina contumacia cum condemnant.

Reus contumax, multam 9 Iudici prestare tenetur.

Reo contumaci conditio 10 inferendi legitimi impedimenti reservari debet.

Sed & Actor contra reum contumacem varijs modis procedere potest. Et quidem aliter ex dispositione juris Civili, aliter vero Saxonici.

Nam juri Civili si reus legitime citatus in termino peremptorio non compareat, tunc Actor contumacia ipsius accusata, se in possessionem rei, de qua agit, ex primo decreto mitti, optima ratione petere potest. prout in l. 2. in verbis:

Prator ait: In bona eius, qui Iudicio sistendi causa fideiussorem dedit; si neque potestatem sui faciet, neque defen-

fenderetur, iri iubebo.

ff. quib. ex causis in poss. eat.

Quod fit pro mensura debiti tantum, quando agitur actione personali,

per textum in auth. et qui jurat. ibi:

Mittet Actorem in possessionem rerum eius iuxta mensuram declarati debiti.

Cod. de bonis auth. Iudic. possiden.

Nam quando agitur in rem, missio fit in possessionem totius rei debitæ,

per textum in l. si quis emptionis 8. §. sed et si quis Cod. de prescript. 30. annorū.

- 2 Sed † quia hi termini: primum & secundum decretum, quibus practici communiter uti solent, iunioribus fortè minus cogniti esse possunt, ideò sciendum est, quod primum decretum dicatur prima missio, quæ fit per Iudicem in bonis contumacis, & quæ efficit, ut in actione reali, is qui mittitur in possessionem, fiat verus possessor rei petite, *d. l. si quis*

empe

emptonis: in actione verò personali, solam detentationem acquirat, custodiæ causa.

per textum in l. cum legati 12. ibi:

Non possidemus, sed magis custodiam rerum et observationem nobis concedit.

ff. quibus ex causis in possessionum eat.

Secundum verò decretum, id est, secunda missio, fit per Iudicem, contra eundem reum perseverantem in contumacia; & hæc non solum transfert veram possessionem, sed & rei dominium, vel usufructu conditionem, *ut notat glos. in l. 2. §. i. in verb: in bonis. ff. si ex noxali causa agatur. et per textum in l. prætoris officium. ff. de damno infecto.*

Ex quibus † manifestè colligi potest, quod hæc missio maioris sit præiudicij, quam prior illa, & ideò non simpliciter interponi debet, sed necesse est, ut prius probetur debitum, per testes

ve)

vel instrumenta. Sed hæc obiter dixisse sufficiat.

¶ Quod si † reus post litem contestatam contumax existat; tunc si de causa liquet, potest in contumaciã ipsi ferri sententia definitiua, cuius exequutio fit in rebꝯ & facultatibus ipsius, ita vt etiam reuersus, appellare non possit, nec recuperet possessionem, etiam si cautionem præstare paratus sit, per textũ. in l. proparand. §. Sin autem. reus Cod. de iudicijs.

¶ Sin autem non constet de causa, & in rem † actum sit, tunc dispositio l. consentaneum Cod. quomodo & quando Iudex. tenenda est, cuius hæc sunt verba: *A quo ter citatus, si contumaciter presentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, vt sese representet, vel possessionem bonorum cui incumbit ad te transferre, & aduersarium petitozem*

cons.

constituere, vel auditis defensionibus tuis, id quod iuris ratio exegerit, iudicare.

Quod intellige de vera & irreuocabili possessiõe, ita, vt jam non requiratur secundum decretũ, sed anni lapsus sufficiat, vt notat Bart. in in l. 3. §. in ff. de acquir. possessione.

Sin autem in personam actum fuerit, missio fit in possessionem, idq; ex primo decreto tantum, sicut & ante litem contestatam, vt suprã dictum est. Porro † jure Saxonũ, (quod etiam praxis Curie Regie tenet) si reus legitime citatus non comparuerit, eum pro cõuicto haberi, & causa cecidisse, videre est in textu Sp. Sax. lib. 2. artic. 9. cuius verba obseruat. præceden. sunt posita, & lib. eodem artic. 24. in verbis:

Non debet aliquis à sua eijci possessione, licet male possideat, nisi bonorum possessio (ex iusta in ipsius præ-

sen

sentia, vel in suis legitimis
citatus terminis non com-
pareat) elidatur actione.

Et in fine eiusdem articu-
li: Ideo nulli possessio bo-
norum nisi, in eius presen-
tia, vel interveniente con-
tumacia, abiudicetur: qui-
bus concordant & alij text.
eiusdem turis lib. eodem artic. 70. lib.
3. artic. 83. & similes.

Neque id caret ratione,
7 siquidem f fugiens iudiciū,
videtur de sua justitia diffi-
dere, & confiteri quodā mo-
do id, de quo convenitur,
vt in Cap. Christianus caus. 11. qu. 1. &
Cap. honoratus, distinct. 74. habetur.

Confessus verò pro judi-
cato est, qui quodam mo-
do sententia sua damnatur
l. 1. ff. de confessis. Citari f autē
reus debet tribus terminis
legitimis quatuordecē die-
bus inuicem distantibus.

vt habetur Sp. Sax. lib. 1. art. 67 in verb:

Qui coram iudicio impe-
tatur, & si presens non fu-
erit

erit, vicinum ei iudicium
pro termino assignetur.

Qui autē pro violentia in-
culpatur, post tres quīdenas
bannitus verò post sex heb-
domadas triplicatas ad judi-
cium citetur, sub banno im-
perij, & ad legitimum locū
iudiciale. Qui tribus edi-
ctis citatus non comparue-
rit, proscribatur. quod item
exprimitur lib. 3.

artic. 5. in verbis: Per tres quin-
denas autem citetur is, qui
res alij concesserat, &c.

Et lib. 1. artic. 70. his verbis:

conqueritur autem quis tri-
bus vicibus super bonis &c.

Vnde satis clare colligiur,
quod de jure Sax. tres con-
tumaciæ requirantur, pro-
ut etiam in Curia Regali
inter Prædocina & Praszko-
miez Ciues Sandomirien:
Anno 1591. decisum fuit.

Et in glossa juris municipal. artic. 23.
istā prorsus cont. contumacem tangitur.

9 Præterea † reus contumax mulctam iudici solvere tenetur, per clarum textum lib. 3. artic. 39. in verbis:

Qui in iudicio incusatur, Et si ut respondeat à iudice ei præcipiatur, si non responderit, vel se de jure respondere non monstraverit, tunc mulctaturus sententiatur, quod etiam in secunda Et tertia vice pronüciatur: Et si adhuc non responderit, tunc in actione est superat9.

Et lib. 2. artic. 6. ibi:

Qui ad iudicium non venit, cum ad hoc teneatur, præstet mulctam, nisi se iuste poterit excusare. Sed hæc ita intelligenda sunt, si
 10 *reus † in futuro iudicio nullam adferat absentix suæ legitimam causam, vel aliquod legitimum impedimentum, ob quod comparere non potuit. Hoc itaq; iudex diligenter animadvertere de-*
 bet

bet, ne absolutè sententiam contra reum contumacem ferat, sed conditionem inferendi legitimi impedimenti eidem referuet; ac propterea quarto etiam terminus peremptorius ad inferendum legale impedimentum eidem assignari solet, teste Chiliano König in sua praxi. Cap. 37. num. 3.

OBSERVATIO XII.

De legitimis impedimentis.

SUMMARIA.

Legitimæ necessitates excusant à pana contumacia. 1

An Et de alijs iustis causis eidem intelligendum sit? 2

Vis fluminis Et amissio equi, habentur pro legitimis impedimentis. 3

Mercatura vel studio-rum causa absentes non censentur pro contumacibus. 4

Idem in eo qui ob incommoditatem loci absens est. 5

Fruvola causa non meretur 6

tur excusationem à pœna contumacia.

7 Absens legitimum impedimentum juramento comprobare debet.

8 Usus terrarũ Saxonia, vt per nuncium legitima impedimenta denunciatur.

9 Iuris Polonici circa probanda legitima impedimenta dispositio.

10 Praxis Curia de legitimis impedimentis.



Consequenter queri potest: An & illis, qui iustis necessarijsq; occupationibus detenti, in iudiciũ venire non possunt, pœnæ contumaciæ irrogentur? Et quod ¶ quatuor illæ causæ, quæ vulgò legitimæ necessitates appellantur, vt sunt, captiuitas, infirmitas, peregrinatio extra fines terræ, & publica expeditio, excusent à pœna con-

tumaciæ, nullum dubium est. Siquidem textus non solum juris Ciuilib, vt in l. 1. §. 1. ff. ex quib. causis maior in integr. restit. & in l. 17. in fine cum ll. sequent. ff. de procurat. Sed etiam juris Saxonici, vt in lib. 2. artic. 7. videre est, satis abundè de eo tractant. Quod etiã in Curia Regali quotidie ferè practicatur: cuius rei exempla referre superuacaneum fore existimaui. An ¶ verò & de alijs quibuscũq; iustis causis idem intelligendum sit, maius est dubium? Verumtamen D D. juris, propter similitudinem rationis, nec nõ propter generalem clausulam in d. l. 1. ff. ex quib. caus. maior in integr. restit. expressam his verbis: *Item si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituum.* idem omninò intelligendũ esse vnanimi ore statuunt, teste Rotzio in decis. Lithuan. 4. num. 3

Proinde ¶ si quis vi flumi-

nis vel equi amissione prohibeatur ad iudiciū venire, hac exceptione legitimi impedimenti, à pœna cõtumacia immunis esse debet,

per textum manifestum in l. non exigimus 2. §. 6. ff. si quis caus. in iud. sist. caus. fact. in verbis:

Quod diximus, succurri etiam ei, qui tempestate, aut vi fluminis prohibitus non venit; tempestatem sic intelligere debemus, siue maritima, siue terrestris sit. tempestatem intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri, vel navigationi. Vis fluminis etiã sine tempestate accipienda est. Vim fluminis intelligimus, si magnitudo eius impedimento sit, siue pons solutus sit, vel nauigium nõ stet. Si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim si ante profectus esset, vel tempore opportuno nauigasset;

ipse

ipse se arctauerit: nunquid exceptio ei minime proficit quod quidem causa cognita, erit statuendum: vbi plura in hac materia videre licet, quod etiã glos. Iuris Sax. d lib. 2. art. 7. vt potè adæquans hos casus, captiuitati & ægrotudini, clarè admodum explicat.

Et decreto Curia Regalis inter Simonem Barcz & Tisenhaus Año 91 id ipsum approbatum est. Velt qui mercaturæ faciendæ, reuè dominicæ expediendæ, aut quod magis est studiorum causa, peregrè absit, quos casus dicta glos. artic. 7. ad posteriores duas legitimas necessitates, nõ sine magna iuris & æquitatis ratiõe refert.

Præterea si quis eò, quò vocatus est, ob hostium incursum, vel ob pestem grassantem, vel deniq; ob fortuitam aliquam calamitatem, tutò venire non possit,

G 2

non

non injuria pro contumace cenferi non debet, per expressum textum d. l. 2. §. pen. in verbis: *vel aliqua fortuita calamitas* &c. ff. si quis caut. in iudic. sist. caus. fact. & in l. Fulcinius 7. §. 4. ff. quib. ex caus. in poss. catur.

Quibus concordant textus iidem juris Canonici, Cap. accedens. 4. ext. vt lite non contestata. Cap. Pastoralis. 2. vers. notoriū. Clement. de sentent. & re iudic. & Cap. ad supplicationem. ext. de renunciat.

Quod etiam ad locum inhonestum non iniquè producitur, arg. l. isti quidem. §. quod si dederit. ff. quod metus causa. textus in l. quid tamen. 21. §. pen. ff. de recept. arbitr. in verbis:

Sed si in aliquè locum inhonestum adesse iusserit, puta in popina, vel in lupanariū: vt Viuianus ait, sine dubio impunè ei non parebitur.

Hinc itaq; colligitur, quod ob quascunq; , iustas tamè & legitimas, nō autem ffrivolous quasuis causas (qualis ratione fractiōis rotæ in-

ter

ter Proconss: & Conss: Ciuitatis Crac: & Mathiam VVilk Anno 96 Sabbato ante festum S Agnetis coram iudicio Regali allegata fuit) absens, pro contumace non habeatur. Quæ ita demum obtinent, † si absens huiuscemodi legitimum impedimentū, iuxta juris præscriptum corporali iuramento comprobare paratus sit, prout in causa Andreæ Dæbrowski & Suetoslai Orzelki Anno 91. ratione diuisionis domus lapideæ in circulo Ciuitaris Posnaniens. sitæ, & multis alijs in iudicio Regali processum fuit. Pro quo facit etiam textus juris Saxo: d. lib. 2. artic. 7. in verbis:

Si aliqua prædictarū causarū aliquem, vt ad terminum iudicialē sibi præfixum venire non posset, impediret,

ipse

ipse pro eo, dummodo, ut iuris est demonstratur, damnum non sentit aliquale, & ipse usq; ad primum iudiciale terminū post prædicta causa cessationem inducias obtinebit. Quæ verba ex germanico textu clari9 hoc modo explicari possunt. Si absentiam suam quis iuxta juris exigentiam denunciauerit per nuncium, cuiuscunq; cōditionis ille sit, indemnus erit. Quod ꝑ ita secundm communem vsum terrarum Saxonix intelligi debet, vt nimirū reus, legitimo impedimento præpeditus, quo min9 comparere possit, nunciū (quem vulgò DD. Exculatorem vocant) ad iudicem mittat & per illum causas suæ absentix exponat, qui necesse habet, causas nomine sui principalis allegatas, mediante corporali iuramento com-

pro-

probare, licet sit in arbitrio actoris, velitnè ab eo iuramentū recipere, an potiq; ab ipso met reo, cum iudicio sese præsentauerit, illud experere, vt in gloss. d. art. 7. lib. 2. habetur. Illud tamen ita demum verū est, si is nuncius speciale mandatū habeat ad iuramen. præstandū. Quāuis enim absq; speciali mandato causas absentix allegās, audiatur; attamen absque speciali mandato super legitimitate impedimentorū sui domini iurare nō potest

per expressum textū in cap. qui ad agendum. ext. de procurat. in Sexto.

Porrò ꝑ in Regno subinde hæc variāt. Iure etenim municipali, quo Nobiles terrigenæ vtūtur, absens infirmitatem suā (quæ sola censetur pro legitimo impedimento) per Nobilem possessionatū, territorij illius, in quo bona principalis cō-

listunt, primum denuncia-
re; postmodum verò in
proximo iudicio juramen-
to corporali mettertius id-
ipsum comprobare debet:
iuxta Statutum Regis Sigis-
mundi Petric: Anno 1523.
10 In praxi \dagger verò juris Mag-
deburgen: quod Curia Re-
galis in decidendis causis in-
colarum Ciuitatum & Op-
pidorum Regni sequitur,
non solum iuramentum à
nuncio non expeditur, sed
etiam neq; nuncius mitti
solet, & nihilominus reus in
proximo iudicio legitimū
impedimentum interre, il-
ludq; iuramento probare
poteat, prout in causa inter
Ioannem Barcz & Fabianū
Dameraw Ao 91 feria quar-
ta post festum S. Margare-
thæ virginis, decisum fuit.

OBSERVATIO, 13
De libello & Guaranda.

SVM-

SUMMARI A.

- Libellus quid dicatur?* 1
*Libellus ex consensu parti-
um omitti non potest.* 2
*In Regno propositio actio-
nis libelli vim obtinet.* 3
*Libellum actori mutare
Iure Ciuili permissum.* 4
*Libellus an ipso iure, an
per sententiam iudicis mu-
tandus sit?* 5
*Libellus quando corrigi aut
mutari possit?* 6
*Praxis Curia in eo passu
qualis.* 7
*Guaranda prestita (secū-
dum jus Saxonum) actionē
mutare non licet.* 8
*Guaranda seu varanda
qua dicatur?* 9
*Actor post prestitā gua-
randam reum defendere
debet.* 10
*Varanda promittitur, non
prestatur.* 11
Pena nō seruata varanda. 12
In Regno pena non serua- 13

ta guaranda non semper attenduntur.

14 *Libellus mutari potest in forma, qualitate et materia.*

15 *DD: sententia, quod post guarandam, substantialia tantum mutari non possint.*

16 *Reus post susceptionem Guaranda tenetur respondere.*



Ed an libellus ab Actore reo oblat9 mutari possit? Et in primis sciendum est, quod ꝑ libello in iure pro scriptura, quæ actionem cõtinet; accipiat. Vocato etenim in jus reo, & comparente, actor actionẽ suam libello comprehensam offerre atq; edere tenetur, vt scilicet re9 deliberare possit, cedere, an sese defendere debeat, & vt cognita actione instructus veniat. tot. tit. ff. & Cod. de edendo; & in auth. offertur. Cod. de litis contestat.

Qui libellus aded est in iudicijs necessarius, vt ꝑ etiã² de consensu partium omiti non possit: siquidem est de processu, vt tradit Chilian Kõnig in suo processu juris Cap. 49. Et ided in terris Germaniæ, in omnibus ferè iudiciorũ subsellijs, ante omnia libellus ab actore proponi solet; qui ꝑ mos,³ etsi in Regno nullibi obseruetur, attamen in locum libelli propositio actiõis successit, vt potè, non re mutata, sed modo & nomine.

Quamobrem quæ hic de mutatiõne libelli dicuntur, ea etiam de proposita actione intelligenda sunt. Redundo itaq; ad propositam quæstionẽ, dico, quod iure ꝑ Ciuili licitum sit Actori libellum reo oblatũ mutare, per expressum textum in l. edita⁴ 3. in verbis: *Edita actio speciẽ fa-*

futura litis demonstrat; quã emendari, vel mutari licet, prout edicti perpetui monet auctoritas, vel jus reddentis decernit equitas. Cod. de edendo.

Vnde manifestò liquet, quod † non ipso jure (vt quidam ex Constitut. renouata, cuius in §. si quis aliud. 37. Instit. de act. fit mentio, deducunt) sed auctoritate iudicis causa cognita hæc libelli, emendatio permittatur. Vtrum autem tam ante quam post litem contestatam, hoc procedat, variè à DD. disputatur, vt in glossâ d. legis edita, videre licet.

6 Communis tamen conclusio est, † quod libellus seu propositio actiõis emendari atq; declarari vsq; ad sententiam: per textum in l. in delictis 4. §. fin. ff. de noxalibus.

Mutari verò, & quoad substantialia corrigi, non nisi ante litem contestatã possit; si quidem (vt IC. Paulus in l. 23. ff. de iudicijs ait:)

non potest videri in iudiciũ venisse id, quod post iudicium acceptum accidisset.

Quod † & in Regno obseruari, praxis Curix docet, cuius rei exempla cuius obuia esse possunt. Sed & jure Saxonum, † istam licentiam emendãdi libelli post litem contestatam cohiberi, vel inde satis expressè colligi potest, quod reus statim, post oblationem libelli possit ab actore petere guarandam, qua præstita actionem suã amplius emẽdare non potest. vt est textus eiusdem iuris lib. 3. artic. 14. in verbis:

Contra quem agitur actiõne iniuriarum, primò varandam petat actiõnis, quoniam ante huiusmodi varande præstationem, actor suam corrigendi actiõnem liberam habet facultatem, quam post huiusmodi præstationem non est habiturus

Et lib. 1. artic. 63. ibi:

Post hac reus petat actionis
varendam, quæ ei est faci-
enda. Licet tamen potest
quis actionem suam ante
varenda præstationem in
statum producere meliorem.

Dicitur autem varanda
seu Guaranda (quæ est vox
Saxonica) cautio, quam
actor reo præstare tenetur,
quod videlicet eum defen-
dat, si ab alio eiusdem rei
nomine cõueniatur. Neq;
enim in hoc solum prodest
reo, quod actor actionem
mutare nõ possit, sed etiam
10 quod ÷ teneatur reum de-
fendere, nè eius rei nomine
ab alio conueniatur, per ex-
press. textũ in lib. 2. artic. 18. in verbis:

Qui coram iudicio causam
inchoauerit, pro qua ipsum
varendam præstare oportu-
it, si ea sic facta, postmodũ
alter superveniens causam
apud iudicem proponat can-

dem

dem, & qui prior agere ce-
pit, supervenientem iure per
sententiam amovere non
poterit, huic causam dimit-
tere cum oportebit cum re-
compensa sui dimidia, &
præstando mulctam iudici,
aut carere manu dextra, cũ
qua varendã promittebat.

Ex quibus verbis manife-
stò liquet, quod ÷ varanda, 11
datã tantum manu dextra
promitti; nõ autem cautio-
ne firmari (vt quidam exi-
stimant) soleat, siquidem ÷ 12
pœna non servatæ guaran-
dæ sit amissio manus dex-
træ, cum qua promissio est
facta, vt ibidem habetur.

Quod tamen valdè mirum
videri possit, cur legislator
istius juris in causis crimi-
nalibus, ob non servatam
guarandam, duplicem &
valdè inæqualem pœnã sta-
tuerit; vt potè, aut amissio-

H

nem

nem manus, aut solutionē dimidij verigeldi. Cum nemo tam insipiens inueniri possit, qui non potius hanc exiguam pecuniam exoluere, quàm tot cruciatus in amputatione manus pati malit. Qua in re quāuis mirè sese torqueant auctores istius juris, & maximè

Chilian Konig in suo processu juris. cap. 43. dicens, quod lex dura quidem sit, sed nihilominus seruari debeat, & non omnium ratio reddi possit: illud tamen is qui differentias Iuris Civilis & Saxonici compilauit, optimè meo iudicio distinxisse videtur. Vt, si nimirū causa, ob quam varanda præstita est, fuerit Civilis, quod tunc actor persoluat primò mulctam Iudici, deinde aduersario pœnam 30. solidorum luat, & rem petitam amittat. Quod si causa fue-

rit criminalis, & actor guarandā præstitam violaerit, tunc pœna eius sit amputatio manus; ita tamen, si actione criminali pro pœna actum fuerit: secus, si civiliter actio instituat: nam eo casu solutione dimidij Verigeldi liberatur. Et hęc distinctionem *glossa etiam juris Municipalis probat, vt in artic. 115. videre est.* Verum hæc pœna in Regno non tam strictè obseruantur; quini mò & huiuscemodi guarendæ promissio plerunq; à partibus omitti solet, & nihilominus lite jam cōtestata, mutare propositionem actionis non licet: Nam hac in parte praxis Curia Regalis magis iuris Civilis dispositionem sequitur, quod non permittit, vt reus continuis libelli mutationib9 prægruari debeat, vt supra dictum est. Sed & hoc obiter notā-

rit

dum

14 dum est, quod + mutatio libelli seu propositionis fiat varijs modis, vt potè, in forma, qualitate, & materia.

Et forma quidem in libello tunc mutatur, quando libello inordinatè conceptus in ordinem redigitur; qualitas verò, cū ab actione vel à reo priore disceditur; exempli gratia; Si prius agā ciuilitè, postea verò volo agere criminaliter, vel si propono contra reum tanquā peregrinum, deindè verò dico, esse Ciuem,

vt notat glossa dicto. lib. 2. artic. 15.

Deniq; materia mutatur, quando plus vel minus peto, quam prius petij, vt potè, si pro viginti prius aliquem conueniebam, nunc autè peto ab eodem decem, & è contra, vt in §. *Sin autem plus intentione. Instit. de actionibus.*

Verum tamen DD: juris
15 comuniter statuunt, quod +

gua-

guarādata tūm temporis tantum infringatur, quando libello mutatur in substantialibus, non autem quando in formalibus, vt habetur per Albertum Brun. Asten. in suo tract. de augmento & diminutione. in 3. principali conclusionē, post num. 4.

Quod in vsu & praxi strictius obseruari videm9, ita, vt actor post præstitam varandā vix vnum iota propositioni suæ adijcere possit. *vt notat Chilian König d. loco.*

Sed & + reus per susceptionē 16 varādæ jam censetur sese ad respondendū obligasse, & ideò neq; exceptionibus responsionē declarare: prout inter Rabrocki & Kupmicz in Curia Regali decisum fuit Anno Nonagesimo nono, feria secūda post Dominicam Invocauit: neq; Actori iuramentum deferre potest, sed cogitur sine diffugijs quibusuis ad

H 2

libel-

libellum respondere.

per textum lib. i. artic. 6.

OBSERVATIO, 14.
De satisfactionibus actoris
& rei.

SUMMARIA

- 1 Cautio de lite prosequenda
& expensis refundendis ab
actore prestari debet.
- 2 Consuetudo quorundam
locorum satisfactiones abro-
gavit.
- 3 In Regno satis dationes
tam ex parte actoris, quam
ex parte rei habent locum.
- 4 Reus de parendo juri cau-
tionem prestare solet.
- 5 Possessor quis dicatur, &
quantum possidere opus sit.
- 6 Bona immobilia non pos-
sident, quomodo cauere
debeat.
- 7 Satisfidendi modus triplex
in jure assignatur.
- 8 Qualis satisfidatio ab his
quibus reuerentia debetur
accipienda sit.

Pignoribus an satisfidari
possit.

Locupletes fideiussores qui
dicantur.



Satisfidationū mo-
dus, quia alius an-
tiquitati placuit, alium no-
uitas per usum amplexa est
vt inquit. Imp. Instin. in pr. Instit.
de satisfidat. idē ommissis hisce
juris antiqui obseruationibz,
jus nouum & praxin foren-
sem prosequi, ex re magis
forē existimauit. Inprimis
itaq; sciendum est, quod
jure t nouo actor ante, vel
post litem contra reum in
iudicio contestatam, cau-
tionē de lite vsq; ad finem
prosequenda, & de expen-
sis litis refundendis, si appa-
reat eum minus iustē litem
mouisse, prestare teneatur:
per expressum textum in auth. general.
Cod. de Episcop. & Clericis, ibi:

Et actis interuenientibus fi-
de-

de iussorem idoneum periculo competentis officij praestet, quod usq; ad finem litis permaneat, eamq; vel perse, vel per procuratorem exerceat. Et si convictus fuerit, in iustle mouisse litem, expensarum sumptuumq; nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensa pulsato restituat; Cui & si concordare videatur Auth. libellum C. de litis contestat. in his verbis.

Libellum verò non alias actor dirigat, nisi prius & in ipsum quem dicit obnoxium, & in negotij executorem exponat cautione, se scilicet vel intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum, ei qui conuenitur, contingens, restitutum in duplum, cautione tamen non transcendente triginta sex aureos: attamen inter istas authenticas (juxta glossæ opinionem

nem) hanc esse differentiã existimarẽ; quod hæc ante libellũ judici datum, & de inchoãda lite, illa verò post, & de finienda causa loquatur. Quib9 suffragatur etiam jus Saxonum, vt videre est in lib. 2. artic. 9. in verbis:

Iudex ab actore & reo cautionem recipere debet, vt juri se representet, & ipsi suorum iurium in iudicem confidebunt. Nonnullis tamen in locis hæc satisfactio de vsu & cõsuetudine non seruatur, prout admonet, gloss. in §. Sed hodie in verbis: nullam satisfactio nem instit. de Satisfat. Et Mynfingerus, ibidem in suis Scholijs in Instit. exclamat, redarguendo hominum, in cõseruandis bonis & honestis rebus negligentiam, quod videlicet nihil horum nũc in foro seruetur. Quapropter t non sine magna omnium commendatione huiusmodi

satisfactiones tam ex parte actoris, quam ex parte rei in Regno locū habere praxis eiusdem Curia docet. Ita tamen, ut actor non nisi de damnis & litis expensis caueat, & hoc si nulla ostendere possit possessionem. Reus porro + saltem de parendo juri cautionem præstare tenetur, per expressum textum in d. §. Sed hodie. Instit. de Satisfad. ibi. Sed hodie hæc aliter observantur, siue enim quis in rem actione convenitur siue personali suo nomine, nullam satisfactionem pro litis aestimatione dare compellitur, sed pro sua tantum persona, quod in iudicio permaneat usq; ad terminum litis. quod itidem si bona immobilia possideat, ab eo extorqueri non debet, per textum in l. sciendum in pr. ff. qui satisfad. cogantur. Possessor autem is accipiendus est, (ut in d. l. sci-

endum habetur. qui in agro vel civitate rem soli possidet, aut ex asse, aut pro parte. Sed § qui vedligalem, id est emphiteuticum agrum possidet, possessor intelligitur, item qui solam proprietatem habet, possessor intelligendus est. Eum verò qui tantum usum fructum habet, possessorem non esse Ulpianus scripsit. Nam cum prædia pro prædibus sufficiant, in quorum possessionem mitti potest actor, si reus contumax fuerit, ut videre est tot. tit. ff. de bon. auth. iudic. possid. merito ab his alia cautio, præter quàm nuda repromissio exigì nõ debet per expressum text. in §. Sed hodie, in verbis. vel nudam repromissionem &c. Instit. de satisfad.

Quantum verò opus sit possidere, ut quis pro idoneo possessore habeatur, gloss. in dl. sciendum 15. in verbo.

cōpelli, notat, vt potè, suffi-
cere, si quis iuxta quantita-
tem & æstimationē rei pe-
titæ bona immobilia possi-
deat. Iure autem Saxonū
ad quantitatem vnus *We-*
rigeldi. Per textum eiusdem Iuris
lib. 2. artic. 5. in verbis:

Qui tantum de proprietate, quantum precij summa sui constat werigeldi habet, is in ea iurisdictione, si contra eum actio injuriarum mouebitur, necessario nō ponat stipulantem, & ibi glossa lu-
5 *culentius tradit. Alioquin † is, à quo petitur cautio, si nulla habeat bona immobilia, fideiussores idoneos dare, vel in defectu horum, juratoriae cautioni committi, solet: quod multis exemplis probari potest prout inter Zaluzzkowski Cōsulē Crac: & Simonem Simonowicz Ciuem Bieceñ Anno 91. tum & inter Bronovvski & VVitaliszewski Anno 96.*

feria quinta post festum vi-
sitationis Beatæ Mariæ vir-
ginis, in eadem Curia sen-
tentiatum fuit. Quod certè
etiam iuri communi maxi-
mè est consentaneum, per
supra citatam auth. generalem C.
de Episcop. & Clericis in verbis:

Aut si fideiussorem dare non valet, super iisdem juratoriam exponat cautionē, & tactis sacro sanctis Euāgelijis adfirmet se fideiussorē dare non posse. Et. Quæ omnia clarius illustrat text. in d. §. Sed hodie. Insti. de Satisfac.
vbi † triplex huius satisfac- 6
tionis assignatur modus.

Aut enim (inquit textus) sua quis committitur promissioni cum iure, jurando. Quod intellige, quando reus nulla possidet immobilia in illo territorio vbi cōuenitur, vt supra dictum est, neq; propter inopiam fortè potest inuenire fideiussores

idō-

idoneos; tunc eo casu necessario cautioni juratoriae statur. *Vel nudam promissionem*: puta, bona immobilia, quae liti sufficiant, possidens, *Vel satisfactionem* (pro qualitate personae suae) dare compellitur.

Respicit Imper. Iustin: ad eos qui non habent bona immobilia, vel habent quidem, sed non sufficientia, Verum & in his habetur ratio personae, puta in dignitate, vel officio constitutae, item
 7 † cui obsequium & reuerentiam debeamus, ut potest si patronus aut parens in jus vocetur. Nam ab his etiam qualemcunq; fideiussore praetor vult accipi, in secus facientem poena quinquaginta aureorum imposita, ut videre est in l. x. c. 6. ff. in jus vocat.
 8 ut caut. Cum aliis † satisfatur vel datis pignoribus:

teste gloss. in l. x. ff. qui satisfid. cog.
 quod

quod etiam praxis quotidiana sequitur. Quamuis inter DD: juris (propter legem praetoriae satisfactionis 7. ff. de praetor. stipulat. vbi dicitur. quod praetoriae satisfactiones personas desiderent: Et neq; pignoribus quis, neq; pecunia, vel auri, vel argenti dispositione in vicem satisfactionis fungi posset) magna sit de eo controuersia.

Quod alij speciale esse in praetorijs satisfactionibus, quae non solum securitatis causa, sed etiam ob conueniendi facilitatem exigebantur:

Alij vero de eo casu, quando utraq; pars in pignora consentit, intelligunt: Vel fideiussoribus locupletibus & idoneis per d. l. x. ff. in jus vocat. ut caut. Locupletes autem † 9 & idonei non tantum ex facultatibus intelligi debent, sed etiam ex conueniendi facilitate, per textum in l. fideiussorū.

2. Statim in pr. Fideiussor in
iudicio sistendi causa locu-
ples videtur dari, non tantū
ex facultatibus sed etiam ex-
conueniendi facilitate,
ff. qui satisd. cogantur, id, est, qui
nō dicatur habere fori præ-
scriptionē per text. express.
in l. Si fideiussor. 7. in pr. ff. qui satisd.
108.

OBSERVATIO,
XV.

Vtrum accusans alium
quem de crimine satisdare
teneatur; & an reus crimi-
nis fideiussoribus com-
mitti debeat?

SUMMARI A.

1. In criminalibus accusator
ad penam talionis sese in-
scribere & custodiae simili-
tudinem subire tenetur.
2. Accursij sententia, quod
etiam sine inscriptione accu-
sator subeat penam talionis.

Inscriptio non requiritur 3
ex Imp. Caroli Constitutio-
ne.

Usus obtinuit ut accusator 4
ad certam pecunie summam
se inscribat.

An reus criminis fideius- 5
soribus committi debeat?

Hyppoliti de Marsilij sen- 6
tentia de fideiussoribus in
causa criminali.

Nemo est membrorum suo- 7
rum dominus.

Cōtractus & delicta aqvi- 8
parantur.

Alius pro alio se vadem 9
dare potest.

Vesembecij distinctio in- 10
ter personas honestas & vi-
les.

Pena acrior infligitur vi 11
lioribus, quam honestioribus

Capitalis pena non tantū 12
mortem sed etiam exilium
comprehendit

In criminibus atrociorib; 13

*nemo fideiussoria cautioni
comitti debet.*



Superiori depen-
det etiã hæc quæ-
stio. Vtrum accusans ali-
quem de crimine satisfacere
teneatur? Et jure † quidem
civilis, in causis criminalibus,
accusator ad pœnam talio-
nis se inscribere tenetur:
per textum manifestum in l. pen. & ult.
C. de accusat. ibi: *Sed quisquis
ille est, qui crimen intendit,
in judicium veniat, nomen
rei indicet, vinculum inscrip-
tionis arripiat, custodia si-
militudinem, (habita tamẽ
dignitatis estimatiõe) patias-
tur.* Et. Quanquam gloss.
in l. 2. verbo periculi C. eodem,
huic admodum reclamer,
ex ea potissimum ratione,
quod † etiã sine inscrip-
tione, accusator non probans
suam intentionem, sube-
at eandem pœnam: per l. 1. ff.

de ad noc. divers. iudic. & l. 1. §. idem
Diuus ff. de testibus. Nam hoc in-
de elici non potest, vt non
sit necessaria inscriptio,
quinimò præsumitur accu-
sator legitime processisse in
causa si se inscribat. Imper.
verò Caroli † noua hæc de 3
re extat Constitutio, Anni
videlicet, 1530. & 1521.
quæ talem inscriptionem
non requirit, sed vt acufator
vnã cum inculpato in vin-
culis tantisper detineatur,
donec causa examini subij-
ciatur, quod optimè cõgru-
it, tam cum textu juris Ci-
uilibis, in d. l. fin. C. de accusatio.
quàm etiam cum jure Sax:
in lib. 1. art. 61. ibi: *Qui fideius-
sorem habere non poterit,
nec ibidem habet hereditatẽ,
illum iudiciaria potestas re-
seruet, si aliquem criminali-
ter accusat, vel ipse accusetur.* Verum † consuetudo
in quibusdã locis obtinu- 4

ligare ad pœnam corporalem; mirum est, cur nō etiam promittendo; siquidē
 8 † contractus & delicta parificantur, in l. omnem. ff. de iudicijs & auth. vt omnes obed. iudic. §. hæc considerantes. Præterea, si is qui suscipit in se custodiam carceris capite punitur, vt in l. fin. §. de custod. reor. & sic propter factum alienum, nullū est dubiū, quod multò magis ex cōuentione sua possit quis obligari ad pœnam corporalem. Nec desunt eius rei exempla, sed breuitatis studio vnum ex multis delibare placet, illud nimirū, quod † Valer: Max: lib. 4. Cap. 7. de Damone & Pijthia Pijthagoricæ disciplinæ studiosis recēset, quorum alter pro altero in causa capitali vadem se dare nō dubitauit. Huius ferè simile refert etiam Petrus Roijsius in sua decisione Lithvanica

vanica i v. de quodam rustico Lithuano. Vesembecius verò in tit. ff. de custod. & exhibit. reor. aliter distinguit, nimirum † inter personas ¹⁰ in dignitate constitutas, & honestas, atq; amplissimas facultates habentes; & personas viles, quas nequaquā fideiussorib9 in crimine capitali committendas esse putat, sed in vinculis detinendas. Quod, qua ratione verum esse possit, nō satis constat, nisi quod fortè pœna † acrior hominib9 in ¹¹ inferioribus infligatur, quàm honestioribus, *juxta l. vlt. c. quæ res vendi non poss. & ibi. gloss.* quod tamen locum habet in criminibus, leuioribus, in quibus pœna capitis non irrogatur. Nam in his æquè pauper vt diues; vilis, vt in dignitate constitutus, punitur, propter generalia jura, quæ de publicis judi-

judicijs sunt scripta. Ego
 verò vtriusq; Interpretis
 sententiã hac distinctione
 optimè temperari posse ex-
 istimo: vt scilicet, si com-
 missi criminis pœna sit capi-
 tis, nemo committatur fi-
 deiussoriae cautioni. *propter alle-
 gata iura.* Si verò alia pœna
 capitalis, puta relegatio aut
 deponatio; eo casu personã
 honestam, & in dignitate
 constitutam, fideiussoribus
 committi posse dixerim.

Nam in hoc casu fideiussor
 ad pœnam capitalem obli-
 12 gatus, (capitalis t̄ autè pœ-
 nœ appellatione non tantũ
 mors, sed etiam exilium, ig-
 nis atq; aquæ interdictio
 continetur, *iux. l. 2. ff. de public.
 iudic.*) si reus fallat, poterit
 multari magna pecuniæ
 summa, iuxta arbitrium iu-
 dicis, nisi (vt fieri solet)
 certam ipse promiserit.
*per textum in l. si quis 4. in verbis:
 pœna pecuniaria plectitur.*

ff. de custod. & exhib. reor.
 Et reus ipse nihilominus pœ-
 na infamiæ notatur, quia
 eo ipso videtur delictum
 confiteri: *arg. l. in eos 13. ff. de
 custod. & exhib. reor.* Id tamè ali-
 ter se habet in vilibus perso-
 nis, quæ aut non facillè fide-
 iussorẽ inuenire possunt, ni-
 si forrè simillẽ sibi, qui tanta
 pœna pecuniaria mulctari nõ
 possit: aut etiã, quia nota in-
 famiæ in huiusmodi per-
 sonis parũ attenditur, cum
 iuxta vulgatum dictum,
 Nudo nihil amplius detra-
 hi possit; sic qui jam ante
 vilis & inhonestus habetur,
 amplius dehonestari nõ po-
 test. In t̄ criminibus porrò 13
 atrocioribus, ex quibus pœ-
 na capitis irrogatur, vt potè
 homicidio, adulterio, crimi-
 ne læsæ maiestatis, & alijs,
 par vtriusq; cõditionis ho-
 minum est ratio, vt supra
 docui. Nec obstat, quod
 qui-

quidam VVęgrzynek Ciuis Crac: nęcis cuiusdam Lochocki inculpatus & in vinculis detent9 ex decreto Sac: R: Mis: Anno 1591. lato, cautioni fideiussoriae commissus fuerit. Hoc etenim casu accusator istius criminis suam intentionē probare destiterat. Vnde sicut actore non probante reus absoluitur, ita accusatore cessante, reg9 simpliciter absolui debet. *per expressum textum in l. qui accusare. 4. C. de edendo.*

Et nē scelera manerent impunita, rectē meo quidem iudicio, etiam hęc cautio in superabūdanti ab inculpato exacta fuit, vt scilicet accusatore aliquo existente inculpatus denuo in iudicio sese sistere teneatur.

OBSERVATIO XVI.

Vtr9

Vtrum fideiussor non prius cōueniri debeat, quā excutiatur debitor principalis.

SUMMARIA.

Excussio debitoris quid dicitur. 1

Fideiussor habet beneficiū excussionis. 2

Excussionis beneficium non competit fideiussori, quando debitor principalis absens est. 3

Tempus deducendi principalem datur fideiussori. 4

Fideiussor renunciāns beneficio excussionis, Et quando constat notoriē, debitore soluendo non esse, hoc beneficio amplius vti non debet. 5

Iuris Sax: de fideiussore conueniendo dispositio. 6

Praxis Curia Regalis. 7

Leges Codicis potestatem relinquunt creditori, vt omisso reo possit conuenire fideiussorem. 8
Le.

9 *Leges priores tolluntur per posteriores.*

10 *Fideiussor soluere promittens id quod à debitore debetur, non habet beneficium excussionis.*

11 *Cautela in fideiussione obseruanda.*



Prima quaestio & frequenter in Iudicijs versata occurrit:

Vtrum fideiussor nõ prius conueniri debeat, quàm excutiatur debitor, principalis, id est, & quàm bona atq; res principalis debitoris, ad vngulã vsq;, vel (vt DD: juris tradunt) ad saccum & peram, per Iudicem inquirantur & discutiantur? Et quamuis jure Ciuili generaliter loquendo, quilibet & fideiussor intercedens pro alio, habeat beneficiũ excussionis, prout id in auth. de fideiussor. coll. l. tit. 4. Nouel. Constit. 4. Cap. 1. his

his verbis cõtinetur. Si quis igitur crediderit, & fideiussorem, aut mandatorem, aut sponso-rem, acceperit: is non primum aduersus mandatorene aut fideiussorem aut sponso-rem accedat; neq; negligens debitoris intercessoribus molestus sit: sed veniat primũ ad eum, qui aurum accepit, debitumq; contraxit: & si quidem inde receperit, ab alijs absteat. quid enim ei in extraneis erit, à debitore completo? Si verò non valuerit à debitore recipere, aut in partem, aut in totum: secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fideiussorẽ, aut sponso-rem, aut mandatorem veniat, & ab illo quod reliquum est sumat. Hoc tamen fallit in multis casib; veluti quando & principalis debitor est absens, à Ciuitate, seu iurisdictione iudicis, fide-
3
jus-

iussor verò est præsens, Nā
 tunc (per expressa verba eiusdem
 auth. de fideiussor.) fideiussori nō
 datur beneficium excussionis
 sed potest conueniri prius
 quàm debitor principalis,
 4 ita tamen, † ut præsidens Iu-
 dex det tempus intercessori
 volenti principalem dedu-
 cere: quatenus ille prius su-
 stineat conuentionem; Et
 sic ipse in ultimum subsidium
 seruetur. Si verò tempus in
 hoc indultum excesserit, (cō-
 uenit namq; etiam tempus
 desinire iudicantem) tunc
 fideiussor aut mādator, aut
 sponzor exequatur litem, Et
 debitum exigatur contra
 eum pro quo fideiussit. Et
 d. auth. de fideiussorib. Cap. 1

5 Proinde † & si ipse fideiuf-
 sor in contractu renuncia-
 uit huic beneficio; vel eui-
 denter & notoriè constat,
 quod principalis debitor
 soluendo non sit; poterit
 con-

conueniri nō excusso prin-
 cipali debitore, nec eo con-
 uento aut requisito, secun-
 dum DD, quos præclare ad
 hoc citat Hippolicus à
 Marsilijs in tract. de fideiuss.
 num. 7. qui etiam plures ab
 hac Regula generali excep-
 tiōes summa industria col-
 legit. Hūc diligens lector in
 practica istius materiæ non
 inutiliter consulere poterit.
 Sed & † ius Saxonum hac in 6
 re concordat cum iure Ci-
 uili, ut videre est, in gloss. eiusdē
 juris lib. 1. artic. 6. in verbis:
 Sciendum quod fideiussor
 molestari non debet, quan-
 diu principalis inuentus est.
 Et in gloss. lib. 3. art. 39. vers. qui solu-
 uendo non est copiose tractatur.

Neq; † aliam Curia Rega- 7
 lis praxin semper fuisse, ju-
 dicio est decisum, inter Mag-
 nificum Raphaelem à Leszno
 Castellanum Sremen: acto-
 rem, & Albertum Cupri-
 fa-

fabrum Ciuem Calisien:
 citatum, Anno 1593. feria
 tertia post festum S. Doro-
 theæ, facta. Nec quicquam
 † supradictis obstant leges,
 Codicis, vt potè, l. non rectè, 4
 & l. iure 5. & similes, tit. de fideiussor
 quæ expressè creditori po-
 testatem relinquunt, vt omis-
 so reo possit conuenire fi-
 deiussorem. Omnes enim
 illæ leges, per dictâ authent.
 de fideiussor. corriguntur.

9 Neq; † nouum est, priores
 leges tolli posterioribus,
 per text. in l. 25. & seq. ff. de legibus.
 Vel etiam de eo casu, quã-
 do videlicet quis soluere id,
 quod ab alio debetur, pro-
 mittit, intelligi possunt.

10 Eo † enim casu is qui pro-
 mittit soluere, quodammo-
 do cõstituit se principalem
 debitorem, & videtur inno-
 uare priorem contractum;
 & idèò beneficiũ excussio-
 nis instar aliorum fideiussor-
 rum

rum non habet, sed conue-
 nitur tanquam principalis
 in solidum, teste gloss. in auth. de
 fideiussorib. §. si quis igitur, in verbis,
 fideiussorem. Diligenter † itaq; 11
 in hoc contractu inspicien-
 dum est, vtrum fideiussor
 accedat obligatiõni, maioris
 videlicet securitatis causa, an
 verò simul cum debitore se
 obliget, & animo nouandi
 promittat solutionem.

OBSERVATIO XVII.

Obligatio fideiussoria
 vtrum transeat ad hæredes
 defuncti?

SUMMARI A.

Fideiussoris hæres ex fide- 1
 iussione obligatur.

Fideiussor locũ rei obtinet. 2

Limitatio dicti de obliga- 3
 tione hæredis.

Obligatio fideiussoria, vel 4
 est dandi, vel faciendi, vel

mixta. K Ob-

- 5 *Obligatio facti qualis esse debeat, ut transeat ad hæredes.*
- 6 *Interpretatio textus juris Saxonici de hæredis fideiussoria obligatione.*
- 7 *Praxis Curia Regalis.*



Ed an obligatio huiusmodi fideiussoria, transeat etiam ad hæredes defuncti, quæri commodè potest? Affirmatiuâ partem textus juris Ciuilis manifestâ reddunt: Inprimis † verò textus expressus in §. fideiussor. Instit. de fideiussor. sic habet. *Fideiussor non tantum ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum, propterea quod † fideiussor locū rei obtineat, ut in l. 4. §. fin. ff. eodem de fideiuss. dicitur.* Sicut ergo principalis debitoris hæredes, eo defuncto tenentur; ita etiâ fideiussoris hæredes eo mor-

tuo, obligati remanent. Quod item probat textus in l. fideiussoris 24. C. de fideiussor. his verbis. *Fideiussoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur. Sed si idē vtriusq; succedat, intercessionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris hæres conueniri potest.* Id † tamē 3 non de quauis fideiussione sed tantum de illa, quæ fit ex contractu, intelligendum est. Nec † interest siue 4 sit obligatio dandi, siue faciendi, vel mixta, per clarum textum in l. veteris, 13. C. de contra. & committen. stipul. cuius is est tenor. *Veteris juris altercationes decedentes generaliter sancimus, omnem stipulationem siue in dando, siue in faciendo, siue mixta ex dando & faciendo inueniatur, & ad hæredes, & contra hæredes transmitti; siue specialis hæredum mentio fiat*

sue non. Et. Dummodo
 5 † non tale sit factum, quod
 personæ promittētis cohæ-
 reat, & quod per alium im-
 pleri nequaquam possit.
 Nam tūc fideiussoris hære-
 des non teneri, communi-
 ter DD: in d. l. veteris, tra-
 6 dunt. Iuxta † quam distin-
 ctione textus juris Saxonici
 lib. 1. artic. 9. (qui contrariū in-
 nuere videtur his verb: *Filius
 etiā resignatiōem promittē-
 tis, nisi ipsemet stipulatus fue-
 rit, aut fideiussores super hoc
 dederit, adimplere non tene-
 tur.* Et textus Iuris Muni-
 cipalis artic. 118.) accipiendus
 7 est. Proinde † in Curia etiā
 Regali inter Partacz quorū-
 dam Ovviefzkow plenipo-
 tentem, & Ioannem Bado-
 wski consulem Ciuitatis
 Warssauien. Anno 1591.
 fideiussionem extendi ad
 hæredes, ex ea nimirum ra-
 tione, quod actor vigore fi-
 de-

de iussoria obligationis acti-
 onem in rem, non autem
 in personā dirigere malue-
 rit, pronunciatum fuit.

OBSERVATIO, XVIII.

De exceptionibus, &
 an peremptoria etiam in ter-
 mino executionis op-
 poni possit?

SUMMARIA.

- Exceptionum diuisio. 1
- Exceptiones merè dilatoria 2
quando habeant locum.
- Exceptiones dilatoria quā- 3
do opponi debeant.
- Exceptiones dilatoria seu 4
declinatoria qua dicantur.
- Declinatoria quando op- 5
poni debeant.
- Peremptoria exceptiōes qua 6
dicantur.
- An peremptoria exceptio 7
in executione opponi possit.
- Peremptoria exceptiones 8
in termino appellationis re-

te opponantur, quod in dilatorijs secus est.

9 *DD: juris communis opinio, quod peremptoria etiam in executione obijci possint*

10 *Exceptiōi compensationis etiam in executione locus est.*

11 *Compensatio vim habet solutionis.*

12 *Exceptio quæ non impugnat sententiã, potest opponi in executione rei iudicata.*

13 *Accursius septem casus, quib9 peremptoria exceptiones post sententiã obijci possunt, recenset.*



Quoniam verò de exceptionibus multa passim in jure sunt posita, & diversarum species à *DD: juris* comminiscuntur; ideò omissis alijs in principales tantum (quas etiam glossa *Juris*

Saxonici lib. 3. artic. 22. tangit) inquirere huius operis ratio suadet. Exceptiones et itaq; alia sunt dilatoria, quæ actionem in aliud temp9 differunt, & sunt sub duplici differētia; vt, merè dilatoria, quæ habent locum in solutione, vt potè si fecisti pactū de non petendo vsq; ad certum tempus, si ante petis, habet debitor exceptionem, vt in l. 3. §. 1. ff. de except. Item in dote, quæ in pecunia consistit, l. vn. §. exactio. Cod. de rei vxor. actione. Has et quamuis in initio litis opponendas, & post litem cōtestatam, fundata videlicet jam intentiōe actoris, probandas esse textus in l. 1. c. 1. de probat. 19. Cod. de probat. 19. testeretur; attamen Fulgos. & Iason idem esse iudiciū de dilatorijs, sicut de peremptorijs, in d. l. x. Cod. de juris & facti ignor. tradunt: Aut et di-

dilatatoriae quae & declinatoriae iudicij dicuntur, in gloss. d. l. 3. ff. de except. idq; fit multifariam, ut potè ratione, Iudicis, Actoris, rei, Syndici, Procuratoris, Rescripti, loci, temporis, libelli, fori, causae, quarum usum in praxi quotidie videmus. Quae non solum proponi, sed etiam probari ante litem contestatam debent, Neq; enim possunt reddere iudicium nullum, postquam fundatum est, secundum Baldum in d. l. exceptionem num. 3. Aliae sunt peremptoriae, quae rem de qua agitur perimunt, de quibus in §. appellantur Instit. de except. agitur. Sed & istae quinquupliciter distingui solent, ut sunt personae, obligationis, iudicij, pnae, & accusationis, quas Petrus Rebuff: supremae Curiae Parisiensis Aduocatus satis doctè collegit. Sed an huiuscemodi

di peremptoriae exceptiones etiam in termino executionis rei iudicatae opponi possint, non ita pridem in iudicio DDm: Assessorum Curiae Regalis quaesitum fuit. Qua in re, quamuis non nihil difficultatis subesse videatur, idq; propter tam claros in contrarium textus, ut potè in l. peremptorias 2. Cod. sentent. rescindi non posse, cuius is est tenor. *Peremptorias exceptiones omissas in initio, antequam sententia feratur, opponi posse perpetuum edictum manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur.* Et in l. praescriptionem 8. Cod. de except. & praescription. in verbis:

Praescriptionem peremptoriam, quam ante contestari sufficit omissam, priusquam sententia feratur, obycere quandocunq; licet. Vnde haud obscure colligi potest

quod

quod latâ sententiâ definiti-
uâ, exceptio peremptoria
non opponatur, nisi fortè
causa adhuc pendeat in ap-
pellatione. Nam † & in ter-
mino prosequendâ appella-
tiōis adhuc opponi potest,
per expressum textum in l. per hanc 4.
Cod. de temp. & reparat. appellat.
quod secus est in dilatorijs
exceptionibus, per textum in l.
ita demum 13. ibi: *Si, cum primū
litem contestaveris, non est
tibi eonamine opposita pra-
scriptio militia: quod nec,
cum appellatio agitur, tibi
obijci potest.* Cod. de procurat.

9 Verum tamen † potior
pars DD^m: juris in hanc
sententiam inclinare vi-
detur, vt scilicet huiusmodi
exceptio etiam in executio-
ne opponi possit: Nec ob-
stant supra allegati textus;
Si quidem hoc verum est in
his exceptionibus perem-
ptorijs, quæ sententiæ aduer-
san-

tantur & eam oppugnant;
Secus est in his, quæ eam
non oppugnant, neq; eam
iniquitatis aut iniustitiæ
arguunt, sed contra actionē
opponuntur, & executio-
nem respiciūt, qualis est de
solutiōe facta. Nam in hoc
casu, non dico malè esse ju-
dicatum, sed executionem
indebitè fieri, solutione jam
facta, allego; quod etiam in
executione locum habet.
per expressos ibidem textus juris.

Et primo quidem in l. ex di-
uerso. 17. §. fin. ff. solus. matrimonio.
in verbis. *Si in iudicio dotis
iudex ignorantia juris lapsus
condemnauerit maritum
in solidum, Neratius, Sabi-
nus, doli exceptione eum
vti oportere aiunt, eaq; tu-
tum fore.* Et in l. Nessenius Appoli-
naris. 41. §. fin. in verbis: *In solidū
condemnatus donator actio-
ne iudicati, nisi in quantum
facere potest, non tenetur*
bc.

beneficio constitutionis.

10 ff. de re judic. Hinc ꝑ fit quod etiam exceptio compensa- tionis, quando debitū est liquidum, post sententiam, in executioe opponi possit, per expressum textum in l. ex causa ibi.

Eum verò qui iudicati con- uenitur, compensationem pecunia sibi debita implora- re posse nemini dubium est.

Cod. de Cōpensat. Ratio est, quia compensatio non impugnat sententiam, sed sal- tem executionem impedit, ne bis idem exigatur, quod bona fides non admittit, vt in l. bona fides ff. de reg. juris.

11 Compensatio ꝑ etenim ha- bet vim solutionis, per textū in l. si debitor. ff. qui pot. in pign: hab. ibi: *Nihil interest soluerit an- compensauerit.* Cum itaq;

12 ex his ꝑ liquidò cōstet, quod exceptio, quæ non impu- gnat sententiã possit oppo- nictiam in executione eius;

rectè in iudicio D Dm: Af- fessorum, in causa cuiusdã Ogonek cum Raciborski, Anno 1599 feria secunda intra Octauas Sacratissimi Corporis Christi, dilatio ad producendum apocham (quam vulgo vocant quitã- tiam) solutionis factæ, in termino executiois concel- sa fuit. Porrò Accursius ꝑ 13 septem etiã alios casus po- nit, quibus peremptoriæ exceptiones post sententiã opponi possint, vt videre est in l. i. Cod. de juris & facti igno. in verbo. vti.

OBSERVATIO, XIX.

De dilationibus, & an tam actori, quàm reo con- cedi debeant?

SUMMARI A.

Dilatio est temporis, quo aliquid fieri debuit provo- gatio.

re.

Di-

- 2 *Dilationum diuisio.*
- 3 *Dilationes in causis Civilibus & Criminalibus locum habent.*
- 4 *In criminalibus dilationes causa cognita dari debent.*
- 5 *In Civilibus, an tam actori quam reo concedi debeant?*
- 6 *Conclusio, quod etiam actori dari possint.*
- 7 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*
- 8 *In Consistorio Principis dilationes dari non debent.*
- 9 *Dilationis tempus à Iudice quomodo moderari debeat.*
- 10 *Praxis Curie in assignando tempore dilationis probatorie dispositione juris Sax: sequitur.*
- 11 *Tempus à lege statutum, an per Iudicem minui vel prorogari possit.*
- 12 *In causis criminalibus, in quibus pena sanguinis non irrogatur, quomodo dilationes dari debeant.*

IN omnibus iudicijs actoris petitionem, sequi solet rei conuerti responsio, atq; ita fit litis contestatio, nisi aliqua exceptio, vel dilatio ꝑ ob quam tempus, quo iudicium fieri debuit, prorogatur, interueniat. Dilationes ꝑ tamen huiusmodi solent fieri, aut generales, omnium videlicet iudiciorum & omnium causarū (quas in Curia Limitationes vocamus) aut saltem plerorumq; ut potè feriarum causa, quarum etsi variæ apud veteres fuerint appellationes; jure tamen Iustiniano triplices tantū recententur, ut videre est tot. tit. ff. & Cod. de ferijs. Aut particulares, quæ in singulis causis per se spectantur, & ad petitionem partis cōcedi solent per. text. in l. 1. & 4. Cod. de dilat.

Quod ꝑ tamen in causa 3. cri-

criminali tam actori quam reo permittantur, nullum est dubium siquidem in l. ult. ff. de ferijs et dilat. expressè hoc ipsum traditur his verbis. *In Capitalibus autem reo tres dilatiões, accusatori dua dari possunt, Sed utrinq; causa cognita: Iudicium enim* (vi inquit imper. Iustina. in l. nouerint 2. Cod. vi intra certum tempus crim. questio terminetur.) *debet esse diligentia, ut si nulla rationalis à reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notione non expectatis moris.* Hinc itaq; manifestè colligi potest, quod non promiscuè sed certis & legitimis ex causis dilationes istæ in criminalibus concedi debeant; ut potè, si accusator, vel reo probationum causa dilatiõnem à Iudice sibi cõcedi petat, veluti ad proferenda testimonia, quæ sunt in alia

pro-

prouincia, vel penes absentem per text. in l. 1. in pr. ff. de Iudicijs, vel ad producendos & examinandos testes super crimine obiecto, cuiusmodi causa in Curia Anno 1591. inter Reginam Konopczijna, & Iohannem Gora Conss. & Syndicum Ciuitatis Crac: occasione cuiusdam cædis agitata fuit, vbi sententiam Iudicij Ciuilis Crac: ob negatam ad producendos testes dilatiõnem jure cassatam & retractatam esse reperi. Sed an etiam in Ci-

uilib9 tam actori quam reo promiscuè cõcedi debeant, maior est dubitatio? Et quod reo etiam in his semel tantum dilatio concedi soleat, expressè liquet ex textu d. l. ult. ff. de ferijs et dilat. in verbis. *In pecuniarijs causis omnis dilatio singulis causis plus semel tribui non potest.* Sed hoc intelligendum est, sine

cau-

causæ cognitione. Nam & secundò eam dari causâ videlicet cognitâ, text. in l. oratione 7. ibi: *Sed utilitatis litigantium gratia, causâ cognitâ, iterum dilatio, tam ex eadem, quàm ex alia provincia, secundum modicamen locorum impertiri solet* ff. de ferys & dilat. testatur.

Quod an ad actorem etiâ produci possit, ambiguum est, siquidem textus supra allegati indefinite loquuntur; & regula juris est, Quod actor semper debeat esse instructus. per text. in l. 2. Cod. de dilat. Iuxta quod in Curia quoq; Regni, in causa Petri Luthomirski, cont. Thomâ Rogulski Anno 1591, feria secunda post dominicâ Exaudi iudicatû fuisse liquet. Verumtamen ¶ quia dilatiões plerumq; dantur probationum causa, vt in l. 1. in pr. ff. de iudicijs, & in l. argentariû. ff. eod. habetur. probatio autē lem-

per actori incumbit, per expressum textum in l. qui accusare Cod. de edendo. tûm quod speciali lege cautum sit, vt eo tantum casu dilatio actori nō competat, quando ex Rescripto Principis reum traxerit ad Iudicem extraordinarium, per text. d. l. 2. Cod. de dilationibus. Vnde consequens est, vt in alijs casibus non expressis competat, siquidem iuxta vulgatam Regulam expressa ¶ nocent, non expressa nō nocent, per text. in l. nonnunq; ff. de Conditio. &c Sed & æquitas ipsa, quæ ex varijs causarû circumstantijs oriri potest, etiam actori non debere denegari huiuscemodi dilationem suadet, vt notat speculator tit. de dilat. num. 26. In ¶ consistorio verò Principis non solum actori sed etiam reo, dilationes dari non debent. per text. in l. cum à nobis Cod. de dilat. Neq; enim (vt in l. 1. Cod. de rea-

141. habetur.) ad cognitionem Principis mittitur aliquid, quod plena instructione indigeat. Dilatio autē probādi causā concessa, ita moderari debet, ut semper distantiae locorum ex quibus testimonia proferenda sunt in consideratione habeātur per expressum textum in l. 1. Cod. de dilat. in verbis. Quod hac ratione arbitramur esse moderandū, ut, si ex ea provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur; non amplius quā tres menses indulgeantur. Si verō ex cōtinentibus provinciis, sex menses custodiri, Iustitia est. In transmarina autē dilatione novem menses computari oportebit. Porro ꝑ praxis Curiae dispositionem iuris Saxonici hac in re sequi maluit, quo jure, ad producenda quaevis testimonia spacium tantum sex septi-

ma-

manarum assignari solet, per clarū text. eiusd. iuris lib. 1. art. 62. in verbis: Testes nominati per sex septimanarum tempora, vel in continenti, si voluerit producātur. Quamvis ꝑ etiam hoc jure, consideratā magnā distantia locorum tempore à lege statutum prorogari, posse, haud absurdè dixerim. Nam & ex glossa eiusdem iuris lib. 1. artic. 62. haud difficulter id colligi potest. Et comuniter DD. in l. 2. ff. de re de iudic. concludūt, quod Iudex tempus à lege statutum possit abbreviare vel prorogare. Multa siquidem in legibus constituuntur, non ut urgente aliqua necessitate, aliter se habere non possint; sed ut certum sit aliquod jus à quo temerè & sine justa causa recedere non liceat. Sicut & appellanti à lege annus ad prosequendā appellatiōem præ-

L 2

sti-

stituitur; illud nihilominus
tempus ex iusta causa po-
terit diminui vel augeri,
vt patet. ex Capit. oblato vers. Licet
ext. de appellat. Quod etiã in
Camera Imperiali receptũ
esse notat Andræ Geil. lib. 1.
pract. obseruat. obser. 91. num. 13.

Et Chilian konig in sua
pract. Cap. 40. num. 2. & 3.

12 Deniq; † quod à DD:
juris anxie admodũ quæri
solet. Vtrum videlicet in
causis criminalibus, in qui-
bus pœna sanguinis non ir-
rogatur, dilationes ita dari
debeant, sicut in Ciuilibus;
an verò sicut in capitalibus?
arbitrio & cognitioni judi-
cis relinquendum putarem.
Quamuis alij existiment de
jure tales dari vt in Ciuili-
bus. De cõsuetudine verò,
vt in Capitalibus, vt notat
Lanfrac. in sua praxi Cap. 2.
num. 3.

OBSERVATIO, XX.

De probationibus, &
an duo testes ad probandũ
sufficiant.

SUMMARI A.

- | | |
|--|----|
| Probationes, facti sunt. | 1 |
| Quæ probari non possunt,
pro non gestis habentur. | 2 |
| Diuisio probationum. | 3 |
| Plena probatio qua dicatur,
& quomodo fiat? | 4 |
| Semiplena probatio quid sit? | 5 |
| An duo testes ad proban-
dum sufficiant? | 6 |
| In ore duorum vel trium
consistit omne verbum. | 7 |
| Iure Ciuili duo testes ple-
nè probant. | 8 |
| Numerus testium supplere
potest quod deficit in testib. | 9 |
| In causis criminalibus duo
testes sufficiunt. | 10 |
| Ius Sax: in criminalibus
septem testes requirit. | 11 |

12 *Praxis Curiae dispositione
juris Sax: sequitur.*

1. **R**obationes ꝑ
quia facti sunt, et
si non videantur
ad jus spectare, in eo tamen
modus & forma probatio-
num constituta sunt, qua-
rum in foro & Iudicijs ma-
ximꝰ & frequentissimꝰ est
2 vsus, adeò, vt ꝑ in ijs tota
vis causæ consistat, & quæ
probari ostendiq; nequeât,
pro non gestis habeantur,
per textum in l. in lege fundi 77. ff de
3 cont. empt. Sunt ꝑ autem pro-
bationes (omissis philoso-
phorum distinctionibus)
8 secundũ Interpp: juris sen-
tentiam: Aut plenæ, quæ ꝑ
plenam, hoc est, tantam fi-
dem Iudici faciunt, quanta
ad finiendam controuersia
sufficiens esse videtur; quod
fieri solet vel per testes, vel
per instrumenta publica,

vt patet ex l. in exercitijs 17. Cod. de
fide instrum. Nam hæc duo in
dubiæ probatiõis vim ob-
tinent, per textũ in l. emancipations
11. Cod. de fide instrument. Aut ꝑ se- 5
miplenæ, quæ non tantam
fidem faciunt, sed opinionẽ
quandam inducunt, quod
fit, quando vnico teste ido-
neo & habili, fama non in-
constanti, literis priuatis,
& confessione, aliquid pro-
batur, prout DD: & gloss. in l.
admonendi Cod. de iureiur. tradunt.
His præmissis, nõ inelegans
occurrit quæstio. An ꝑ duo 6
testes ad probandum suffi-
ciunt, vel plures requiran-
tur? Et quod jure Canoni-
co duo testes ad probandũ
sufficiant manifestè liquet
ex cap. in omni negotio, de testibus.
Cum & sacra scriptura do-
ceat. In ꝑ ore duorum vel 7
trium consistere omne ver-
bum. Deut. Cap. 19. Iure autè
Ciuili quamuis ad plenè
pro-

probandū pluralitatem testiū requiri, tam ex his que in l. 1. §. 2. in verbis: *Quamquam quibusdā legibus amplissimus numerus testium definitus sit: tamen ex Constitutionibus principum hac licentia ad sufficientem numerum testium coarctatur; ut iudices moderentur, & cum solū numerum testiū, quem necessarium esse putaverint, evocari patiātur: ne effrenata potestate ad vexādos homines, superflua multitudo testiū protrahatur.* ff. de testibus dicuntur, quā etiam ex illis, quæ passim in jure de septem vel quinque testibus tradi solent, colligi possit: attamen ^g verius est, etiā hoc jure duos testes inducere plenā probationem. per textum in l. ubi. 12. his verbis: *ubi numerus testium non adyocatur, etiā duo sufficient, pluralis enim eloquentia, duo-*

rum numero contenta est. ff. de testibus. Nec obstant de pluralitate testiū suprā allegata, siquidē regulariter sufficiūt duo testes ad probandum; nisi certus aliquis numerus super actu aliquo specialiter requiratur, ut in testamentis codicillis, donationib9 causa mortis &c. Prout nec illud multū facit quod iudex necessariū numerum testiū admittere debeat d. l. 1. Licet enim hoc aliquando cōtingat, ut plures testes inducantur; attamen si in testimonio perfrendo duo tantum concordēs sint, probatio plena & perfecta dicenda est. Numerus ⁹ enim testiū sup- plere solet, quod deficit in duobus testibus, ut gloss. in l. 3. §. eiusdem quoq; in verbo numerus ff. de testibus tradit. Proinde ¹⁰ DD. juris communiter etiam in cau-

sis criminalibus hanc probationem plenam & perfectam esse tradunt, Bart.

in l. 1. §. non autem in fin. ff. de bonorū poss. secund. tab. & alij. Iure autē

II † Saxonum, etiam si in Civilibus causis ex recepta cōsuetudine idem dicendū sit; attamen in causis criminalibus, & proprietatum seu bonorum immobiliū, septem testes necessariō requiri, textus expressi *lib. 1. artic. 8. his verbis: Ubi cūq; proprietās donatur seu impignoratur, aut testimonium derogationem juris vita aut sanitatis cuiuscūq; concernens ferri contingat, hoc Iudex metseptimus, qui coram eo sententias iure adiuueniunt, cōprobabit.* Et *lib. cod. artic. 66 ibi:*

Qui in facto comprehens⁹ fuerit criminali; statim sic debet iudicio presentari & septem virorum testimonio actor eum vincere debet, &c

testatur. Quod jus in practica terrarum Saxoniae non obseruari, sed duorum testiū depositiones in omnibus causis tam Civilibus, quā criminalib⁹ sufficere, Chilian konig *in pract. Cap. 79. num. 1. in fine, & Cap. 80. in fine tradit.*

Verum † apud nos praxis 12 Curiae in causis criminalibus, vt potē grauissimi praedicij, in quibus de sanguine humano agitur, plenum numerum testium, iuxta manifestam dispositionem juris Sax: requirere solet, quamuis in Civilibus (exceptis itidē proprietatib⁹) iuri Civili & Canōico subscribat, cuius rei exempla quotidie occurrunt.

OBSERVATIO, XXI.

De probationibus, in causa criminali.

SVM.

88 OBSERVATIONVM PRACTICARVM.
SUMMARIÆ.

- 1 Probationes in causa criminali debent esse plena & sufficientes.
- 2 Plena probatio quæ dicatur?
- 3 Testes fidedigni plenam fidem Iudici faciunt.
- 4 Confessio rei ultronea item.
- 5 Evidentia facti nullis indiget probationibus.
- 6 Prescriptiones valide ad condemnandum reum non sufficiunt.
- 7 Satius est facinus nocentis relinqui impunitum, quam innocentem damnare.
- 8 In dubijs mollienda sunt potius pena, quam exasperanda.
- 9 Casus, quibus presumptiones admittuntur in criminalibus.
- 10 Iure Sax. quãdo evidentes desunt probationes, accusat9 proprio ad evadendum.

Quod autem f. 1
probatiões in causa criminali debent esse plenæ & sufficientes probatur per expressum text. in h. fin. c. de probation. his verbis:

Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel iudicijs ad probationem indubitatæ & luce clarioribus expedita.

Quã legē canonisatã verbotenus legimus, in cap. sciant cuncti 2. qu. 8. Et concordant l. singuli. Cod. de accusat. & l. cum reis Cod. de penis; & plures alij textus. Quod in Curia Regni diligentissimè attendi solet; prout inter Gertrudã wahl, & Magistratum Gedanen: Anno 91. observatum id fuit, Dicitur f. autem plena 2 & sufficiens probatio, quãdo Iudex ex his, quæ sibi

Quod

osten-

ostensa sunt, adductus est ad fidem & credulitatē eius quod propositū est, ut sup. obser. precedenti dictum fuit. Qualiter autē Iudex ad istam fidem adducatur, certa regula dari non potest, ut ex rescripto D. Hadriani ad Valerium Verum manifestē liquet, cuius verba in l. testium 3. §. 2. de testibus sic se habent. *Qua argumenta ad quem modum probanda cuius rei sufficiāt, nullo certo modo satis definiiri potest, sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cuius rei veritas apprehenditur, alias numerus testium, aliās dignitas & auctoritas, aliās veluti consentiens fama confirmat rei, de qua queritur fidem Hoc ergo (inquit ibidem Imper.) solum tibi rescribere possum summam; non utiq; ad unā probationis speciem cognitionem statim alligari debere; sed ex sententia animi*

tui

tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris: plerumq; tamē hoc fit, vel per testes fide dignos & irreprobabiles, ex visu & certa notitia testimoniū perhibentes, ad minus duos, prout sup. obs. precedenti traditum est.

Vel per confessionem Rei ultro, & extra omnem metum carceris, aut tormentorū in iudicio liberē factam, per text. in l. si confesus 5. ff. de custod. & exhibet. reor.

Si tamen illa confessio nō sit erronea & falsa, hoc est ex errore & falsa opinione criminis patrati, nulli suē iudicijs praecedentibus facta Nam hoc casu Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet: si videlicet nulla probatio religionem cognoscentis inveniatur l. i. §. Diog Severus 17. & §. si quis ultro. 27. ff. de questio.

M

Vel

- 5 Vel \dagger deniq; per euiden-
tiam facti, quādo videlicet
factum non solum Iudici,
sed vnicuiq; ex populo no-
torium est, per *expres. text. in*
Cap. euidencia. 9. extra de accusator. lib
1. tit. 1. vbi dicitur. quod euidencia
patrate sceleris non indigeat
clamore accusatoris. Præ-
6 sumptiones \dagger verò etiā va-
lidæ, vt sunt, fama, opinio,
fuga, idq; genus alia, nun-
quam plenam probatiōem
faciūt in materia crimina-
li ad cōdemnandū reum, ex
ea potissimū ratiōe, quod
(*teste gloss. in d. l. fin. C. de testibus.*)
diligentius examinatio fie-
ri debeat, vbi de hominis
salute tractatur. Et quod
saactius sit, eo casu, dūm
videlicet dubiæ & incertæ
7 sunt probationes, *facinus \dagger*
nocentis relinqui impunitū
quām innocentē damnare:
per *expres. text. in l. absentem 5. in pr.*
8 *ff. de pœnis* In dubio \dagger etenim

molliendæ sunt potius pœ-
næ quā exasperandæ *l. penul.*
ff. de pœnis. Nonnunquā \dagger tra-
men propter difficultatem
probatōis, vtpote si male-
ficio obſcura nocte, vel in
tumultu aliquo perpetre-
tur, probatiōes leuiore per
coniecturas, & verisimiles
præsumptiones admittun-
tur. Lex enim cōtenta est,
ea probatiōe, quæ fieri po-
test, si quæstio sui natura
difficultatem probationis
habet, *secundum gloss. in l. si cum exa*
ceptiōe §. in hac actione in verbo igno
rantiam ff. de eo quod met. causa 10 c.

Quapropter \dagger secundum 10
Ius etiam Sax: quando fa-
ctum euidenibus argumē-
tis non probatur, accusatus
propior est tūc ad euadendū
per Iuramentū corporale,
vt videre est in *text. lib. 1 artic. 15. in*
verbis: Incusatus de quacunq;
re, quæ apud eum nō apparu-
erit, suo se poterit excusare

sacramento, itq̄ non nisi cum sex testibus per express. text. lib. x. artic. 8 ibi.

Si verò extra iudicium facta fuerit, testimonio septem virorum comprobabitur & gloss. eiusdem juris lib. r. artic. 64. clarè idipsum. indica. Quod etiã in Curia Regali obseruari solet. Et ita inter Bachorski & Woloß falsi accusatum Anno 91. iudicatum fuit.

OBSERVATIO XXII.

An ad quæstiones seu torturas, nõ præcedentib9 plenis & manifestis indicijs, Iudex possit aliquem condemnare?

SUMMARIA.

1. Ad quæstiones nemo condemnari debet, nisi præcedat plena iudicia.
2. Indicia quæ plena & manifesta sint, iudicis prudentia committitur.

Indicia plena dicuntur, 3 qua duobus testibus, quini-
mò & uno probantur.

Ad quæstiones Iudex pro- 4
cedere non debet, etiamsi reus se ad eas trahat, si deficiant iudicia plena.

Pena Iudicis iniquè aliquè 5
quæstionibus subycientis, qualis sit?

Quæstionibus non semper 6
adhibenda est fides.

In quæstionibus crimen 7
confessus non statim ad mortem condemnari debet.

Ad quæstiones quando 8
rediri possit?

Nisi etiam cõse- 1
quens est, quod ad
quæstionem seu
torturam nemo condem-
nari debeat, nisi præcedant
plena & manifesta iudicia,
per express. text. in l. milites 8. in verbe
Oportet autè Iudices nec
his criminibus, quæ publico-

rum iudiciorum sunt, ad in-
 uestigacionem veritatis à
 tormentis initium sumere:
 sed argumentis primum ve-
 risimilibz probabilibzq; uti.
 Et si his veluti certis indi-
 cijs ducti, inuestigāda veri-
 tatis causa ad tormēta puta-
 uerint esse veniendū; tunc
 id demum facere debebunt,
 si personarū conditio patia-
 tur. Cod. de quæstionib. Necessē
 est enim (teste vlp. in l. i. §. i. ff.
 de quæstio.) vt indicatijs & alijs
 argumentis penē conuictus
 sit reus. Alioquin in ea cau-
 sa, in qua nullis reus argu-
 menti vgebatur, tormen-
 ta non faciliē adhibenda esse.
 testatur IC. Paulus in l. vnus 18. §. 2.
 ff. eodem. Prout etiā in Cu-
 ria Regali inter Samuelem
 Szydłowski Ciuem Opato-
 uien: & Stanislaum Zalas-
 sek reū Anno 69. feria sexta
 ante festū S. Agnetæ decisū
 2 fuit. Cuiusmodi ꝑ autem

indicia debeant esse, quia id
 quoq; vnā certā regulā ex-
 plicari nequit, idcirco totū
 hoc arbitrio, & prudentiæ
 Iudicis relinquitur, cuius
 est iudicare de suspicioni-
 bus & coniecturis, vtrum
 videlicet illæ dignæ & suffi-
 cientes sint, vel non, pro-
 pter quæ inculpatus tortu-
 ræ seu quæstioni subijci de-
 beat: per textum in l. i. testium, sup.
 obs. precedenti allegatum. Quod ꝑ
 3 autē in illa indicia plena &
 idonea ad torturam censi
 debeant, quæ duorum testi-
 monio fuerint cōprobata,
 testatur gloss. in l. fin. in verbis, vel in-
 dicijs, Cod. sam. ercisc. quinimō
 secundum Bart. in l. obseruare. colum.
 x. num. 5. Cod. quorum appellat. non
 recip. vnus etiā testis proba-
 tæ fidei, omniq; (vt vulgo dicūt)
 exceptione maior, de veri-
 tate criminis admissi depo-
 nens, facit indicium suffici-
 ens ad torturā, dum modò
 aliæ circumstantiæ non ob-
 6-

sistant, de quo etiam *ul. Clarus lib. 5. senent. §. ult. questio. 22.*

Et Iodocus Damhoud. in praxi rerum criminalium *Cap. 36. & sequen.* qui in tractatu istius materiae, etiam tormentorum genera admodum accuratè recenset, consulendus est. Porro *†* nullis probabilibus indicij præcedentibus Iudex ad quæstionem procedere non debet, etiã si *reg* vltro se ad eã trahat. Torquedi enim potestatem habere, est species meri imperij. *per l. defensores Cod. de defensor. Ciuit. quod conferri non potest priuato consensu, per l. priuatorum Cod. de iurciur.* Et ita DD: passim sentiunt, quamuis gloss. in *l. interdum §. 6. §. 1. in verbo, damnato. ff. de furtis* contrariũ statuat Quod *†* si Iudex temerè, & sine vlla euidenti suspiciõe ad quæstionem Rei procedat, puniatur & quidẽ (*vt nonnulli putant.*) capitali pœna. *per l. decuriones.*

16. d. tit. Cod. de quæstionibus. Sed quia ibi de speciali casu, nempe de decurionibus nõ torquendis agitur, idcirco non videdò, quomodo in alijs casibus, alijsuè personis hæc pœnã extendi possit; vnde potius putarem extraordinariam pœna pro qualitate commisi, Iudici infligendã esse. Ius verò Saxonum accusatorem iudicemus, qui iniuste torqueri aliquem curauit, pœnã pecuniariã mulctat, *per text. iuris. Municip. fol. 129.* Quod tamen non aliter intelligi debet, quã, si per imperitiã, vel culpam id factum sit. Nam si dolus interueniat procul dubio legitimis pœnis afficiendus erit. Quamuis *†* vero finis torturæ is esse debeat vt veritas criminis perpetrati per eam indagari possit; attamen nõ omninò nequẽ semper
alia

questionibus fide esse adhibendam, patet ex textu. l. x. §.

23 ff. de quest. *Fragilis enim* (inquit ibidem Iurecon. Ulpianus.) *res est, & periculosa, & que veritatem fallat.*

Nam pleriq; patientia sine duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alij tanta sunt impatientia, ut quoduis mentiri quam pati tormenta velint: & ita fit, ut etiã vario modo fateantur; ut non tantum se, veram etiam alios criminentur.

7 Proinde non aliter quis ad mortem cõdemnari debet, nisi confessionem delicti in tormentis agnoscens, etiã illud extra locum carceris & tormentorũ liberè confiteatur, per expressum text. juris sax. lib. 2. artic. 13. ibi: *Sententiandum non est qualiter quis debeat puniri, antequã ap-*

pareat per sententiã victus ad condemnandum. Pro victo autem is habetur, qui coram iudicio factũ recognoscit, per l. si cõfessus ff. de custod. recor. Quod si à reo retractetur huiusmodi cõfessio; hoc casu DD: volunt denudè posse rediri ad tormenta, cum prior confessio etiam in tormentis facta, sit loco semiplenæ probatiõis, & faciat indicium sufficiens ut notat Chilian. Konig in pract. Cap. 2. de inquisitione. num. 22.

OBSERVATIO, XXIII.

Vtrum actore nihil probante, possit nihilominus reo deferri iusiurandum.

SUMMARIA

Iuramentum extraordinaria est probatiõis subsidium. Iuramenta temere deferri non debent.

3 *Iurisiurandi religio Deum ultorem habet.*

4 *Actore non probante reus absolui debet.*

5 *Iure Sax: actor nihil probans reo potest deferre iuramentum.*

6 *Iuramentū imponitur ob inopiam probatio num.*

7 *Distinctio inter inopiam & defectum probationum.*

8 *Iuramenta quando à Iudicibus reis imponantur.*

Sed quoniam ex probationū legitimarū inopia, deuenitur ad iuramentum, quod † est extraordinariæ probationis subsidium, per gloss. primam Sp. Sax. lib. 1. artic. 22. vers. de apparentibus: idcirco non incongruè hic quæri potest. Vtrum actore nihil probante, possit nihilominus reo deferri iusiurandum; an verò reus simpli-

citer absolui debeat? Et certè Christiani est iudicis, ne temerè deferat litigantibus iuramenta, propter honorem nominis diuini, quod iuxta præceptum decalogi, in vanum sumi non debet, Exodi Cap. 20. *Iurisiurandi † enim contempta religio, Deum ultorem habet.*

l. 2. c. de reb. credit. & iur.

Sed causâ cognitâ, ac neq; deficientibus omnib; probationibus. Nam † tunc simpliciter actore nihil probante, absolui debet reus, per clarum textum in Cap. fin. ibi:

Sane, si actor omnino in probatione defecerit, reus debet, (eisi nihil prestiterit) obtinere, ext. de iurciur.

Cui concordat ad verbum ferè textus, in l. qui accusare. Cod. de Edendo in verbis: *Actore enim non probante, qui conuenitur, eisi nihil ipse prestat, obtinebit: prout in Curia*

Re-

Regali, inter Annam Zi-
lowna Actricem, & Ciues
Sandomirien: citatos Año
1591. pronunciatum fuit:

5 quamuis *†* jure Saxonum,
Actor nihil ipse probās, reo
super causæ veritate videat-
ur posse deferre juramentū
per textum lib. 1. artic. 6. in verbis:

*Si vero negauerit ignorā-
tiam suam, jureiurādo con-
firmabit. Et art. 7. lib. eodē in verb:*

*Si verò postea negare vo-
luerit, suo se ab hoc liberabit
juramento. Nam hoc de eo
casu intelligendū est, quan-
do actor tales quales proba-*

6 *tiones adfert. Cum *†* enim
propter inopiam probatio-
num juramento res decidi
soleat, vt in l. in bonæ 3. C. de reb.
credit & jureiur. Impp. Dioclet, &
Max. tradunt his verbis: In bonæ
fidei contractibus, nec non
etiam in cæteris causis, ino-
pia probationum per Iudi-
cem jureiurando causa cog-
nita*

*nitares decidi oportet. Et in
l. vlt. §. Licentia 10. ibi: vel per
iuramentum illius si alia
probationes defecerint. Cod
de iure delib. Notandum *†* er- 7
go hic est, quod aliud sit
inopia, aliud defectus pro-
bationum. Defectus est si
nullæ omninò suppetant
probationes, ac eo casu Iu-
dex simpliciter absoluere
reum debet, per jura supra
allegata. Inopia est, si quæ-
dam suppetant, sed ambig-
uæ aut parū idoneæ, ac tūm
Iudex ab vno litigatore
jusiurandum exigere po-
test, quasi dubia causa,
vt in l. admonendi 31. ibi: Solent e-
nim sæpe iudices in dubijs
causis, exacto jureiurando
secundum eum iudicare,
qui iurauerit. ff. de jureiur.
Ad quod pertinet etiam il-
lud Caij in l. 1. ff. eodem vbi. dr.
Maximum esse remedium*

*expediendarū litium jurisurandi religionem: qua vel ex-
 pactione ipsorum litigatorū, vel ex autoritate judicis de-
 ciduntur cōtrouersia. Quā distinctionē praxis Curiae
 obseruare solet: prout & in
 causa Georgij von Arlen
 Cuius Gedanensis contra
 Vmięcki Anno 1596. die
 23. Augusti iudicatum me-
 mini. Nec scio, an jure le-
 gulei quidā Iudices nostros
 exagitent, dum putant illos
 temerē, & actore nihil om-
 ninō probante reo impo-
 nere necessitatem jurisurā-
 di: Cū tamen id non nisi
 sub distinctione supra ex-
 pressa; vel quia Actor in
 supplementū suae probatio-
 nis trahit se ad iuramentū,
 ab ijs fieri soleat. Quo casu
 non fit eidem injuria cūm,
 si ipse nō vult jurare, possit
 actori referre iuramentum,
 de quo infra obser. sequ. tractatur.*

**OBSERVATIO,
 XXIII.**

**An iuramentum re-
 ferri possit?**

SUMMARIA.

- Iuramentū referri potest.* 1
- Distinctio, qua declaratur* 2
quibus casibus iuramentum
referri possit.
- Iuramentum, aliud est ne-* 3
cessarium, aliud Iudiciale,
aliud voluntarium.
- Jurisiurandi relatio in fa-* 4
mosis actionibus non habet
locum.
- Iuramentum delatum in* 5
continenti acceptari debet.
- Ratio cur in continenti ju-* 6
ramentum acceptandū sit.
- Iuramentū acceptanti di-* 7
latio ad deliberandum dan-
da est.
- Iuramentū deferens, stan-* 8
te deliberatione an possit
penitere?
- Iure Sax. deferri potest ju-* 9

OB.

N

ra-

ramentum etiam si non acceptetur.

10 Penitentia non est locus in delatione iuramenti Iure Sax:

EX eodem fonte descendit alia nō inelegans quaestio. An iuramentum reo delatum referri actori, vel è contra possit? Pro parte negativa, innuere expressè videtur text. in l. Marcellus 11. §. fin. ff. de act. rer. amot. in verbis:

Si quis delatum sibi iusiurandum referre velit; non videtur prator permisisse.

Et in l. ideo Labeo. 13. ff. eod. in verbis:

Ideo Labeo scribit, mulieri non esse permittendū referre iusiurandum, & ita edictū ordinatum videtur.

1 Contrarium tamen probari potest, per alios iidem textus juris. Et primò quidem in l. iusiurandum & ad pecunias 34. statim in princ. in verbis: *Etiā de*

ope.

operis iusiurandum deferri potest, nec de iniuria queri aduersarius potest, cūm possit iusiurandum referre.

Et postea in §. datur 7. eiusdem l. ff. de iureiur. dicitur. quod detur reo facultas, ut si malit referat iusiurandum, & si is qui petet, conditione iurisiurandi non utetur, iudicium ei prator non dabit. Et additur ibidē ratio. *Aequissimè enim*

(inquit Iureconf.) *hoc facit, cum nō deberet displicere conditio iurisiurandi ei qui detulit Nec sine causa Iurecōf. Paul9 alibi. Manifesta*

(inquit.) *turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec iuramentum referre.* ut in l. manifesta 38. ff. de iureiurā

Probatum item, per textum in l. delata 9. C. de reb9 cred. & iureiur. ibi:

Delata conditione iurisiurandi, re9 per Iudicem solvere vel jurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet.

Qui-

Quibus adstipulatur etiam
*gloss. Iuris Saxon: lib. 3. artic. 9. statim
 in pr. & artic. 11. circa finem.*

Et ita in Curia Regali in
 causa Ioachimi von Arlen
 Ciuis Gedanen: cōtra Pau-
 lum Lassotha Anno 1591
 pronunciatū fuit. Verum
 tamen ꝑ hęc ita distinguē-
 da sunt. Aut enim constat
 jusiurandum rectē delatum
 esse, & tunc locum habet
d. l. 38. Aut certū est iniquē
 & male esse delatum, vt pu-
 ta illi, qui huius rei de qua
 agitur, nullam potuit habe-
 re notitiam, & tūc delatio-
 nem ipso iure non valere.
 Aut dubium est, vtrum re-
 ctē an secus delatum sit; eo
 casu de facto quidē potest
 recusari, sed an iure sit recu-
 satum nec ne, Iudex dispi-
 cere debebit; & si inueniat
 rectē delatum esse, iubebit
 eum jurare, aut soluere, aut
 referre; quod si apparuerit

ma-

malē fuisse delatum con-
 sequens erit, vt pronunciet
 rectē fuisse recusatū, prout
*id in l. generaliter 12. §. Sed iuramento.
 vers. Sin autē 15. Cod. de rebz credit. &
 iureiur. exprimitur.* Præter hęc,
 res (meo quidem iudicio)
 etiam hac distinctiōe haud
 incommodē conciliari po-
 test, vt ꝑ scilicet iuramentū, 3
 quod vulgō vocant necessa-
 rium, à Iudice ob inopiam
 probationis delatum, nisi
 justā causā recusari, & per
 consequens alij referri non
 possit; delatum verò à par-
 te parti in iudicio, (quod
 propter præstitam Guarā-
 dam fieri debet ante litem
 cōtestatam,) Iudice appro-
 bante, recusari licitē possit
 ac referri, quod probatur per *clarum
 textum in Cap. fin. ext. de iureiuran.*
 Cui non repugnat *l. iusiurandū
 17. in pr. ff. de iureiurando, vbi dr.*
*Iusiurandum quod ex cōn-
 uentione, extra iudicium
 defertur, referri non posse.*

N 2

Id

Id enim de iuramentis voluntarijs, quæ pacto constituuntur, & extra iudiciũ à parte parti deferri solent intelligendum est. Contractui autẽ siue pacto semel inito, inuito aduersario renunciare non licet, argu.

l. 1. §. Si conuenit. ff. de positi.

- 4 Quod t̄ verò etiam, in famosis actionibus eiusmodi iurisiurandi ratio locũ non habeat. patet ex dict. Cap. fin. ext. de iureiurando, vt probat Chilian Konig in practica Cap. 66. num. 2. Obiter autẽ in hac quaestione notandũ est, quod si iuramentũ vni ex litigatoribus delatum, in continenti ab eo acceptari debeat. Nam ex intervallo susceptũ nihil proficit, per textum in l. si quis iurandum C. de reb. edit. & iureiur. vtpotẽ si is cui defertur iurandũ, discesserit, priusquam iuret, neq; remissum sit ei iurandum, secundum tenorem l. remittit 6. ff. de iureiur.

postea frustra iurabit, quãuis initio se iuraturũ suscepisset, teste vlp. in l. non erit iuratum §. §. fin. ff. de iureiur. qui dicit.

Si neq; iuratum est, neq; remissum iurandum, pro eo debet haberi, ac si res in iurandum admissa non esset. Neq; t̄ enim parum interest deferentis, vtrum statim iuret, an postea. Vix enim vllam tam perfrictã frontis reperiuntur homines, qui delato iureiurando no commoueantur statim religione, & metu numinis Diuini. At vbi ex illo metu se recipiendi & cogitandi spacium ampliũ datum fuerit, solent pleriq; latebras & excusationes quære re periurio, & tandem reperiunt, quo sibi persuadeant se hoc aut illo modo iurantes periuriũ euasuros; alij deliberate, an non sit vtiliꝝ peierare quàm incurrere in

po-

id

id damnū, aut id dedecus, quod sine periurio passuri essent, & tandem utilitate ducti peierare in animum
 7 inducunt, Debet tamen ei, qui delatum sibi iusiurandū statim acceptavit, postmodum dari dilatio ad deliberandum per textum in d. l. iusiurand. & ad pecunias 34. in pr. ibi: aut remittendum ei iusiurandum, aut spatium dandum, ut certioreretur, & sic
 8 iuret. ff. de iureiur. Stant tamen verò huiusmodi deliberatione licitum est iuramentū deferenti, ex causa pænitere, ac novas in ea causa probationes subinde repertas adferre & allegare. per text. in l. si quis iusiurandum C. de rebus credit. ibi: Si quis autem sacramentū intulerit, & hoc renocare maluerit, licere quidem ei hoc facere, & alias probationes si voluerit prestare &c.
 9 Iure tamen autem Saxonico, si-

sicut non est opus, ut iuramentum delatum in continentem acceptetur. (Potest enim iuxta consuetudinem locorū differri, per text. lib. 2. artic. 11. in verbis: *Esi ea, scilicet, pars iuramentū debito tempore non prestiterit. &c.* idq; vel ad spacium sex septimanarum, arg. text. artic. 62. lib. 1. ibi: *Testes nominati per sex septimanarum tempora producantur. vel ad proximum iudicium, per dict. text. art. 62. ibi: vel in proximo iudicio fieri debet: quo tempore elapso si non iurat pro contumace habetur.*) Ita tamen etiam iuxta praescriptum eiusdem juris, non est licitū delatori, durante istiusmodi dilatione concessa pænitere, & iuramentum reuocare: sed si aduersarij paratus sit iurare, & actor noluerit recipere, reus tam à
 præ-

præstatione iuramenti quâ
à debito, pro quo conueni-
tur, absolui debet: per textum
in d. artic. 11. lib. 2. in verbis:

*Esset autem quis paratus
ad sacramenti præstationē
in tempore deputato, & re-
ceptor id reuenerit, vel se ab-
sentauerit, reus à debito il-
lius, & sacramenti præsta-
tione sit liberatus.*

OBSERVATIO, XXV.

An ius probandi per
iuramentum transeat ad
hæredes.

SUMMARIA

- 1 *Hæres cum defuncto pro*
- 4 *una persona quomodo cen-*
setur.
- 2 *In locum alterius succedēs*
iustam causam habet igno-
rantiæ facti ipsius.
- 3 *Hæres non tenetur iurare*
super facto defuncti.

Factum defuncti hæredi 5
imputari non potest.

Ius Sax: hæredem teneri 6
ad præstandum iuramentū
pro defuncto disponit.

Glossa & Praxis eiusdem 7
iuris contrarium docet.

Actor contra hæredes ju- 8
ramento petitionem suam
probare debet.

Hæres de ignorantia tan- 9
tum iurare potest.



Ohæret super
rioribus etiâ hæc
quæstio. An ius
probandi per iuramentum
transeat ad hæredes defun-
cti? Et quamuis prima
quidem fronte nullam id
difficultatem habere videa-
tur; propterea, quod leges 1
vnâ quodammodo esse
personam hæredis, & eius
qui in eum transmittit hære-
ditatem, disponūt, vt in Nouell
48. statim in pr. videre est: tūm
quod

quod dictante Regula juris, ea, quae ipsis qui contraxerunt, obstant; etiam successoribus eorum obstare videntur: per textum in l. quod ipsis 143. ff. de reg. iuris; attamen quia nimis graue est, ut quis ignorans *Quintus*, sub alieni compendij emolumento, etiam periturum anceps subire debeat: ut in l. videamus 4. in pr. ff. de in lit. iur. habetur. Succedens autem ² in locum alterius, iustam habet causam ignorantiae facti ipsius, per textum in l. qui in alterius 22. ff. de reg. iur.

³ idcirco [†] verius est, haeredem non teneri ad praestandum iuramentum super facto ipsius defuncti. Nec [†] obstat ⁴ supra dicta. Haeres enim cum defuncto pro vna eademque, censetur persona, fictione iuris, non solum quo ad dominij continuationem; sed etiam, quo ad iura defuncti, ut scilicet in his etiam ha-

eres teneatur; (& hoc est quod d. l. quod ipsis tradit.) At in rei veritate diuersa est ratio. Factum [†] enim defuncti nunquam haeredi imputari potest, per textum in l. sicuti poena 38. ff. de reg. iur.

Porro [†] text. Iuris Saxon: ⁶ lib. 3. artic. 11. haeredem ad praestacionem iuramenti pro defuncto obligari satis clare innuere videtur his verbis:

Qui pro Sacramenti praestacione promiserit, moriente reo, idem promissor, aut rei haeres ad sacramenti tenetur completionem, alias promissor ad solationem rei, pro qua sacramentum fuerit promissum, obligatur. Verumtamen [†] glossa ibidem ⁷ & communis praxis (ut notat Chilian Konig in practic. Cap. 66. num. 4. & 5.) docent. Haeredem ad praestandum iuramentum super facto defuncti, quod actor illi defert, non teneri, si

si nullā omninò eius rei, de qua agitur, habeat notitiā, per text. in d. l. videamus quinimò licet ex fama publica aliquā concipiat opinionem, necdum tamen certus sit, idem dicendū esse, testatur glossa sp. sax lib. 3 artic. 8. Certò etenim constare ei debet qui Iuramentū præstare vult, alioquin periuriū cōmittit, p text. in Cap. animaduerten. 22. qu. 2.

- 8 Ex his fitaq; manifestè colligi potest, quod actor potius petitionem suā quam hæres factuæ defuncti iuramento cōprobare debeat; prout etiam in Curia Regali practicari solet; Si verò actor ipse iurare nolens, adigat hæredem ad prestandum iuramentum; eo casu is non aliter iurare debet, quàm quod nullam habeat notitiā de debito, seu factu defuncti, vt notat gloss. d. lib 3.

artic. 11. per textum lib. 1. artic. 6. ibi:

Si autem actor suis voluerit renunciare testibus, & in iure Civili aut feudali heredem impetierit de scientia sua, tunc necesse est, vt de sua scientia dicat veritatem, & si fassus fuerit, solvere debet. Si verò negaverit, ignorantiam suam iurando confirmabit, & tunc absolutus erit.

OBSERVATIO XXVI.

Vtrum Iudex secundum conscientiam, an verò secundum acta & probata judicare debeat?

SUMMARIA.

Consciētia est Iudex verus. 1

DD: juris circa hanc questionem diversa opiniones. 2

Iudex & testis nemo esse potest. 3

4 *Iudex quando supplere potest quid in causa?*

5 *Iudex prout religio suggerit sententiā proferre debet.*

6 *Iudex iurare debet de sententia sibi non liquere.*

7 *Accursy sententia, quod Iudex secundum conscientiam iudicare debeat, refellitur.*

8 *Authoris sententia, quod secundum acta & probata, non autem secundum conscientiam iudicandum sit.*

9 *Accusatore deficiente Iudex neminem condemnare potest.*

In signis admodum est etiā hęc quæstio. Vtrum Iudex secundum conscientiam; an verò secundū acta & probata iudicare teneatur? Et quāuis prima specie, parua leuiāq; hęc videri possint; vt potè, † quod conscientia verus Iudex dici soleat, arg. l. 46. ff. de acquir. heredit. & teste gloss. in §. Sed ista Instit. de actionibus, quæ fundatur in l. semper in coniunctionibus 197. ff. de regulis iuris: Verum tamen † inter DD: juris, tam antiquos, quàm recētioreſ magna est de eo controuersia. Martinus etenim antiquus juris glossator, requirit conscientiam: Ioannes verò (quem & Cuiat. lib. Obs. 12. Cap. 19. sequitur) acta & probata, vt scilicet Iudex iudicet secundum ea, quæ aguntur & allegantur in iudicio. Tutor enim hęc est ratio (vt idem inquit) finendarū litium, quàm si obtentu scientia Iudicis licere permiseris, probationū nullam habere rationem: tum † quod Iudex & testis nemo esse possit, per expressum text. in l. vlt. Cod. de fideicommiss. Quod si motus religiōe, ne videlicet aliter quàm sciat iudicet, non improbè eum facturū dixerim, si Iudicis personā deponat, & suscipiat testis

hæred. & teste gloss. in §. Sed ista Instit. de actionibus, quæ fundatur in l. semper in coniunctionibus 197. ff. de regulis iuris: Verum tamen † inter

DD: juris, tam antiquos, quàm recētioreſ magna est de eo controuersia. Martinus etenim antiquus juris glossator, requirit conscientiam: Ioannes verò (quem & Cuiat. lib. Obs. 12. Cap. 19. sequitur) acta & probata, vt scilicet Iudex iudicet secundum ea, quæ aguntur & allegantur in iudicio. Tutor enim hęc est ratio (vt idem inquit) finendarū litium, quàm si obtentu scientia Iudicis licere permiseris, probationū nullam habere rationem: tum † quod Iudex & testis nemo esse possit, per expressum text. in l. vlt. Cod. de fideicommiss. Quod si motus religiōe, ne videlicet aliter quàm sciat iudicet, non improbè eum facturū dixerim, si Iudicis personā deponat, & suscipiat testis

O

vel

vel accusatoris, quod etiam probat Cuiusius d. loco.

Sed Hotom. illustrium quaestio: 27 in hoc casu distinguendum esse putat.

Vtrum videlicet ambiguitatem Iudex in causa obscura; an errorem vel falsitatem perspiciat.

4 Nam ꝑ priorē casu, ex æquo & bono causam quam lædi putabit, adiuuare poterit;

supplendo & proferendo, si quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotijs adsistunt, minus fuerit dictum, per expressum textum in l. vnic. Cod. ut que de iur. aduoc. part. iudex suppl.

Sin autem bonam causam falsitate aliqua, vel instrumentorum vel testium lædi videat, quoniam eo casu de conscientia & religione

5 ipsius agitur, qui ꝑ prout religio suggerit, sententiam proferre iubetur, per textum in l. Eum 79. §. 10. ff. de iudicys.

religiosius iudicem facturū

pu-

putat, siquidem huiusmodi est, vt ab eo pronocatio sit, si ab eo iudicio abstineat, & testem se in ea lite, præsertim verò in criminalibus

causis præbeat. Nam si ab eius sententia appellatio interponeretur, superior Iudex non tam facile ea videre posset, quæ illi perspecta sunt.

Sin autem pronocatio ab eo nulla est, cum quia litigatores fidei ac potestati ipsius se commiserunt, existimat diuino & humano

juri consentaneum esse, vt ex animi sententia, religione, & conscientia pronunciet;

pro quo multum faciunt textus, in l. 3. Cod. de reb. dubijs & in l. questum 13. ff. de testibus.

præsertim si nõ ex præscripta formula, sed ex æquo & bono, ac proinde ex arbitrio indicet. Corrasius verò lib. 4. Miscell. qu. Cap. 20.

existimat, omninò secundū

con-

conscientiam iudicandum esse; quod probat multis rationibus, quas ibi videre licet. Cuius sententiã Costal. *aduers. parte. i. in l. illi- cetas 6. ff. de off. presid. cum a- liorum convenire putat, si dicamus, ita ex actis iudicẽ iudicare debere, vt tamen nunquam contra consci- entia iudicet; alioquin melius est, vt iuret iudex sibi non liquere, & absolvatur à necessitate iudicandi, quẽ admodum Aulum Gell: lib 14. Noct Attic. Cap 2 fecisse legimus; Nisi ex integro indulgeatur sibi tempus, quo melius cognoscere possit, per expressum textum in l. Pomponius 36. ff. de re iudic. Neq; enim hoc casu tenebitur iudex reum absolvere, vt putavit Accursius in §. commo- dum Instit. de interdicitis. Nec refert quod Idem ex l. lex. 22. §. nec verò, in verbo testificatione. Cod. de administrat. tutor. insert. Iudicem debere*

iudicare secundum consci- entiam, Siquidem ibi non agitur de testificatione iudicis priuata, sed publica & officiosa, vt scilicet quando tutor ædificium deforma- tum iudici testificatur iudi- cialiter, id est vocat iudicẽ & testes, vt illud videant (prout in d. l. lex. 22. in verbis: *Emultorum fide* habetur, iure id reficere possit. Vt, vt, sit, in hi certẽ magis iuri communi cõsentanea vi- detur Ioan. & Cuias senten- tia vt potè cui express. text. in l. illicitas 6. §. veritas, his verbis.

Præses provincie id sequa- tur, quod convenit cum ex fide eorũ, que probabuntur, ff. de off. presidis ad stipulatur, nã, si absq; probationib9 scũ- dum scientiam, iudici lice- ret iudicare, eadem ratione ꝛ deficiente accusatore dam- nare eidem liceret, quod fie- ri non potest, per text. tot. tit.

Cod. de accusat. & in script. Huc referenda est obser 96. de Iudice quomodo sententiã ferre debeat.

OBSERVATIO XXVII.

Vtrum creditor debitorum petens, an verò debitor allegans solutionem, propior sit ad probandum?

SUMMARIA

1. Solutionem allegans tertius probare debet.
2. Debitor exceptionem solutionis opponens, actoris partes sustinet.
3. Solutionem allegans, an etiam contra chyrographum ad probandum admittendum sit?
4. Nihil tam naturale est, quã eo modo dissolui quodque quo colligatum est.
5. Testium numerus in probatione solutionis facta, quando augeri debeat?
6. Scriptura authentica an

testibus convinci possit?

Instrumentum publicum & privatum quot testibus improbetur?

Debitor solutionem probante, an fideiussor eius liberetur?

IN praxi quot iudicè ferè videm⁹, quod debitorum atq; aris alieni actiones ut plurimum iuramento decendantur; idcirco non absrequeri possit, Vtrum creditor debitum petens; an verò debitor allegans solutionem, propior sit ad probandum. Hanc quæstionem Ius Sax: clarè admodum enodare videtur. Spec. Sax. lib. 2. artic. 6. his verbis: Omne ꝑ per solutum debitum, hominibꝫ cum duobus solutionem videntibus & audientibus debitorem probare necesse est. Et in lib. 1. artic. 65. ibi: Omnia debi-

debita ante solutionis diem
 cui debentur licet persolvā-
 tur, dummodò in eo loco fue-
 rint soluta, à quo creditor
 ea poterit libere deportare:
 ipse autem ad hæc testimo-
 nio indiget duorū virorum,
 qui solutionē viderunt &c.

Quamvis etenim regula-
 riter actor intentionem
 suā probare teneatur, alio-
 quin reus omninò absolue-
 dus est, vt supra obser. 22.
 2 copiosius docui: attamen
 in hoc casu, cum etiā reg
 exceptionem debiti soluti
 opponens, partes actoris
 sustinere dicatur: per expressum
 textum in l. 1. ff. de exceptionibus
 non iniuria certè ad pro-
 bationem allegationis suæ
 admitti debet. Quod etiā
 in Curia Regali oblatuari,
 perpetua praxis ostendit:
 prout inter Adler & Vmie-
 ski Año 1596 die 19. O-
 ctobr, & alijs quam pluri-

mis

mis pronunciatum fuit.

Sed hoc verum est, quando
 debitum simpliciter verbis
 tantum fuit contractū; at
 quando chirographū ma-
 ioris securitatis causa à de-
 bitore creditori datum, re-
 manet apud creditorē, de-
 bitor verò, petente illo de-
 bitum allegat solutionem
 esse factam, an etiam eo ca-
 su ad probandum cum du-
 obus testibus admitti de-
 beat; valde dubium est?

Et quamvis praxis hodie-
 na, eam probationem ad-
 mittere soleat; attamē quo-
 id iurè quæ æquitatis ra-
 tiōe faciat, non satis liquet.

Cum t enim (teste Instin. in l.
 nihil ff. de regulis juris:) nihil tam
 naturale sit, quā vt eo modo
 quodq; dissoluatur, quo col-
 ligatum est. Summa æqui-
 tatis ratio iuadet vt etiam
 talis chirographaria obli-

ga-

gatio, contrariâ scripturâ, ut potè Apochâ (quâ vulgus quitantiam vocat) dissoluatur; aut saltem chyrographû à creditore recipiatur. Neq; enim (quod plerique causari solent) huiusmodi supina negligētia debitoris in reperendo chyrographo attendi debet, siquidem res exigui sit laboris scribere quitantiâ, vel chyrographum à creditore reperere. Sed etsi etiam ea sententia, (idq; propter textum in l. fin. Cod. de solut. cuius is est tenor,

Solutionem assenerati probationis onus incumbit; quo facto, chyrographum condicere potest) approbanda esset; attamen † non video cur numerus saltem testiû augeri non debeat; quod textus in l. testium 15. Cod. de testib. omninò requirit. hisce verbis:

Testium facilitatem, per quos multa veritati contra-

ria perpetrantur, prout possibile est, rescantes; omnibus predicimus, ut qui in scriptis à se debita retulerint, non facile audiantur, si dicant omnis debiti vel partis solutionē sine scriptis se fecisse, velintq; viles & forsitan redemptos testes super huiusmodi solutione producere; nisi quinq; testes idonei & summe atq; integræ opiniōis, præsto fuerint solutioni celebrata, hiq; cum sacramenti religione deposuerint sub præsentia sua debitum esse solutû; ut scientes omnes ita ea statuta esse, nò aliter debitum vel partem eius persoluant, nisi vel securitatem in scriptis capiant vel observauerint præfatam testium probationē, his scilicet, qui jam sine scriptis debitum vel partem eius soluerint, à præsentis sanctione merito excipiendis. Scriptu-

ram autem hic intellige, nō
 solum priuatam, ut potē
 chyrographū aut similem;
 6 verūm etiā ꝛ authenticam,
 Actis nimirum publicis in-
 sinuatam. Eandem enim
 in exercendis litibus vim
 obtinent, tā in fides instru-
 mentorum, quā depositi-
 ones testum, per expressa
 verba legis in exercendis 15. C. de
 fide instrum. quinimō plus vi-
 ux voci inesse fidei videtur,
 quā in mortuæ; per text. in no-
 vel. Constit. 73. Cap. 3. in verbis:

*Tunc nos quidem existima-
 uimꝛ ea quæ viva dicuntur
 voce, ꝛ cum iurando:
 hæc digniora fide quam scri-
 pturam ipsam secundum se
 subsistere.* Id tamen in
 scripturis authenticis, ut po-
 tē inscriptionibus coram
 Actis recognitis, praxis non
 admittit, nisi contrariā hu-
 iusmodi scripturā seu A-
 pochā, solutionē vel satis-
 fa-

factionem debiti esse factā
 probetur. Nec tamē quod-
 libet instrumentū tantū de-
 bet esse momenti, ut triū,
 vel plurium idoneorum te-
 stium depositionibus præ-
 feratur; aliquando enim
 duo ꝛ tantum testes repro- 7
 bare possunt priuatum in-
 strumentum, ut notat gloss. in d.
 l. 15. C. de fid. instrum. per text. in l.
 optimam. 14. C. de contr. ꝛ commit.
 stipul. Non tamen reprobāt
 publicū, nisi tres, aut qua-
 tuor, per textum in l. cum precibus.
 C. de probat. ꝛ in C. cum Ioannes
 ext. de fide. instrum. Sed hoc
 totum iuxta D. Hadri-
 ani definitionem in l. testū
 3. ff. de testibus. iudicis arbitrio
 relinquendū esse verū est, ut
 scilicet is ex animi sui sen-
 tentia æstimet, quid aut cre-
 dat, aut parum probatum
 sibi opinetur. Obiter ꝛ no- 8
 tandum est, quod probans
 solutionem esse factam nō
 so-

solum ipse ab impetitione creditoris absolvatur, sed etiam liberet fideiussorem, per expressum textum sp. Sax. lib. 3. art. 35. in verbis: *Qui pecuniam solvere promiserit, aut suis fideiussor solvente principali fideiussor liberatur, dummodò id probetur per eundem* quamvis eo casu, quando principalis debitor jurat se non debere, fideiussor nihilominus maneat obligatus, teste gloss. eiusdem iuris d. lib. 1. art. 65.

Necesse enim habet fideiussor, ea, quæ promisit adimplere, vel per iuramentum negare, ut ait text. d. lib. 1. artic. 7.

**OBSERVATIO,
XXVIII.**

An chyrographum à creditore debitori redditum importet solutionem, & liberet debitorem?

SUMMARIA

Chy-

Chyrographum restitutum debitori, quomodo liberet eundem?

Volenti & consentienti nulla fit iniuria.

Praxis Curia Regalis. 3

Chyrographum cancellatum non omnino probat solutionem.

Chyrographa duo, unum restitutum debitori, alterum verò remanens apud creditorem, quid operentur?

Rationes, cur Chyrographum unum restituens debitori, non videatur eum liberasse à solutione debiti.

Creditor chyrographo amisso, tenetur dare apocham.

Apocha quid dicatur, & quando liberet debitorem?

Chyrographo amisso si debitor neget solutionem, alijs probationibus convincendus est.



Amplius in eadem materia haud inutiliter queri potest.

test. An, si chyrographum à debitore creditori datum, postmodū eidem redditū inueniatur, solutionem debiti esse factā importet, & idcirco liberet debitorem?

I Pro ꝑ parte affirmatiua multū facere videntur textus Iuris Ciuilis. Primum in lege. Labeo ait. §. 1. ibi:

Et ideo si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos cōuenisse ne peterem; profuturamq; ei conuentionis exceptionem placuit, ff. de pactis: Item in l. creditricem 7. C. de remiss. pignor. cuius hac sunt verba. Creditricem patrum tuorum sub obligatione fundi, qui per chyrographum nexu pignori fuerat, iubentem eandem cautionē reddi; pignoris etiam ius remississe videri, manifestum est. Qui tamen textus ita accipiendi sunt, si videlicet volente & consentiente cre-

ditore chyrographū debitori sit redditum, Volenti ꝑ² enim & consentienti nulla fit iniuria. per l. in diem 9. §. 1. ff. de aqua, & aqua pluuiæ arcend. & in l. cum donationes 34. C. de transact. quemadmodum in Curia Regali sæpius iudicatū memori. Nam ꝑ si id fiat sine ipsius voluntate, debitorem nequaquam liberari, plus quàm manifestū est, per claros textus Iuris Ciuilis. Et primo quidem in l. quod debitori 15. C. de solut. cuius is est tenor.

Quod debitori tuo chyrographum redditum contra voluntatem tuā adseueras, nihil de iure tuo deminutum est. Quibuscunq; itaq; argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro huiusmodi facto liberationem minimè consecutum, index ad solutionem debiti iure compellet. Facie

item l. si chyrographum 24.

P

ff.

- ff. de probat. Si chyrographum
 4 † cancellatum (idem intel-
 lige si redditum) fuerit; li-
 cet præsumptione debitor li-
 beratus esse videtur; in eam
 tamen quantitatem, quam
 manifestis probationibꝫ cre-
 ditor sibi adhuc deberi osten-
 derit, recte debitor conveni-
 tur Ad stipulatur etiam lex
 debitores l. c. de fid. instrum. his
 verbis: *Debitores tuos qui-
 buscuncꝫ rationibus debere
 tibi pecuniam si probaueris,
 ad solutionem cōpellet adi-
 tus Præses provincie: nec ob-
 erit tibi amissio (idem dic-
 de redditione) instrumen-
 torum, si modo manifestis
 probationibus eos debitores*
 5 *esse apparuerit. Quid † ve-
 rò dicendum esset, si de eo-
 dem debito duo cōficiantur
 chyrographa vel instru-
 menta, quorum vnum re-
 stituatur debitori an nihil-
 ominus debitor liberetur?*

Qua

Qua in re diversæ sunt
 DD: juris opiniões. Qui-
 dam enim existimant, etiã
 hoc casu tacite interuenisse
 pactum de non petendo,
 vt in d. l. 2. ff. de pactis, & ita sentit.
 Paulus de Castro. Alij (quorum
 sententia magis placet) sta-
 tuunt, obligationem effica-
 cem manere, nec videri pla-
 nè chyrographum redditũ,
 idq; † tribus potissimum 6
 probant rationibus. Prima,
 quod eadem vis sit vtriusq;
 chyrographi aut instrumē-
 ti, nec plus creditor ex duo-
 bus exigere possit, quàm ex
 vno. Vnde colligitur, quod
 reddens vnũ, nihil præiudi-
 cij sibi faciat, quia re ipsa, &
 quantũ ad effectũ, tantum
 habet quantũ antea habe-
 bat, ipsam videlicet probãdi
 facultatem, cùm non minꝰ
 vno probare potest quàm
 duobꝫ. Secunda, quod cre-
 ditores tũ demum soleãt

red-

reddere chyrographa, cum nō possunt, vel nolunt āplius petere debitum. At hoc casu non censentur nolle petere, siquidem retinent vnū chyrographū. Tertia, quōd chyrographum à creditore debitori possit ob aliā causam tribui, non ob liberationē, vt potē propter certitudinem, vbi, quando, & quantum, soluere debeat, *vt notat gloss. in l. pecunie. 14. in ver. maiorem. C. de solut.* Creditor verò chyrographū ob aliam causam retinere non potest nisi ad probandam obligationem. Vnde sequitur, quod reddito vno chyrographo, aliò verò recente, obligatio maneat integra. Hanc sententiā tenet Iulio Pacius in suis Antinomijs.

7 Proinde ꝑ si creditor chyrographū reddere non potest, vt potē, quia intercidit, aut igne, aut naufragio absūptum

ptum; tunc non est dubiū liberari eum dando apochā, per clarum textum in *l. pecunie 14. C. de solut.* vbi sic deciditur. *Pecunia soluta professio collata instrumento, maiorem rei gesta probationem continet, quā si chyrographum accepta pecunia mutua fuisset redditum.*

Apocha ꝑ verò est scriptura, qua creditor scribit se recepisse pecuniam creditā *gloss. in d. l. pecunie.* qua itidem non aliter liberat debitore, quam si re uera & in effectu pecunia persoluta sit. *per text. in l. si accepto. 19. §. 1. ff. de acceptilat. lib. 46. tit. 4. & in l. si obligatum C. de solut.* Haec autem de amisso chyrographo eatenus vera sunt, in quantū debitor vltro debitum soluere vult, & solū modò maioris certitudinis causa, chyrographū petit sibi restitui. At leq̄ est, ꝑ quando debitor ob amissum

sum instrumentum negat solutionem; Eo enim casu creditoris allegatio de amisso instrumento non admittitur, sed alijs probationib9 debitum probare potest, per textum in l. sicut. §. C. de fide instrument. que ita disponit. *Sicut iniquum est instrumentis vi ignis consumptis, debitores quantitatum debitarum renuere solutionem ita nõ statim casu conquerentibus facile credendum est. Intelligere itaq; debetis non existentibus instrumentis, vel alyis argumentis probare debere fidem precibus vestris adesse.*

OBSERVATIO, XXIX.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an de jure locum habeat?

SUMMARIA.

Con-

*Confessio posterior contra- 1
ria priori attendi non debet.*

*Confessio pro judicato ha- 2
betur.*

*Confessus debitum, in chy- 3
rographo obligatur civili-
ter non naturaliter.*

*Obligatio naturalis requi- 4
rit consensum.*

*Exceptio non numeratæ 5
pecuniæ intra biennium op-
poni debet.*

*Exceptio nõ numeratæ pe- 6
cuniæ transfert on9 proban-
di in creditorem.*

*Exceptio non numeratæ 8
dotis itidem intra bienniu
competit.*

*In Praxi exceptio non nu-
meratæ pecuniæ admitti so-
let.*

*Locupletari nemo cum a- 9
lieno damno debet.*

*Exceptio non numeratæ pe- 10
cuniæ in alijs contractibus,
preterquam in mutuo, an
habeat locum?*

- 11 *Casus in quibus exceptio non numerata pecunia etiā intra biennium non competit.*
- 12 *Exceptio non numerata pecuniae an habeat locum?*
- 13 *Gallia consuetudo de hac exceptione.*
- 14 *Homines Christianos non decet de apicibus juris disputare.*

quod sua quisq; voce dilucide protestatus est, id in eū casum infirmare, testimonioq; proprio resistere. vt in l. generaliter 13. Cod. de non num. pecu. traditur. Semper t̄ enim ² propria confessio, vim rei iudicatae obtinet, & ad solutionem cogit. vt in l. i. Cod. de confessis. satis disertè exprimitur. Verius tamen est huiusmodi exceptionem competere ex ea potissimū ratione, quod t̄ is qui dat ³ huiusmodi chyrographū, & confitetur pecuniā mutuo sibi esse datam, obligetur ciuilit̄ tantum, non etiā naturaliter. Naturalis t̄ enim obligatio, omni ⁴ nō requirit consensum, arg. l. i. in fine. ff. de nouat. qui in hoc casu, dum videlicet numeratio non est sequuta, non praesumitur talis fuisse, vt debitor voluerit se esse obligatū; & ideo cōueniri quidem

Sæpius id euenit vt debitor spe futuræ numerationis, det chyrographum creditori, in quo confitetur, se certam pecuniæ summam ab eo mutuo accepisse, quo casu, utrū teneatur ad solutionem debiti confessi; an verò exceptionem non numeratae pecuniae opponere possit, dubium est? Et primò quidē dicendum videtur, quod talis exceptio locum non habeat; siquidem t̄ nimis indignum est.

quod

dem

dem potest, idq; condictio-
ne ex lege, vt Instit. de lib. oblig.
ibi: nascatur condictio &c:
habetur, sed liberatur exce-
ptione non numeratæ pe-
5 cuniæ, dummodò † intra
iusta tempora opponatur.
quæ quamuis antea ex Im-
perialib9 Constitutionib9
vsq; ad quinquenniū pro-
cedebat attamen per Con-
stitutionem Imp. Iustin.
temp9 illud coartatū est, vt
vltra biennij metas hui9 ce-
modi exceptio minimè ex-
tendatur, per expressum textum in
Instit. d. tit. de libr. obligat. & in l. in
contractibus. 14. Cod. de nō num. pecun.
in verbis: *In contractibus, in
quibus pecuniæ vel alia res
numeratæ vel datæ esse con-
scribuntur, non intra quin-
quennium (quod antea con-
stitutum erat) non nume-
rata pecuniæ exceptionem
obiciere possit, qui accepisse
pecunias vel alias res scri-*

ptus

*fit, vel successor eius, sed
intra solum biennium con-
tinuum: vt eo elapso, nullo
modo que rela non numera-
ta pecunia introduci possit.*

Vnde † consequens est, 6
quod si creditor alleget pe-
cuniam esse numeratā, ipse
id probare teneatur. Præ-
sumtio enim contra chyro-
graphū, vel inde sumi po-
test, quod debitor necessi-
tate adactus admodum fa-
cilis esse soleat ad exhiben-
dam quamlibet confessio-
nem, dummodò pecuniæ
sibi numerandæ aliqua spes
fit; quod etiam de sponso
dotem confitente dici solet.
Nam † & is intra bienniū 7
exceptionem non numera-
tæ dotis habet, per expressum
text. in d. l. in contractibus 14. in fine.
idq; propter similitudinem
rationis, nempe suspitionē
facilitatis. *Quid enim non
scribit amoris astro percit9*

Spon-

Sponsus, & agit ut potiatur
Sponsa & Mysus. in Instit. de lit. ob-
lig. traditi. prout ex aduerso,
 elapso biennio huiusmo-
 di exceptio non habet locū
 ob hanc potissimū causam
 quod iam praesumptio sit
 contra debitorem. Neq;
 enim praesumitur tam ne-
 gligens fuisse, ut intra bien-
 nium non exigeret pecuniā
 aut saltem chyrographum
 8 repeteret. Proinde ꝛ non
 absq; summa aequitatis ra-
 tione, etiam in praxi hęc de
 non numerata pecunia ex-
 ceptio admitti solet; prout
 id in Curia Regali inter V-
 miassthomski & Successores
 V Wilczek Año 99. in mē-
 se Martio tractatum fuisse
 9 memini. Cum ꝛ nihil ma-
 gis sit aequitati consentaneū
 quā nē quis cum alieno
 danno locupletetur, per text.
 in l. nam hoc 14. ff. de cond. indebiti:
 quod certē omnia hac ex-
 ce-

ceptione sapius eueniret.
 Nec admodū his refragan-
 tura ea, quæ ex d. l. generaliter. 13
 Cod. de non. num. in contrarium.
 adducta fuerunt. Textus ꝛ 10
 etenim illius legis expressē
 loquitur de alijs cōtractib9
 cum videlicet ex alia causa,
 quam mutui confessio sit,
 in quibus huiusmodi exce-
 ptioni locum nō esse plus-
 quam manifestum est, per
 magis clarum textum in l.
 aduersus 5. ibi: *Ignorare au-*
tem nō debes, non numerata
pecunia exceptionē ibi locū
habere, ubi quasi credita pe-
cunia petitur. Cum autē ex
precedēte causa debiti in chy-
rographū quantitas redigi-
tur: nō requiritur an tunc,
cū cauebatur, numerata sit:
sed an iusta causa debiti pre-
cesserit, Cod. de non num. pecunia.
 Quoad secundum, neq;
 illud multum facere potest.
 Quamuis enim id verūm
 sit,

fit, quod confessio vim rei
judicatae obtineat, attamen
hoc ita intelligendum est,
si confessio sit plena & ma-
nifesta: non autem erronea,
qualis omninò hæc est.

Nam confitetur quidē de-
bitor in tali chyrographo
numerationē esse factam,
sed spe futuræ numeratio-
nis, qua nō sequuta, cōmit-
titur error facti, qui ne mi-
ni nocere debet, secundum
cōmunem DD: opinionē.

vt: *obs. sequenti traditur.* Porro
¶ sunt certi casus, quibus e-
tiam intra biennium cessat
hæc de nō numerata pecu-
nia exceptio; & primò qui-
dē in l. cum fidem, 4. Cod. de non
num. pecunia exprimitur. his verbis:

*Cum fidem cautionis agno-
scens etiam solutionem por-
tionis debiti vel usurarum
feceris: intelligis de te non
numerata pecunia nimium
tardè querelam deferre.*

Se-

Secundus est; quando de-
bitor confitetur in testa-
mento se recepisse pecuniā
Eo enim casu metu mortis
videtur vera confiteri, *per
textum in l. 1. Cod. de falsa. caus. adiect.*

Legat. Tertius est; quando
debitor semel atq; iterum
confessus est debitum, A-
ctus enim geminatus (vt
DD: loquuntur) multū
arguit ad validitatem eius
quod agitur, *per expressum textū*

*in l. cum scimus 22. ibi: Tunc ex
utroq; genere obligationis,
id est tam scriptura, quam
confessionis vel depositionis,
talem eum esse credendum
qualem se scripsit, & in-
ter acta deposuit: Cod. de agric.*

*& censit. lib. 11. Sunt & alij ple-
riq; , quos DD: & præser-
tim Ioan. de Platea Instit de
liter. oblig. latè persequitur.*

Nec desunt, ¶ qui etiam in- 12
ter mercatores huic exce-
ptioni locum non esse tra-
dant,

dant. quod Iason. in l. qui pecuniam ff. si cert. petatur, firmiter tenet.

- 13 Sed & f. Costal aduers. parte. 3 in l. in duobus 28. §. a fideiussore. de iureiur. in Gallia hanc exceptionem omninò non admitti, & solam ibi cõfessionem numerationi comparari statuit, idq; ex ea potissimum ratione, quod f. nõ deceat homines, maximè verò Christianos, de summo iure & apicibus juris disputare, per text. in l. si fideiussor. 29. §. quedam. 4. ff. Mandati.
- 14

OBSERVATIO, XXX.

An indebitè solutum
repeti possit?

SUMMARIA

- 1 Indebitum qui soluit sciens, donare videtur.
- 2 Indebitū fit quatuor modis.
Soluens indebitū per ignorantiam juris vel facti,
- 3 quando id repetere possit?

Er-

Error iuris & facti non nocet, quando agitur de evitando damno, & quomodo id intelligendum?

Indebitum iure Civili an ob ignorantiam juris repeti possit?

Condictio indebiti est iuris naturalis.

Ignorantia facti quando non nocet?

Condictio indebiti an locū habeat. si debitum ante tempus solutum sit?

Indebiti condictio quibus casibus cessat?

Iura omnes scire debent, exceptis minoribus & militibus.

Ignorantia juris quibus per sonis non nocet?

Ignorantia juris non excusat, quando juris consultorū copia haberi potest.

Vperiori ad finis valdè hæc quoque est quaestio.

Q

stio.

stio. Vtrum videlicet indebitè solutum repeti possit?

Qua in re, qua nuiſ o n n i s
dubitatio per text. in l. 1. his verbis
*Et quidem si quis indebitum
ignorās soluit, per hanc a-*
ctionem condicere potest:

¹ *Sed & si sciens se non debere,
soluit, cessat repetitio.* ff. de
condict. indebiti. eximi videatur:

Cum & iuxta vulgatam re-
gulam juris in l. cuius. 53. ff. de
reg. juris: *Cuius per errorem
dati repetitio est, eius con-*
sultò dati donatio est; id ta-
men absq; distinctione sa-
tis commodè explicari ne-
quit. Quia cum quis soluit

² indebitum ignorans, aut f
est indebitum vtroq; jure,
Civili scilicet & naturali:
aut naturali tantum; aut
Civili tantum; aut est de-
bitum vtroq; jure. Si ergò
indebitum est vtroque ju-
re; vel naturali tantum, vt
potè si quis in chyrogra-
pho

pho dato, spe futurae nume-
rationis, confessus est se de-
bere, quo casu, Civilis tan-
tum fit obligatio, vt supra
obser. præcedenti dictum
est; tunc f solutū per quā-
cunq; ignorantiam, siue iu-
ris, siue facti, repeti potest,
per claros textus in l. cum vt so-
lutor 3. Cod. de Condict. indebiti, & l.
si quasi. 7. Cod. de nō numerata pecunia.

*Neq; tenim juris error in
damnis amittenda rei suæ*
nocet, per expressum textum in l. 7.
& 8. ff. de iur. & facti ignor.

Et certè multò minus facti
ignorantia, vt ibidem in d. l. 8.
habetur, & notat Chiliã Konig in pract.
Cap. 63. num. 4. prout etiam in
Curia Regali inter Schniter
& Iudæum Nachman Año
96. feria secunda intra Oct-
avas SS. Corporis Christi
iudicatum reperi. Acquitas
siquidem ipsa suadet, vt id
restituatur quod indebitè
solutum est; & valde ini-
quum esset, aliquem ditari
cum

cum alieno damno. *vt text. l. generalis ff. de cond. in debiti. tradit.*

5 Quod t si indebitum iure Ciuili, sed debitum iure naturali tantum, puta ex minus solenni testamento soluat, repeti non potest;

6 cū n hęc t conditio sit naturalis, per textum in l. in debiti 15. ff. de condit. in debiti.

& ideo ex æquo & bono datur; Id tamen eateng verum est, quatenus aliquid soluitur per iuris, vt in l. regula 9. §. si quis ius 5. ibi: *Quod si ideo repetitionem eius pecunie habere credunt; quod imperitia lapsi, legis Falcidiae beneficio vsi non sunt; sciant ignorantiam facti nō juris prodesse, nec stultis solere succurri, sed errantibus: ff. de iur. & facti ignor. vel facti ignorantia supinam, & minus probabilem, vt in d. l.*

7 regula §. 2. in verbis: *Sed t facti ignorantia ita demum curq;*

non

non nocet si non ei summa negligentia obijciatur. Quid enim, si omnes in Ciuitate sciant, quod ille solus ignorat? Et rectè Labeo definit scientiam neq; curiosissimi, neq; negligētissimi hominis accipiendam; verum eius qui eam rem diligenter inquirendo, notā habere possit ff. eodem. traditū est. Neq; t; 8 in contrariū his facit, quod iuris ignorantia suū retentibus nocere non debeat per text. in d. l. iuris ignorantia 7 & 8. ff. de iur. & facti ignor. Verissimum enim est, quod ignorantia iuris damno non adficiat, sed etiam minimè proffit; inter quæ duo magna est diuersitas. Ignorantia siquidem facti lucro adficiat, & damno liberat, per indebiti repetitionem: Ignorantia autem juris, neq; lucro adficiat, neq; damno liberat, id est, non facit, vt denege-

Q 2

LUR

tur indebiti condictio, Sed nec obstat quominus denegetur, quæ ipso iure nõ cõpedit: prout id eruditè declarat Cuiatius. *lib. 5. Obser. 39*

- 9 Si f deniq̃ debitum sic vtroq̃ modo, & solvatur ante temp̃ solutioni præfixũ, eo casu solutum non repetitur, per expressum textum in l. in diem 10. in verbis: *In diem debitor, ad cõ debitor est, ut ante diem solutum reperere non possit. ff. de cond. indeb. quod itidem nisi per ignorantia facti probabilem solutum sit, intelligi debet. Sunt f autem & alij quidã casus, quibus, hæc condictio cellat, ut potè ob rem iudicatam. vt in l. 1. Cod. de condic. indeb. causam piam, vt in l. cum 25. §. mulier 2. ff. eodem, inficiationem vt in l. ea que 4. C. eodem. transactionem, vt in l. in summa 67. in Pr. ff. eodem, iusiurandũ, vt in l. nam, posteaquam 9. ff. de iureiur.*

& deniq̃, ob solutionẽ alieno nomine factam, vt in l. repetitio 44. ff. de Condict. indebiti, *viderelicet.* Ad extremum & hoc sciendũ est, quod quãuis ignorantia juris nequeam excusare possit, vt supra dictum est. Omnes f enim iura scire debent, per expressum textum in l. leges 9. ibi: *Leges sacratissimas, quæ cõstringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestis cognitio, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur: attamen milites, & minores excipiuntur* Hi enim propter ætatis defectum, ius scire nõ possunt, proindè ignorantia f non solum illis non nocet, sed etiam prodest, vt scilicet lucrentur & acquirant. per text. in l. pen. in pr. ff. de iur. & fact. ignor. & l. 2. C. de eodem. quod etiam in Militib9 locum habet, per text. in l. 1. C. de

&

iur. & fact. ignor. quos arma magis, quam iura scire debere, sacratissimo legislator existimavit ut in l. scimus. 22. Cod. de iure delib. habetur. at in foeminis, & rusticis, quamvis his etiam subueniatur, per textum in l. fin. Cod. de iur. & fact. ignor. & l. si quis 7. in verbo. rusticitatem ff. de iurisdictione & in l. si quis 3. §. & si sciens; 22. ff. ad Senatusc. Sijll. hoc heri tolet certis tantum casibus in iure expressis, prout d. l. fin. ibi: in his tantum casibus, in quibus praeteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subueniri; recensitur. Quod etiam de eo casu intelligendum est, quando peritiores in iure non habuerunt, à quibus consilium peterent, per textum in d. l. Regula. §. 3. in verbis: Sed iuris ignorantia non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat, si jurisconsulti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit, ut cui facile sit scire, ei detrimento sit juris ignorantia, quod raro accipiendum est.

ff. de iuris & facti ignor.

13 *13*

Regula. §. 3. in verbis: Sed iuris ignorantia non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat, si jurisconsulti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit, ut cui facile sit scire, ei detrimento sit juris ignorantia, quod raro accipiendum est.

dentia instructus sit, ut cui facile sit scire, ei detrimento sit juris ignorantia, quod raro accipiendum est.

ff. de iuris & facti ignor.

OBSERVATIO XXXI.

Periculum rei debitæ
 utrum ad debitorem vel ad
 creditorem pertineat?

SUMMARIA.

Periculum rei debitæ post
 moram pertinet ad debitorem
 secundum communem DD: opinio-
 nem.

Si res eodem modo apud
 creditorem peritura fuisset,
 quo apud debitorem interyit,
 quid iuris sit?

Mora delicto & furto &
 qui paratur.

Mora aut sit bona fide
 aut mala.

Mora non interveniente,
 si res deperiat, cuius pericu-
 lo id fiat?

6 Debitor generis nequaquã
8 interitu liberatur, nisi obtu-
lerit certam speciem.

7 In debitore quantitatis quid
juris sit.

9 Debitor speciei interitu
ipsius quando liberetur?

10 Mora quomodo compur-
gari potest per debitorem?

11 Mora fideiussoris non no-
cet principali, sicut & mo-
ra patris filio.



Etus & intri-
cata etiam hæc est
quæstio. Periculū
rei debitæ, utrum ad debi-
torem, vel ad creditore per-
tinere debeat? Qua in re,
propter plures, eosq; varios
juris Ciuilis textus, diuersæ
sunt DD: opiniones. Et
quamuis omnes ferè in eo
contentiant, quod ꝑ post
moram debitoris pericu-
lū seu interitus rei debitæ
ad debitorem pertineat,
idq;

idq; per expressum, & ut il-
li dicunt magistralem text.
in l. quod tes. ff. de reb. cred. cuius hæc
sunt verba. *Quod te mihi dare
oporteat, si id postea perie-
rit, quam per te factum erit
quominus id mihi dares, tu-
um fore id detrimentū con-
stat.* Cui ad stipulatur mul-
ti alij textus, quos glos: ibi-
dem in verbo, detrimentū,
enumerat; attamen in eo,
si res debita eodem modo
penes creditorem peritura
fuisset, quæmadmodū apud
debitore sua sponte perijt,
ꝑ non solū veteres juris Ci-
uilis glossatores Martinum
& Ioannem, sed etiam an-
tiquissimos illos legū pro-
fessores Sabinum & Calsiū
atq; Proculum; eorumquē
assecclas valde dissentientes
fuisse indicio est: text. in l. si
plures 14. §. ult. in verbis: *Sabinus
& Calsius absolui debere
eum, cum quo actū est dixe-
runt*

runt; quia equum esset naturalem interitum ad actorem pertinere; utiq; cum interitura esset ea res, et si restituta esset actori. ff. de positi Horum sententiam sequitur est etiam Martinus, ut videre est in gloss. d. l. quod te, §. in verbo, detrimentum. Et in d. l. si plures 14. in verb. interitura esset, per textum ibi allegatos & potissimum in l. item si verberatum 13. §. fin. in verbis

Sed est verius, si forte distrahturus erat petitor, si accepisset, moram passo debere prestari, nam si ei restitisset, distraxisset, & precium esset lucratus. de rei vindicat.

Verum Proculus (quem Ioannes sequi maluit) hanc distinctionem, utrum eodem modo res debita perisset penes creditorem vel non; nequaquam admittendum esse existimavit; siquidem generaliter post moram commissam, debitorem teneri text. d. l. quod te §. & alij quāplu-

plurimi testentur. Inprimis verò Pomponio, in l. si in Asia 12. §. ult. ff. de positi, disertis verbis docet; quod, siue ex stipulatu, siue ex testamento, vel ex deposito debetur, si post acceptum iudicium res interierit cum detrimento rei pereat. Quod idē planissimè confirmat textus, in l. si servus 108. §. si servus 11. ubi dicitur. Si servus legatus sit & moram heres fecerit, periculo eius & deterior fit. ff. de legat. 1. Et in l. si duo, 16. §. ergo. 3. ff. de pecunia Constit. his verbis:

Ergo si non stetit per actorem, tenet actio: etiam si per rerum naturam stetit, sed magis dicendum est, subueniri reo debere: apertissimè innuitur, quod non attendatur, utrum apud creditorem res peritura fuisset, nec ne; sed an debitor in mora fuerit? Vtroq; t om- 3
(qua delicto, ut puta, furto

to æquiparatur, vt in l. inter sti-
pulum 83. §. pen ff. de verborum ob-
lig. videre est) periculo debi-
torem obligat, quod ex ver-
bis Cui Pauli in l. si filiofami-
lias 25. §. si post. 2 ff. solut. matrimonio
aperè colligitur, quod vi-
delicet maritus, qui in red-
denda dote moram fecerit,
omnimodò hoc est sine vl-
la distinctione, periculo do-
tis obligetur. Mihi certè,
re notis hisce lictorum di-
sputationibus, ipsam rei æ-
quitate.n consideranti, di-
stinctio, quam Hotom. il-
lustrium quæ 30. ponit,
non admodum displicet.

4 Vt ¶ videlicet distinguam⁹
inter eū qui bona fide mo-
ram fecit, putans se justam
causam habere differendi,
& eum, qui mala fide rem
debitam restituere recusat,
qui & frustrator rectè ap-
pellari potest, vt in l. sciendū 21.
& l. sequen. his verbis: *Sciendum
est,*

*est non omne quod differen-
di causa optimaratione fiat,
mora adnumerandum, quid
enim, si amicos adhibendos
debitor requirat, vel expedi-
endi debuit, vel fideiussorib⁹
rogandus? vel exceptio ali-
qua allegetur? mora facta
nō videtur, si modo id ipsum
nō fraudandi causa simuletur
ff. de vsuris habetur. Aequitati
etenim valdè consentaneū
est, vt is, qui bona fide cun-
ctatur, seu morā comittit,
naturali rei debitæ interitu
liberetur, etiam si res apud
creditorē.n peritura nō fu-
isset. Secus in eo, qui ma-
la fide & animo fraudandi
in mora est, is enim hanc
malæ fidei suæ subire debet
pœnam, vt, siue apud acto-
rem interitura esset, siue nō,
nullatenus interitu eius rei
liberetur, quod etiā Paulus
l. Cuius in l. illud 40. in pr. his verbis:
*Illud quoq; quod in oratio-
ina**

ne D Hadriani est, ut post acceptum iudicium, id auctori praestetur, quod habiturus esset, si eo tempore, quo petit, restituta esset hereditas, interdum durū est, quid enim, si post litem contestatam mancipia, aut iumenta, aut pecora deperierint? dānari debet secundum verba orationis: quia potuit petitor, restituta hereditate distraxisse ea. Et hoc iustum esse in specialibus petitionibus Proculo placet.

Cassius contra sensit. In praedonis persona Proculus rectè existimat: in bonae fidei possessoribus Cassius. Nec enim debet possessor aut mortalitatem praestare, aut propter metum huius periculi temerè indefensum jus suum relinquere. ff. de heredit. petit. satis clarè probat.

5 Porro si nulla mora debitoris interueniente res deperiat,

cuius periculo id fiat, non incongruè hic quaeri possit? Quod itidem propter diuersitatem textuum juris, absq; distinctione explicari commodè nequit. Primò itaq; distinguendū est, inter genus seu quantitatem, & speciem. Si tenim 6 genus debetur, tunc debitor sui generis, interitu ipsius minimè obligationi eximitur: Cum per rerum naturam genus nunquam perire possit, ut est text. in l. in ratione 30. § incerta 5. & ibi gloss. in verbis, relictum esset ff. ad l. Falcid. & per consequens nec debitor quantitatis, per expressū text. in l. incendium 11. Cod. si certum petitur, ubi dicitur. quod incendium 7 are alieno non exuat debitorem. Si tamen aliquis debeat quantitatem respectu certae speciei, dicendum est, quod specie perempta, etiā generis siue quantitatis ob-

ligatio nõ perduret, sed debitor omninò liberetur, ut in l. in nouem. 31. ff. locati & in l. calectio. § si is quem ff. de noxalib actio. 8 disponitur. Item ¶ si debitor generis obtulerit creditori aliquam speciem, creditor autem eam accipere recusauerit, tunc propter moram creditoris interitu speciei oblatae debitor liberatur, quamuis deberet generis, per expressum textum in l. qui decem. 72. in verbis: *Qui decem debet, si ea obtulerit creditori, & ille sine iusta causa ea accipere recusauit, deinde debitor ea sine sua culpa perdidit, doli mali exceptioe potest se tueri; quanquam aliquando interpellatus non soluerit. Etenim non est equum teneri pecunia amissa: quia non teneretur, si creditor accipere voluisset quare pro soluto id, in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet esse.* ff. de solut. Aut ¶ debetur species,

& tunc, si factio debitoris perijt, omnimodo tenetur, per textum in d. l. quod te 5. ff. de rebus credit. Si verò sine factio debitoris, & nulla mora eiusdem præcedente, liberatur, per textum in l. si ex legati 23. ff. de verb. obligat., cuius hæc sunt verba: *Si ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas; non aliter post mortem eius tenearis mihi; quam si per te steterit, quominus vivo eo, eum mihi dares. quod ita fit, si aut interpellatus non didisti aut occidisti eum.*

Sed et si ¶ debitor in mora fuerit, & postea eam purgauerit, puta oblatoe, vel nouatione, re extincta, perinde liberatur, ac si nunquam moram commisisset, per textum in l. item si cum 14. §. quod si homo, in verbis: *ita ut, si dominus eum quoquo modo receperit, is, qui ex stipulatione conuenitur, exceptione tuius fiat.*

1 ff. quod metus causa &c. Deniq; ꝑ si alius ex parte debitoris, vt pote pater aut fideiussor moram fecerit, nihilominꝰ rei interitu debitor liberatur; is veidò qui moram fecit, vtli actione conueniri debet, per textum in l. cum filius familias 49 in verbis: *At si pater in mora fuit, non tenebitur filius: sed utilis actio in patrem danda est* Quae omnia & in fideiussoris persona dicuntur. ff. de verb. oblig.

OBSERVATIO, XXXII.

An aliud pro alio, id est, res mobilis pro immobili, vel e contra solui possit?

SUMMARIA.

- 1 Aliud pro alio solui posse affirmatur.
- 2 Aestimatio seu precium loco rei an succedere possit?
- 3 Aliud pro alio solui non potest

potest inuito creditori. *Impossibilitas facit, vt aliud pro alio soluatur, etiam inuito creditori.*

Necessitas nullam habet legem.

In praxi Curiae observatur, vt loco summae pecuniarie debita, pignora accipiantur.

Iuramentum à debitore exigi solet, quod aurum & argentum non habeat.

Ius Sax: contrarium disponens quomodo intelligendū sit?

Distinctio inter ius naturale & Civile, quoad solutionem.

Aestimatio Iudicis in datione pignorum qualis esse debeat?

In exigendo debito, quis ordo seruandus sit?

S Ed an aliud pro alio, id est, an res mobilis pro

immobili, aut e contra, solui potest? Et t quidem
 1 pro parte affirmatiua, faciunt textus juris, hi. Primò in l. si domus 71. §. qui constitetur 3 ff. de leg. 1. vbi dicitur. quod, etiãsi res aliqua in specie debeatur, æstimatio tamen eius solui possit. *Æquissimum est enim* (inquit ibidem textus.) *concedi ei ex hac causa æstimationẽ officio Iudicis præstare.* Secundò expressè innuit *auth. de fideiuss. & mandat. collat. 1. Cap. quod autem 3 in verbis:*

Quod si quis mutuauerit aurum, debitoris substantia credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat aurum omnimodò querens, illi verò non sit facile, neq; ulla mobilis substantia: sed si nec quispiam emptor immobilium eius rerum adsit: tunc per Iudicem subtili æsti-

matione facta rerum debitoris, secundum quantitatem debiti, possessionẽ immobilem creditoribus dari necesse est.

Tertio, conuenit cum supra dictis textus in l. si quis argentum 35. §. sin autem 3. C. de donat. vbi dicitur. *Quod, si donator neq; argentum neq; seruum habens, vel non tantum quantum donauit, fecerit eorum donationẽ; tunc pro eo quod deest, æstimatio dari debeat.* Et t quod precium 2 seu æstimatio loco rei succedere possit, probatur per l. Imperator 70. §. fin. ff. de legat. 2. Cui concordat cap. Ecclesia 3. ext. vt lite pẽdente &c. lib. 2. tit. 16. Quod tamen DD: verum esse putant in iudicijs vniuersalibus, puta legati, hæreditatis, & similibus, secundum allegata iura. Secus verò est in singularibus, vbi vt precium loco rei fungatur, non conceditur, per text.

in l. venditor 21. vers. *Quid si rem quam vendidi, alio possidente petij* & *litis aestimatio- nem accepi, utrum precium illi debeo an rē? utiq; rem: non enim actiones es, sed rem praestare debeo, ff. de he- 3 red. & act. vendita.* Porro † pro parte negativa militant hi textus. Primò in l. mutuum 2. §. mutui datio. 1. in fine ff. de reb. credit. ubi expresse dicitur, *quod aliud pro alio invito creditori solui non possit.* Secundo contrarium colligitur ex textu in pr. Instit. quibus modis tollitur oblig. in verbis: *Vel si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit. Et in l. manifesti juris est. 17. Cod. de solut. ubi dicitur. Manifesti juris est, tam alio pro debitore solvente, quam rebus pro numerata pecunia consentiente creditore datis, tolli paratam obligationē.* His ad stipulatur etiam textus in d. l. si domus

71. §. cum alicui 4. ff. de legat. ubi dicitur. *quod cum alicui poculum legatum esset, velletq; heres aestimationem praestare, iniquū id esse: neq; à pretore impetrari posse.* Verum † hi textus jam allegati, ita 4 accipiendi sunt, si debitori rei debita solutio possibilis esset, per expressum textum in l. fideicommissa 11. §. ex his apparet 17. ibi: *cum verò ipsum praestari non potest, aestimationem esse praestandam ff. de leg. 3.*

Alioquin, si debitor rei debita soluendi facultatem non habeat, tunc etiam si eo casu, nulla scripta lex fuisset; necessitatis tamen ratio (quæ † nullam habet le- 5 gem, arg. l. 1. ff. de off. Consul.) ad hoc causā perduceret. Nam si non sit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor sit bonorū illius immobilium, nihil aliud certé facturus erat, quam prop-

rijs bonis cedere, & ita necessario res ad creditorem venirent, debitum recipere non valentem. Sicut itaq; Imper. Iustinianus in dicta auth. de fideiuss. & mandat. palam fatetur, se hanc legem, etsi minus forte gratiam quibusdam creditoribus, propter tamen suam clementiam eo modo sancivisse; ita tamen non minori certe æquitatis & benignitatis ratione, in iudicio Regio. inter Alexandrum Piphan, & Anthoniũ de Stezij Ciues Cracouien: & inter Albertum Fabrum, & Gregoriũ Serificem, Ciues Lublunen: Nec non inter Melchiorem Krossnomicz Ciuẽ Sædecen: & Catharinã Panlowa VVoiaizowa Ciuem Casimirien: Anno 91. decisum fuisse, in libris decretorũ reperiri potest, quod videlicet credito-

res loco summæ pecuniariæ pignora à debitoribus offerentibus; vel in defectu horũ, res immobiles in solutum accipere coacti fuerint: Prius tamen iuramento per debitorem præstito, quod aurum, argentum, parata m̄q; pecuniam & meliora pignora, præter illa quæ ab eodem offeruntur, non habeat, quemadmodum in Curia inter eadem personas, & Moisen Iudæum, ac quendam dictũ klucznik Año 1597. feriã secundã post festum Sancti Iacobi Apostoli Varsauiæ decisũ fuisse constat. Quicquid in contrarium Ius tamen

Saxonicum disponat, ut videre est lib. 3. artic. 40. vbi dicitur.

Qui nummos vel argentum soluere debet, si pro hoc pignora præbuerit, aut mulctas, non (nisi hoc in promissione cõtinetur,) liberatur. Nam

res

&

& id iuxta distinctionem
suprà allegatam intelligen-
dum est, cum & hoc jure si
debito soluendo nō suppe-
tāt numi, ad pignora (qui-
bus distrahendis ac venden-
dis datur spacium sex septi-
manarum) recursum fieri
certum sit, per alios itidem
expressos textus, vt potē,
lib. 1. artic. 70. & gloss. lib. 3. artic. 39

9 Quamvis non desint, qui &
aliam distinctionem hic cō-
miniscantur, vt scilicet ali-
ud pro alio soluens, quan-
tum attinet ius naturale nō
liberetur: Naturalis enim
obligatio semper id requi-
rit, quod in illā deductum
est, vt in d. art. 40. & l. 2. ff. si cer-
tum petatur. & §. 2. Instit. quib. mod.
re contra. oblig. Secus est quo
ad ius Civile. Hoc enim
jure, aestimatio iudicis loco
rei debitæ succedere potest,
vt in dictis legibus. Proia-
dē amplius quæri potest.

Qua-

Qualisnam f. datio illa pi- 10
gnorum, seu aestimatio iu-
dicis fieri debeat? Ad hæc
vide dict. auth. de fideiuss. & mandas.
cuius verba sic se habent.

*Rerum verò datio sit huius-
modi, quæcumq; quidem me-
liora sunt, dentur creditori,
quæ verò deteriora, apud de-
bitorem post debiti solutionē
manere sinantur. Etenim
non erit iustum (inquit ibidem
Iustinianus.) dantem quidem
aurum, recipere autem aurū
non valentem, sed coactum
suscipere possessionem immo-
bilem, non saltem meliora
rerum debitoris percipere;
& per hoc habere consolati-
onem: quia si aurum non
recipit, aut alia rerum quæ
portari possunt, tamen licet
ei possessionem non inutilem
habere. Vnde etiā satis
manifestè cōstet quod cre-
ditor semper habeat ele-
ctionem, vt scilicet res me-
lio-*

lio-

liores ad solutionem debiti sui acceptare possit; atamen res illæ ad æquivalentiam usquè debiti, & coram iudice æstimari debent, per dict. auth. de fideiuss. & mādāt. in verbis: *subili æstimatione facta rerum debitoris, secundū qualitatem debiti, &c.* prout etiam in textu Spec Sax: d. lib. 1. artic. 70. his verbis: *tunc pignus exponatur aut vendatur, si pro debitis non poterit obligari. Et si plus valuerit, reo reddatur, si verò minus, iterum pignorando debita adimpleantur, dispositum*

II est. Pro coronide verò obiter notandum est, quod si debitore non soluendo existente, in exactiōe debiti ordo talis seruari debeat. Primò ut res mobiles & animales, pignoris jure à creditoribus capiantur; & ab illis (si ita libuerit) distrahantur. Quarum precium

si non suffecerit, tūc demū ad res soli & immobiles recurritur. Quod si nec quæ soli sunt sufficiant, tūc peruenitur etiam ad jura, per textum in l. à Diuo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re iudicata facit & gloss. iur. Sax: d. lib. 3. artic. 39. Postremò proceditur ad detentionem personæ, de qua infra obseruatione sequenti.

OBSERVATIO XXXIII.

Vtrum debitor ob æs alienum carceribus mancipari possit?

SUMMARIA.

*Qui caret ære debet luere 1
in corpore.*

L. 12. tab. in debitores qualis fuerit? 2

Legis 12. tab. de debitoribus verba. 3

Consuetudo apud Romanos post l. 12. tab. de obstructis ære alieno. 4

si

Lex

- 5 Lex Patilio & Papyrio
Coff. de ysdem lata.
- 6 Lex Julia de iisdem qualis
fuerit?
- 7 Differentia inter legē Pa-
tiliam & l. Iuliam.
- 8 Ius Nouellarū cessionem
bonorum introduxit.
- 9 Debitoribꝫ qui non ex ac-
cidenti, sed ex sua negligē-
tia ad egestatem perueniunt,
non subuenitur.
- 10 Cessio bonorum qualis esse
debeat?
- 11 Actiones & petitiones ce-
di debent.
- 12 Cedens bonis, quando redit
ad pinguiorem fortunam,
conueniri denuo potest.
- 13 Ius Sax: debitorem carce-
ribus mancipandū esse sta-
tuit.
- 14 Praxis Curia Ius Sax: se-
quitur.
- 15 Debitor in priuatis carce-
ribus detineri non debet.
- 16 Afflicto non est addenda
afflicto.

Debitorum qui commiseratione sunt digni.

N superiori
observatione di-
ctum est: Deten-
tionem personæ debitoris,
soluendo non existentis
de iure licitam esse; quod
probat, primò per vulga-
tam illam Regulam. Qui
† caret aere, luat in corpore. l. fin. ff. de in ius vocan. c. l. i. in fine. ff. de poenis, ubi expresse dicitur:
quod 2, qui penam pecunia-
riam egentes eludunt, coer-
sionem extraordinariam
(intellige detentionem aut
similem) inducant. Et † 2
iure antiquo 12. tab. debi-
tores damnati, si iudicatum
facere non possent, publicè
vendi, & neruo operam da-
re soliti erant; teste Gellio
noct. Attic. lib. 20 Cap. 1. & Li-
uio decad. 1. lib. 6. ubi narrat de fa-
cto Manlij, qui centurio-
nem quendam à feneratorum

De-

S

rum

rum crudelitate liberauerat
 Quinimò quod magis est,
 hac eadem lege XII. tab:
 inlicitum fuit, vt credito-
 res debitoris corpus diste-
 carent, atq; inter se parti-
 rentur. Quam legem in
 gratiam eorum, quib9 cum
 antiquitate commercium
 est, adiecisse operę precium
 me facturum esse duxi.

3 Lex itaq; 12. tab. sic se ha-
 bet: *Æris confessi, ærisq;
 debiti iudicatis t. igitia dies
 iusti sunt. Post dein ma-
 nus iniectio esto, in jus duci-
 to. Ni iudicatum faxit, nem
 vt quips endo eo in iure
 vindex est, secum ducito.
 Vincito aut neruo, aut cõ-
 pedibus quindecim pondo,
 ne minore, aut Si volet ma-
 iore vincito, si volet, suo
 viuito, ni suo viuit: qui em
 vincitum habebit, libram
 farris endodie dato, si volet
 plus dato. Et postea: Ni*

cum

*cum eo pacit, sexaginta dies
 in vinculis retineto. Trans
 nudinis continuis in co-
 mitium prociato, ærisq; a-
 sturtiam iudicati predicato.*

*Tertijs nudinis capite pœ-
 nas luito, aut trans Tyberim
 peregrè venū ito. At si plu-
 ses esūt rei, Tertijs nudinis
 parteis secanto: si plus ming-
 ue secuescunt, nesi fraude*

*esto. Postea ꝑ tacito popu- 4
 li consensu consuetudo pro
 lege obseruata fuit, vt vide-
 licet debitoris bona omnia
 distraherentur, v. quę adeò,
 vt nè ad victum quidem &
 cultum quidquam ei relin-
 queretur, authore Gellio*

*diſto Lib. 20. cap. 1. Põst, ꝑ 5
 tertium ius successit, per le-
 gē Pætilio & Papyrio Coff:
 propter Lucij Papyrij cre-
 ditoris libidinem, latam, ne
 quis neruo aut compedib9
 teneretur; sed vt pecunię
 creditæ causa, bona debito-
 ris*

ria, non corpore obnoxium esset,
 ut refert Lilius lib. 8. decad. 1.

6 Quarto ꝑ loco lata fuit lex
 Julia, ut debitoribus qui so-
 luendo non essent, bonis
 cedere liceat, quæ bona
 creditores, si eis videretur,
 publice constituta auctiõe
 diuenderent: & qui jam bo-
 nis celsissent, in eos credi-
 toribus ius nullum esset,
 neq; eos vel in seruitutem,
 vel ad operas dandas addici
 aut in carcerem compingi,
 aut villo modo in eos ani-
 maduerti liceret l. 1. & l. 4.

7 C. qui bonis ced. possunt. Neq; ꝑ ve-
 rō existimet quispiam, nul-
 lam inter hanc legem, & le-
 gem Patuliam differentiam
 fuisse: Res enim longè ali-
 ter se habet: Cum lege Pati-
 lia vincula solummodo, &
 nexus sublatis sint, carcer
 autem priuatus, id est cu-
 stodia in domo creditoris
 vsq; ad legem Iuliam per-
 man-

manferit d. l. r. c. qui bon. ced.
 possunt. Postremò ꝑ accessit
 jus Nouellarum in quo supe-
 riora omnia abrogata sunt,
 ut in Nouella Constit. 135. videre
 licet Hoc etenim iure di-
 sponitur, ne debitores, qui
 in vniuersum ex accidenti,
 non supina sua negligentia
 (istis ꝑ enim non subueni-
 tur, per text. in Cap. non fa-
 tis § 6. distinct.) res suas a-
 misisse dicerentur; & ideo
 soluendo potis non essent,
 bonis omnib; (ita ꝑ vide-
 licet, ut etiam ad sustentan-
 dam vitam nihil eisdem
 relinquatur, ut textus in § fin.
 Instit. de actionibus, & in l. qui bonis ff.
 de cess. bonorum tradit) cedere co-
 gantur. Insuperandum tamen,
 (huiuscemodi debitor) per
 adoranda præbeat eloquiis,
 quod nullam rerum causa
 occasionem aut aurum reli-
 quum habeat, unde aris a-
 lienis supplementum faciat,

per textum in d. Nouella. 135. Actio-
 11 nes ꝛ ꝑꝛæterea omnes & pe-
 titiones, quæcunq; debito-
 ri competunt, competitiu-
 ræ uè sunt, creditoribus cedi
 debent, ut si quid fortè ali-
 unde exigere possint, sibi
 habeant, in eadem Nouella
 disponitur. Vnde haud ob-
 scurè colligi potest, quod
 hoc iure nouo, nõ tantũ de-
 tectio personæ debitoris, sed
 etiam occupatio bonorum
 ipsius omnium sic prohibi-
 12 ta. Neq; ꝛ tamen per hoc
 liberatur à debito, sed si po-
 stea ad pinguiores fortunã
 peruenerit, denuo conueni-
 ri potest, d. §. fin Instit. de act. &
 d. l. in bonis ff. de cess. bonorum.

13 Verum ꝛ jus Saxonicum,
 contrariũ lib. 3. artic. 39. his uerbis:
*Qui debita in iudicio petit
 ab eo qui soluendo nõ est, nec
 poterit pro eo habere stipulã-
 tem, iudex eũ pro debitis cre-
 ditori debet presentare, cui*

cum

*cum laborib9 ꝛ cibarijs (æquè
 sua familia.) tenetur prou-
 dere, ꝛ si uelit, cõpedi eum
 includat, aliter eum non de-
 bet tormentare. Et text. ju-
 ris Municip. artic. 27. cum
 glossa ibidem, tenent. Quod
 ꝛ sane, etsi satis durum atq; 14
 inhumanum videatur; at-
 tamen etiam in praxi serua-
 ri videmus, prout etiam,
 in Curia, inter Ietrowa &
 Dzieza, Ciues Cracouien:
 Anno 1591. pronunciatũ
 fuit. Et quod alimẽta à cre-
 ditore debitori in carcerib9
 detento præstari debeãt, ex-
 rat decretum S. R. M. Crac-
 feria secunda in vigilia festi
 S. Iacobi Apostoli. Año 95.
 Inter Vilam & Ciues Ge-
 danen: Neq; ꝛ tamen de 15
 bitor priuatis carceribus
 (qui legibus omninò sunt
 prohibiti ut tot. tit. Cod. de pri-
 uat. carcer. inhib. videre licet.)
 includi; sed in publico ali-*

quo

quo loco, honesto tamen, minimequè lqualido detineri debet. Negari autem non potest, quod creditor hac ratione nihil amplius consequatur, quam ut debitore non satis alias miserabilem, magis adfligat, quod

16 *f* humanitas non admittit, ut in *l. Diuus. 14. ff. de offic. Præsidi.* habetur

17 *Quod* *f* in his, qui non sua culpa, sed fortunæ vitio ad egeitatem redacti sunt, nullo negotio concesserunt; illos verò, qui per aleam & pocula, decoctis omnibus bonis, soluendo non sunt, hac commiseratione minime dignos, carceribus verò dignissimos exilitiare.

Cum & Reipub. intersit, ne quis re sua abutatur.

§ *Sed et maior.* insit de his qui sunt sui vel alieni juris: quod etiam Iudices, in cognoscendis huiusmodi causis, diligenter considerare debent.

OB-

OBSERVATIO, XXXIII.

Vtrum debitor solutionem offerens, liberetur?

SUMMARIA.

Solutionem offerens liberatur. 1

Solvere paratus, soluenti similis esse censetur. 2

Conditio pro impleta habetur, quando non per eum stetit, quominus impleatur. 3

Iuris Sax: dispositio, quod offerens pecuniam non liberetur. 4

Oblatio pecuniæ qualisnã esse debeat? 5

Pecunia in loco publico deponi debet. 6

Locus publicus quis dicatur? 7

Effectus iustæ & legitime oblationis. 8

Deposita pecunia in loco publico, ita demum liberat debitorem, si ibidem remanent. 9

Ob-

10 Obligatio quibz modis cō
trahitur ijs dē dissolui debet.

11 Obligatio fit quatuor mo-
dis.

12 Obligatio tollitur itidem
quatuor modis.



AN verò debitor solutionem offerēte, creditore ea dem nō acceptante, obligatio debitoris dissoluatur? Et f. quamuis primo

quidem intuitu, debitorem oblatione facta omninō liberari dicendum videatur; per exp̄ssum textum juris Ciuilis, in l. si debitor. 30 ff. de solut.

in his verbis: Si debitor offerret pecuniā, quæ peteretur, creditor nollet accipere, prætor

2 ei denegat actiones. Cum f. & aliās leges eum, qui paratus est soluere, soluenti similem faciant. arg. l. iure Ciuili 24. ff. de condit. & demonstrat.

3 quæ tradit: *Larc f. Ciuitate.*

ceptū esse; quoties per eum cuius interest, conditionem impleri, fit, quominus impleatur; ut perinde habeatur, ac si impleta conditio fuisset. Contrarium tamen

f. Ius Sax: lib. 2. artic. 11. his verbis 4

Cui autem argentum vel nummi sunt persoluedi licet ad terminum solutionis nō veniet, vel si venerit, & pecuniam noluerit acceptare, per hoc tamen pecuniam suam non amisit. Illum verò diem se noscat perdidisse: dispōere videtur. Quæ iura, inspectā rei ipsius veritate nequaquā inter se pugnant.

Textus f. etenim d. l. si debitor. 5 non ita simpliciter accipiendus est, sed certis quibusdam adiectionibz ampliari debet. Et primum quidem requiritur, vt res ipsa congruo tempore & loco offeratur, consignetur, &

deponatur, ita nimirum, ut is, cui offertur, non habeat impedimentū, quo minus recipere possit, per clarum textum in l. obsignatione 9. c. de solut. in verbis: *Obsignatio totius debita pecuniae solenniter facta, liberationē contingere manifestum est. Sed ita demū oblatio debiti liberationē parit, si eo loco, quo debetur solutio fuerit celebrata.* Unde satis liquidò constat, quod pecunia oblata obsignari, & quod magis est, in publico deponi debeat, per expressū textum in l. acceptam 19. c. de usur. cuius hæc est dispositio: *Acceptam mutuo sortem cum usuris licitis, creditoribus post contestationem offerat: at si non suscipiant; consignatam in publico deponere. Qui* 7 *autem locus publicus dicitur, tradit eadem lex his verbis: In hoc autem casu pub-*

publicum intelligi oportet, vel sacratissimas aedes, vel ubi competens Index super ea re aditus, deponi eas disposuerit. Effectus 8 *deinde istius oblationis sequuntur.*

Quo subsequente (inquit textus) etiam periculo debitor liberabitur, & ius pignorum tollitur. Quod tamen ita verum est, si deposita pecunia ibidem duret, neque eam postmodum debitor auferat; prout eadem lex in fine admonet: Creditori scilicet actione utili, ad exactionem earum, non adversus debitorem, nisi forte eas receperit: sed contra depositarium, vel ipsas competentem pecunias; id est possidentem pecunias. Quæ omnia Curia etiam Regalis firmissimè tenet; & ita semper pronuntiatur, ut in causa Pauli koszucki, cum tenentarijs villæ Bartodzieie,

An-

Anno 96 & alijs, videre licet. Porro, non solum obligatione, modo quo præmissum est, factâ, sed & alijs modis liberatur debitor ab obligatione. Qua in re tenenda est regula: Quod †
 10 quibus modis contrahitur obligatio, ijs etiam solui debet, per vulgatâ Regulam juris, quæ docet: *Nihil tam naturale esse, quàm eo modo quodq; solui, quo colligatum est.* l. nihil tam naturale. ff. de diuersis reg. iur. Quemadmodum
 11 † itaque omnis obligatio quadrupliciter, id est, aut re, aut verbis, aut litteris, aut consensu contrahitur, per textum in § fin. Instit. de oblig. ita nullum dubiû est, quin eadem quadrifariam tolli
 12 possit. Tollitur † enim primò solutione reali & effectuali eius rei, quam debeo, de qua hic, & in superiori-

bus obseruationibus dictû est. Secundo, compensatione, vt in l. eius 7. C. de solut. Tertio, acceptilatione, de qua toto tit. Cod. & Digestor. de acceptilat. Quarto nouatione seu delegatione cuius fit mentio in l. ex contractu 2. C. de nouat & de legat. & obseruat. sequen. tractat.

OBSERVATIO, XXXV.

Nouatio vtrum tollat priorem obligationem?

SUMMARIA

- Nouatio quæ dicatur?* 1.
Nouatio alia voluntaria, 2
alia necessaria.
Iudicium in inuitum dari 3
non potest.
Iure nouo Nouatio non intelligitur facta, 4
nisi id expressè actum sit.
Nouatio ex verbis & verisimilibus coniecturis colligi debet. 5

No-

6 *Nouatio etiam per accep-
tilationem fieri solet.*

7 *Delegatio est species noua-
tionis.*

8 *Nouatio locum habet, si
obligatio sequens sit Civilis
vel naturalis.*

9 *Pupillo sine auctoritate tu-
toris naturaliter obligatur.*

10 *Seruus ne naturaliter qui-
dem obligari potest.*



Ontrouersum
est apud Iuris In-
terpp: Vtrum no-
uatio simpliciter, & de pla-
no tollat priorem obliga-
tionem? Et quamuis † ex
1 ipsa definitione nouatio-
nis, quæ in l. 1. ff. de Nouat. pro-
ponitur, manifestè liqueat,

*Eam nihil aliud esse, nisi
prioris debiti in aliam obli-
gationem vel Civilem vel
naturalem transfusionem
atq; translationem, hoc est,
cum ex precedenti causa ita*

*noua constituatur, ut prior
perimatur: Nouatio enim
(inquit ibidem IC. Ulpian)
à nouo nomen accipit, & à
noua obligatione. Et in §.
præterea. Instit. quib. mod. toll. oblig.
id expressè dicatur. Noua-
tione tolli obligationem: ve-
luti si id quod tibi Seruus de-
bebat, à Titio dari stipula-
tus sis. Nam interuentu no-
ua persona, noua nascitur
obligatio, & prima tollitur,
translata in posteriorem. Et.*

Verumtamen DD: † in
voluntarijs tantum, non
autem necessarijs nouatio-
nibus, id obtinere cõmuni-
ter statuunt, per textum in l. aliam.
29. ff. de Nouat. Voluntaria ere-
nim Nouatio illa dicitur,
quæ fit per stipulationem,
idq; quatuor modis, ut po-
te, mutata causa vel statu
prioris obligatiõis; vel mu-
tata persona creditoris, vel
debitoris, vel deniq; vtrius-

no-

T

quæ;

què; quod in l. fin. Cod. de Nouat. clarius explicatur. Necessaria verò, quæ per litis contestatiõe in iudicio accepto introducitur; vt ex l. vnic. Cod. etiam ob Chyrograph. pec. pign. teneri posse. patet. quæ idè necessaria appellatur, quia † iudicium in inuitum dari solet, per textum in l. inter stipulantes. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. Porro † jus nouū, quod à Iustinião introductū est, ad eum solūmodo casum id restringit, si videlicet inter partes expressè hoc actum sit, quod secunda obligatio priorem tollere debeat. Nam & in d. §. præcreta. Instit. quib. mod. toll. oblig. Imper. Iustiniã statim subdit hæc verba: *Sed cū hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri nouationem, cum nouādi animo in secundā obligationem itum fuerat: per hoc autem dubiū erat, quando nouan-*

di animo videretur hoc fieri. Quasdam de hoc præsumptiones alij in alijs casib9 introducebāt. Idè nostra processit constitutio, quæ apertissime definiuit, tunc solum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressū fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt. Alioquin Quod manere pristinam obligationem, Quod secundam ei accedere, vt maneat ex utraq; causa obligatio, secundū nostrā Constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

Extat autem hæc Imper. Iustin. constitutio in l. fin. c. de nouationibus: cuius is tenor:

Nouationum nocentia corrigentes volumina, Quod veteris juris ambiguitates reserantes, sancimus; si quis vel aliam personam adhibuerit,

di

vel

*vel mutauerit, vel pignus
 acceperit, vel quantitatem
 augendam vel minuendam
 esse crediderit, vel condi-
 tionem seu tempus addide-
 rit, vel detraxerit, vel cau-
 tionem minorem accepe-
 rit, vel aliquid fecerit, ex
 quo veteris juris condito-
 res introducebant nouatio-
 nes, nihil penitus prioris cau-
 telae inuouari, sed anteriora
 stare, & posteriora incre-
 mentum illis accedere: nisi
 specialiter remiserint quidem
 priorem obligationem, &
 hoc expresserint, quod secun-
 dam magis pro anterioribus
 elegerint. Et generaliter de-
 finimus, voluntate solum esse,
 non lege nouandum; & si
 non verbis exprimat, ut
 sine nouatione causa proce-
 dat, hoc enim naturalibus
 inesse rebus volumus, & non
 verbis extrinsecus superue-
 nire. Sanè ꝑ quando ex*

verbis, alijsq; veri^milibus
 coniecturis necessario collig-
 gitur, partes à prima obli-
 gatione recedere, & illam in
 secundam transferre voluisse,
 etiam si id specialiter non
 expresserint, obligationem
 esse immutatam, DD: com-
 muniter tradunt; vt notant
 Andr. Geil. pract. obser. lib. 2.
 obser. 30. M. n. finger. in suis
 comment. Instit. d. §. praeterea
 tit. quib. mod. toll. oblig. in verbis
 expressum fuerit. Quam
 sententiam D Dni: Alseho-
 re, in causa Schirmer con-
 tra Iaschke Cives Gedanen.
 Anno 99. feria tertia post
 Dominicam Iudica, sequuti
 sunt. Proinde ꝑ si acceptila
 tio interueniat, (quam iuxta
 praescriptum juris comunis
 liberat omnino debitorem
 etiam si pecunia soluta non sit,
 per text. in l. 19. §. fin. ff. de acceptil.)
 manifeste colligitur animo
 nouandi, id est prioris obli-

ver-

T 2

ga

7 gationis in nouam transfe-
 7 rendi. Sic ꝑ cum quis cre-
 ditori suo delegat vice sua de-
 bitorem contentientem, e-
 tiam si expressè dictum non
 sit, id fieri animo nouandi,
 nihilo min9 tamen fit no-
 uatio. per text. in l. 2. Cod. de Nouat.

8 Insuper ꝑ sciendum est, no-
 uationem ita demum sub-
 sistere posse, dummodo se-
 quēs obligatio aut Ciuilitate
 teneat aut naturaliter vt
 puta si pupillus sine auto-
 ritate tutoris promiserit,
 vt in l. 1. ff. de nouat. habetur.

9 Nam ꝑ hoc casu, quia videli-
 cet pupillo naturaliter tantū
 obligatur; res idcirco amit-
 titur, ꝑ prior debitor libe-
 ratur, ꝑ posterior verò obli-
 gatio nulla est, per textum in §.
 preterea. Instit. quib. mod. tollitur oblig.
 quod in seruo aliter se ha-
 bet, Nam ꝑ is, extra causam
 10 sui peculij ne naturaliter
 quidem obligari potest, per
 text. in l. seruo in scio. 19 ff. de fideiussor.

& idè nouatio cum eodè
 facta manet inutilis, prout in
 d. §. preterea, traditum est.

OBSERVATIO XXXVI.

Usuræ an de iure sint
 licitæ?

SUMMARIA.

Usura iure diuino probi- 1
 bentur.

Ius Canonicū usuras im- 2
 probat.

Usuras approbans pro ha- 3
 retico censetur.

Leges Ciuiles nō dedignantur 4
 sacros Canones sequi.

Usura iure Ciuili permit- 5
 tuntur, ꝑ modus earū præ-
 scribitur.

Opinio quorundam, quod 6
 etiam iure diuino non om-
 nes usuræ sint prohibita.

Usuræ alia lucratoria, alia 7
 compensatoria, alia punito-
 ria dicuntur.

Ne-

- 8 *Nemo alteri cum suo damno benignè facere cogitur.*
- 9 *Antiaris sententia, quod usura jure Ciuili sint permissæ, non approbata.*
- 10 *Dogmata quatuor Synodorum pro legibus obseruari debent.*
- 11 *Usus fructus earum rerum quæ usu consumuntur, esse non potest.*
- 12 *Inter usuras & censu differentia.*
- 13 *Census & pensiones ex redditibus venditis sunt liciti.*
- 14 *Census & pensiones nõ debent excedere modum equalitatis.*



Vsuras non solum iure diuino & Canonico, sed etiam Ciuili, omninò esse prohibitas, fortè quis ex his autoritatibus concludere possit: Prohibentur t̄ siquidem illa expressè præcepto di-

diuino, vt videre est *Leuit. cap. 25. in versic: Ne accipias usuras ab eo, nec amplius quàm dedisti; time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te.* Et postea: *Pecuniã tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.* *psalmo item 14. & apud Ezechielem. Cap. 18.* *Saluator deniq; ipse serid præcipit, vt mutuam dem 9 nihil inde sperãtes.* *Luce cap. 6*

Quod item t̄ textus juris ² Canonici omninò probãt, vt videre est *tot. tit. de usuris.* quinimò t̄ hoc eodem jure ³ statuitur, vt pertinaciter asserens, usuras exercere non esse peccatum, pro hæretico censeatur *Clement. vnic. in fine, de usuris.* Cùm autem t̄ nec ⁴ iura Ciuilia dedignentur sacros Canones sequi, per expressum text. in l. 1. *Cod. de summa Trinitate.* in verbis: *Sanctos populos, quos clementia nostra re-*

regit imperium, in tali volumus religione versari, quã Diuum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio usq; adhuc ab ipso insinuatã declarat, quamq; Pontificem Damasum sequi claret,

Consequens est, quod etiam legibus Imp. usuræ sint prohibitæ. Verum tamen huic sententiæ manifestè repugnant expressi iuris Ciuilis textus: Et primò quidem *in l. Eos 29. Cod. de usuris* qua Imp. Iustinianus formam præscribit usuris certam, ut potè illustribus personis permittit trientes, id est quatuor in centũ, Mercatoribus autem, qui alias pecuniã quæstum faciunt, bessales, id est octo in centum: Cæteris verò hominibus semisses, id est sex in centum: Fæneratorib9 deniq; maritimis centesimas,

hoc

hoc est, duodecẽ in centum.

Quod item admodum clarè patet ex *tot. tit. ff. & Cod. de usuris*. Item Nouell. Consti: penè infinitis, quales sunt, Nouell. 32. 33. 34. 106. 121. 138. 160. in quibus omnibus de usuris agitur.

Hanc itaque Antinomiã Interpp: juris conciliare cupientes, multum in eo elaborant. Quidam enim lege diuina non omnes usuras, sed illas tantum, quas Iudæi sua lingua Nesser, hoc est, morsum, aut quod tantundem est, improbas appellabant, esse prohibitas, ut notat Molineus *in suo tract. de usur.* Proindè & illud dictũ Saluatoris nostri: Mutuũ date nihil inde sperantes, non min9 pertinere ad sortẽ ipsam principalẽ, quam ad usuras, atq; ita cõsiliũ potius esse, quã præ-

cep-

7 ceptum existimant. Alij
verò (quorum sententia est
communior) distinguen-
dum esse putant, inter usu-
ras lucratorias, compensa-
torias, & punitorias. Lu-
cratoria etenim usura di-
cuntur, quæ ex mero mu-
tuatiõis officio (quod gra-
tuitum esse debet, *l. fin. ff. de
condict. obturp. caus.*) lucrum fa-
ciunt, & ideò non solù le-
ge diuina, sed etiã jure gen-
tiũ & Ciuili prohibentur,
per supra allegata jura.

Compensatoria verò, quia
non lucrum supra sortem
mutuo daram exigunt; sed
saltem precium seu æstima-
tiõem vsus sortis consump-
tæ, cum damno creditoris
(quod videlicet tandiu car-
uit pecunia) petunt; idcir-
cò non omninò videntur
8 esse prohibita. Nemo te-
nim alteri cum suo detri-

mento benignè facere co-
gitur, teste Apostolo 2. Cor. 8. &
gloss. *juris Sax: lib. 1. artic. 54.* vbi
etiam decem ferè casõ, qui-
bus usura sunt permissæ, re-
censentur. Punitoria deniq;
quæ propter moram debi-
toris in soluẽdo ex stipula-
tiõe prouenire solent, sum-
ma æquitatis ratione susti-
neri possint. Multum ete-
nim interesse potest credi-
toris, vt die constituta pecu-
nia mutuata à debitore per-
soluatur. Vnde Paulõ ICt9
rectè ait: *Usuras non prop-
ter lucrũ petentium, sed pro-
pter moram non soluentium
infligi, l. cum quidam §. si pupillo.
ff. de usur.* Mihi certè hæ DD 9
opiniones non vsq; adeò
satis faciunt. Existimo e-
nim, quod usurae sint qui-
dem jure Ciuili permissæ,
idq; maioris mali euitandi
causa; sed non sint approba-

10 *ix*; tum ꝑ quod Imp. sacros Canones, & quatuor Sijnodorū dogmata, sicut sacras scripturas, & regulas pro legibus obseruari voluerint, *vt imp. Iustinian. Nouella. de Ecclesiastic. tit. 131. §. 1.* expressis verbis tradit; tum etiam

11 quod ꝑ res quæ usu consumuntur, neq; naturali ratione, neq; Ciuili, vsum fructum recipiant, *per expressum textum in §. constituitur. Instit. de usu-fructu.* Porro ꝑ sciendum est,

12 aliud esse vsuras, aliud pensiones seu census ex venditis redditibus (quales potissimū in Regno Ecclesiastici habere consueuerunt,) prouenientes. Cuius rei, malè ferriati quidā nulla distinctione habita, cens9 seu pensiones huiusmodi pro fænore accipiunt; & vitium hoc Ecclesiastico ordini satis impudenter adscribere audent. Usuræ namq; sunt, quæ

quæ supra sortem vnà cum sorte à debitore creditori restituantur, vt supra dictum est. At in huiusmodi censibus, quia nedū supra sortē aliquid redditur, sed etiam fors ipsa tandiu manet penes venditorem, quamdiu talem pensionem soluit, & aliud saltem pro sorte, nempe redditus, qui est merx in hoc contractu, persolui solet; idcirco ꝑ etiā huiusmodi venditiōes reddit9, & pensiones seu census inde prouenientes, sunt iusti & liciti *per textum in Cap. 1. & 2. extra. de empt. & vendit. in verbis: Praefatos contractus licitos iurique conformes, & vendentes eosdem ad ipsorum solutionem censuum & reddituum iuxta dictorum contractuum tenores, (remoto cōtradictionis obstaculo) efficaciter teneri auctoritate Apostolica presentium serie de-*

14 *declaramus. Si si tamen istae pensiones sint legitimae & aequitati consonae: Nam si terminos aequalitatis nimium excedant, iniquae sunt & usurariae, per textus in Cap. in Ciuitate; & Cap. fin. de vris; & Cap. ad nostram, tit. de empt. & vendit.*

**OBSERVATIO
XXXVII.**

Commodatae rei periculum, vtrum ad commodantem; an verò ad commodatarium spectare debeat?

SUMMARIA

- 1 Commodatarius quid prestare teneatur?
- 2 Commodatum debet esse gratuitum.
- 3 Dolus tantum quando in commodato prestari debeat?
- 4 Dolo & culpa quando prestanda sit in commodato?
- 5 Leuis culpa quando prestanda veniat?

*Casus fortuiti in commo- 6
dato prestari non debent. &
qui dicantur casus fortuiti?*

*Casus etiam fortuiti interdum 7
prestari solent.*

*Rei comodata aliter utens 8
furtum committit.*

*Aestimatio emptioni simili 9
est.*

*Iure Sax: domino commo- 10
danti non competit actio,
nisi aduersus comodatarium.*

*Rei commodatae dominium 11
an transeat in commodatari-
um?*

*Res furto ablata, quando à 12
domino vindicari possint?*

*Dolus nemini patrocinari 13
debet.*

Proxima actio-
nibus mutui, est
commodati; & i-
deò non inconcinne queri
potest: Rei commodatae
periculum vtrum ad com-
modantem, an verò ad com-
modatarium pertinere de-
beat

1 beat? Et *¶* jure quidem Ci-
uili nullum est dubiū, Com-
modatariū ad præstandum
dolum & culpam; imò &
custodiam obligari, per ex-
pressos textus in l. si, vt certo, §.
§. nunc videndum 2. & §. custodiam §.
& in l. Si mei 12. & toto sermone tit. ff.
commodati. Cuius rei ra-
tio, ea potissimum reddi

2 potest, quod commodatum *¶*
sit gratuitum. per text. in §.
item vs cui. in fine. Instit. quib. mod. re
contra. oblig. & plerumq; solam
utilitatem contineat eius,
cui commodatur. vt in d. l. si
vt certo, d. §. nunc videndum. in fine. vi-
dere est. Verum quia plerūq;
(vt textus habet.) non sem-
per id fieri solet; idcirco hac
distinctione res explicanda

3 est: Aut *¶* enim hic contra-
ctus fit commodantis tan-
tum gratia; vt puta, si quis
sponsæ fortè suæ, vel vxori,
quò honestiq; culta ad se de-
duceretur, commodauit or-
namenta, eo casu, si fuerint
amif-

amissa, præstatur tantum
dolum, per expressum text.
in d. l. si, vt certo. §. interdum 10.

Aut *¶* fit vtriusq;, tam 4
commodantis, quam com-
modatarij causa, vt in l. in rebus,
18. ff. commodat. in verbis: *At si*
vtriusq;, veluti si commu-
nam amicum ad cenam in-
uitauerim, tuq;, eius rei cu-
ram suscepisses, & ego tibi
argentum commodauerim:
scriptum quidem apud quos-
dam inuenio, quasi dolum
tantum præstare debeas; Sed
videndum est, ne & culpa
præstanda sit: vt ita culpe
fiat æstimatio, sicut in rebus
pignori datis & dotalibus æ-
*stimari solet. Aut *¶* deniq; 5*
ipsius commodatarij utili-
tatem concernit; & hoc ca-
su præstatur ab eo non so-
lum dolum & culpa, vt supra
dictum est, sed etiam dili-
gentia talis, qualem diligen-
tissimus quisq; paterfamili-
as

lias rebꝯ suis adhibet; ita ut
 6 tantum ꝑ eos casus non præ-
 stet, quibus resisti non possit,
 veluti mortis seruorum,
 qua sine dolo ꝙ culpa eius
 accidunt; latronum, hosti-
 umue incursum, piratarum
 insidias, naufragiũ, incen-
 dium, fugas seruorum, qui
 custodiri non solent, prout
 id in d. l. in rebus. in pr. hisce ver-
 bis exprimitur. Quod ta-
 men fallit in aliquot casibꝯ,
 7 ut ꝑ potè, si commodatari-
 us re commodata in alio
 loco vtatur, per textum in
 d. l. si vt certo. §. Sed interdũ 7. in verb:
 Sed interdum ꝙ mortis
 damnnum ad eum, qui com-
 modatum rogauit, pertinet.
 Nam si tibi equum commo-
 dauero, vt ad villam addu-
 ceres, tu ad bellum duxeris,
 commodati teneberis; idem
 erit ꝙ in homine. quin-
 8 imò ꝑ & furti tenetur, qui
 re commodata aliter atq;

con-

constitutũ est, vtitur; vt textus
 ibidem §. quinimò 8. tradit; quod
 iure Sax: non obtinet, per
 textum in lib. 3. artic. 22. ibi: In his
 verò furtum aut rapinam
 debitor dici non poterit cõ-
 misisse. Vel si interpella-
 tus sit rem restituere, non
 restituit; tunc quia moram
 committit, tenetur de calu
 fortuito, per textum in l. quod te ꝑ.
 reb. creditis. Et est expressius te-
 xtus Sp. Saxo: lib. 3. artic. 22.

Vel si deniq; expressè pactũ
 intervēiat de casu fortuito.
 ꝑ text. in d. l. si, vt certo, §. interdũ. 10.
 in verbis: vt puta si quis ita
 conuenit. ꝙc. id est, si fortè
 accipiens de æstimatione
 reddenda speciatim conue-
 nisset. Nam ꝑ eo calu, æsti-
 matio emptioni similis est,
 per textum in l. cum fundus, ff. locat.

Verum iure Saxonũ, quod
 etiamnum in praxi seruari
 videmus, horum longè di-
 uersa videtur esse ratio.

V 2

Cum

10 Cum etenim ꝑ hoc iure ip-
 si domino cōmodanti nul-
 la actio competat aduersus
 eum, cui commodatæ rei
 alienatio facta est, sed ne-
 cesse habeat conuenire ip-
 sum commodatarium, per
 satis clarum textum in lib. 2.
 artic. 60. ibi: *Qui alij equum,
 vestimenta, vel aliquid mo-
 bile cōcesserit obligaueritue,
 aut quoquo modo res ab eius
 potestate (cum consensu suo)
 alienetur, si percipiens eam
 rem vendiderit, aut ultrà
 obligauerit, seu detesseraue-
 rit, vel si eam rem furto spo-
 lioq; amiserit, qui eam in
 huiusmodi potestatem tri-
 buit, nullam nisi aduersus e-
 um, cui hanc rem concessit
 aut obligauerit, habet ac-
 tionem*: consequens est,
 ꝑ quod possessio & domi-
 nium rei commodatæ in
 ipsum transferatur, & ideo

eti-

etiam omne damnum &
 periculum ipsum, tanquam
 dominum rei, concernere
 debeat, argumento l. neces-
 sario. 8. ff. de peric. & cōmod. rei vendite.

Iure autem Ciuili, quia in
 commodato neq; possessio
 neq; dominium transferri
 potest, per expressos textus
 in l. rei, 8. & l. nemo, 9. ff. commodati.
 idcirco nō solū aduersꝫ cō-
 modatariū, sed etiā aduersꝫ
 quemcūq; rei commoda-
 tæ possessorem, com-
 modanti datur actio, prout te-
 xtus in l. fin. §. tales, his verbis:

*Tales itaq; ambiguitates
 veterū, immò magis (quod
 meliꝫ dicendum est) amba-
 ges nobis decidentibꝫ in tan-
 ta rerum difficultate simpli-
 cior sententia placuit: ut in
 domini sit voluntate, siue
 commodati actionem aduer-
 sus res accipientem mouere
 desiderat, siue furti aduersus
 eum, qui rem surripuit: &*

ab-

alterutra earū electa, dominum non posse ex penitentia ad alteram venire actionem: Cod. de furtis. admodum clarè docet. Quod certè etiam Iure Saxonico dicendū videtur; per expressum textum lib. 2. artic. 36. in verb: *Qui post alterum diem furtum aut spoliū suū sibi ablatum, apud quenquam inuenerit, qui illud manifestè emit, & ulterioꝝ hoc non occultauit, quod is poterit comprobare, ille per manualem factionem non est incusandus; nisi fortè (sui iuris) passus sit detrimentum, sed actor cum licentia iudicis suas res potest vindicare*: Ex quo, contrarium his, quæ suprà dicta sunt, inferri potest, vt scilicet quilibet res suas vbicunq; reperitas, vindicare possit. Quod 12 verum est, & si res tanquam propriæ alicuiꝝ vero domino

no furto ablatae sint; secus si tanquam commodatae. Nam tunc commodatarij est periculum; & domino in commodatarium actio competit, vt suprà dictum est; commodatario verò in furem, vel eum qui possidet: per expressū textum in d. l. fin. §. 1. ibi: *Eum autem qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem quidem furti actionē habere*: quiniñò Interpp: quidam istius iuris textum d. lib. 2. artic. 60. ita restringendum putant, si is qui rem huiuscemodi commodatā possidet, sciat rem illam fuisse commodatam, quod tunc liceat domino commodanti etiam ab illo possessore rem suam vindicare; idq; propter malam fidem.

Nemini + enim dolus suus 13 per occasionem iuris contra aequitatem naturalem prodes.

desse debet, ut in l. i. §. i. ff. de do-
li mali & met. except. habetur.

OBSERVATIO XXVIII.

Utrum possessor duo-
bus simul rem petentibus
respondere teneatur?

SUMMARIA.

1. Iure Civili petitio unius
non impedit petitionem al-
terius.
2. Iure Sax: post prestitam
Varandam actor reum de-
fendere debet, ne ab alio im-
petatur.
3. Iure Sax: possessor non te-
netur respondere priusquam
illi qui petunt rem, inter se
experiantur.
4. Res litigiosa apud possesso-
rem remanet, vel iudici tra-
ditur.
5. Multam prestare tene-
tur, qui iniuste petit rem ali-
enam.

Explicatio textus artic. 21. 6
lib. 2.

Roindè si duo
eandem rem ab eo-
dem petant, quid
juris sit: haud incongruè
hoc loco quæri potest? Et
jure quidem Civili, unius
petitio nõ impedit petitio-
nem alterius; & executio in
gratiam eius qui vicerit, fie-
ri poterit; dummodò præ-
stet cautionem, si alter rem
evicisset, se eam redditurum,
ut in l. pen. ff. de petit. heredit. habetur.
cuius is est tenor: Cum idem
eandem hereditatem aduer-
sus duos defendit, & secun-
dum alterum ex his judica-
tum est, quæri solet, utrum
perinde ei hereditatem resti-
tui oporteat, atq; oporteret,
si aduersus alium defensa non
esset: ut scilicet, si mox &
secundum alium fuerit judi-
catum, absolvatur is, cum
quo actum est: quia neq;
pos-

Ex-

pos-

possideat, neq̄ dolo malo fecerit, quo minus possideret, quod iudicio reuictus restituerit; an quia possit & secundum alium iudicari, non aliter restituere debeat quā si cautum ei fuerit, quod aduersus alium eandem hereditatem defendit. Sed melior est, officio Iudicis cautione vel satisfactione victo mēderi; cum & res salua sit ei qui in executione tardior venit aduersus priorem victorem. Cui ad verbum ferè concordat textus in l. is à quo 57. ff. de rei vindicat. qui sic se habet: *Is à quo fundus petiti⁹ erat, ab alio eiusdem fundi nomine conuent⁹ est: querebatur, si alterutri eorum iussu iudicis fundum restituisset, & postea secundum alterum petitem res iudicaretur, quemadmodū non duplex damnum traheret.* Respondi, vter prior Index

dicaret, cum oportere ita fundum petitori restitui iubere, vt possessori caueret vel satisfaceret, si alter fundum euicisset, cum prestare.

Iure autem Saxonico longè aliter id obseruatur: Nā ꝑ actor, qui prius petere incepit, post Varandam præstitam, reum defendere tenetur, ne eius rei nomine ab alio conueniatur; per textum Sp. Sax: lib. 2. artic. 18. vt supra obser. 12. num. 10. dictum est.

Vel ꝑ si duo simul petant, & 3
neuter præstitit Varandam, tunc possessor rei petitiæ nõ prius tenetur alieni petentium respondere, quam illi inter se de iure suo experti fuerint, per expressum textū lib. 3. artic. 15. in verbis: *Si res hereditaria à duobus post tricesimū defuncti postuletur, nisi lite inter eos sopita, nulli eorum prabeatur.* Pro ut etiā in Curia Año 1597

Sab-

Sabbato ante Dominicam
 Exaudi inter Kreuz & Wa-
 4 rier iudicatum fuisse proba-
 ri potest. Interea t̄ verò res
 litigiola vel apud possesso-
 rem remanet, vel etiam ju-
 dici referuanda traditur, qui
 eam iustiore causam ha-
 benti attribuet, & possessor
 omninò liberabitur, per
 eundem text. in d. artic. 15. in
 verbis: *Si res litigiola exti-*
terit, & iudex eam postulet,
si ei presentetur, iudex eam
rem (usq̄ ad litis determi-
nationem) obtinebit & præ-
 5 *sentans liberabitur.* Neq̄; t̄
 verò impunè fert is, qui in-
 iustè petit rem alienà: mul-
 ctam siquidem parti aduer-
 sè præstare tenetur, vt
 notat gloss d. artic. 15. versic. primo. in
 fine, per textum artic. 43. lib. eiusdem.
 6 Sed ne t̄ fortè quis in textu
 lib. eiusdem artic. 21. vbi
 dicitur, quod si duo impe-
 tant unam rem cum simili

testimonio & actione, ipsis
 aquè res sit dividenda, con-
 trariū statui existimet; sci-
 endum est, quod ibi textus
 de eo casu loquitur, quando
 partes inter se de iure experi-
 untur, & pares sint in pro-
 batione; non autè quando
 rem à possessore simplici-
 ter petunt, & vter illorum
 iustiore causam habeat
 ignoratur: tunc enim hæc
 quæ suprà dicta sunt, locum
 habent.

OBSERVATIO XXXIX.

De pignoribus, & an
 periculum pigno. is ad cre-
 ditorem pertineat?

SUMMARIA.

In pignore præstatur dolus 1
& culpa lata, imò & levis.
Leuissima culpa & casus 2
fortuitus non præstantur.
Pignore casu fortuito amif-
 3
 so,

- so, creditor non tenetur ad illius solutionem, & nihilominus creditum petere potest.
- 4 Pignus manet in bonis debitoris.
 - 5 Casus fortuitus quando creditori imputetur?
 - 6 Incendium vel furtum, an casibus fortuitis adnumerari debeat?
 - 7 Pignus amissum creditor quando probare teneatur?
 - 8 Ius Sax: qua in re differat à iure Civili?
 - 9 Conciliatio Iuris Saxonici cum iure Civili.
 - 10 Pignus securitatis causa dari solet.
 - 11 Pignus & hypotheca quomodo differant?

IN materia pignorum hæc potissimum quaestio praecurari solet: Periculum pignoris amissi, utrum ad

creditorem, an verò ad debitorem spectare debeat? Et iure quidem Civili in hoc contractu dolum, & culpam latam & leuem, nõ autem leuissimam venire, per textum satis clarum in l. si cum venderet. 13. §. fin. in verb: Venit autem in hac actione & dolus & culpa, ut in cõmodato, venit & custodia; vis maior non venit. Et in l. sequenti. in verbis: Ea igitur qua diligens paterfamilias in suis rebus prestare solet, à creditore exiguntur. ff. de pignor. act. palam est. Quod t̄ autem leuissimam culpã, (de qua §. obs. dictum est) & casum fortuitum, creditor in pignore prestare non teneatur; expressè liquet ex textu l. que fortuitis. 6. in verbis: *Quæ fortuitis casibus accidunt, cum praevideri nõ potuerint* (in quibus etiam

aggressura latronum est) nullo bonae fidei iudicio praestantur: Et ideo creditor pignora, quae huiusmodi casu interierint, praestare non compellitur, nec à petitione debiti submoventur, nisi inter contrahentes placuerit, ut amissio pignorum liberet debitorem. Cod. de pignor. act.

3. Unde et haud obscurè patet, quod eo casu creditor non solum pignus amissum solvere non teneatur; sed etiam creditum suum à debitore petere non prohibeatur, per expressum text. in §. fin. Instit. quib. mod. re contra oblig.

4. Et citratio: Pignus et etenim manet in bonis debitoris, ideoque ipsi perit, per expressum textum in l. pignus. 9. Cod. de pignor. act.

5. Haec etiam ratio ita intelligi debent, nisi fortè creditor pignus propria auctoritate, sine licentia debitoris occu-

pauerit: nam tunc creditori etiam casus fortuitus imputari solet, per textum in l. qui ratiario. 30. in verbis: Qui ratiario crediderit, cum ad diem pecunia non solvatur, ratem in flumine sua auctoritate detinuit. postea flumen crevit, et ratem abstulit, si invito ratiario, retinisset: eius periculo ratem fuisse respondit. Sed si debitor sua voluntate concessisset, ut retineret: culpam duntaxat ei praestandam, non vim maiorem. ff. de pignor. act.

Item et si pignus furto vel incendio amissum sit; quia haec duo, plerumque praesumuntur nostra culpa fieri. argumen. text. in l. 3. §. 1. ff. de off. praefect. vigilum; et in l. cum duobus, 52. §. damna 3. in verbis: quod si à fariibus subreptum sit, proprium eius detrimentum est. ff. pro socio. consequens est, quod creditor in

pa-

his

his casibus amissum pignus
7 praestare teneatur, nisi probet manifestis probationibus, hocce casus fortuito accidisse, per expressum text. in l. si creditor §. in verbis: Si creditor sine vitio suo argentum pignori datum perdidit, restituere id non cogitur; sed si culpa eius deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus se perdidisse, quanti debitoris interest, condemnari debet. de pignor. act.

§ Verum ¶ jus Sax: (quod praxis sequi solet) non solum in eo discrepat à iure Civili, quod licet creditor de pignore absque sua culpa amisso non teneatur, quoad solutionem eiusdem, creditum tamen suum amittat; sed etiam quod creditori probatio incumbat, pignus sine dolo & culpa sua perisse, per express. text. lib. 3. artic. 5. in verbis. *Quicquid autem*
ho-

homini conceditur aut pignoretur, ipse illud teneatur reddere non peioratum, aut in eius estimatione condemnatur. Moriatur equus aut animal obligatum sine creditoris culpa, hoc ipse solvere non tenetur. si se, ut iuris est, à dolo excusabit. Summam autem debitam per hoc creditor amittet, nisi aliter in contractu fuerat stipulatum.

Id tamen glossa eiusdem 9 articuli in fine, cum iure Civili non incongrue conciliare conatur. Existimat enim hunc articulum de eo casu loqui, quando pignus tantum ipsum, nulla interveniente obligatione debitoris, creditori constituitur: textus vero iuris Civilis ita intelligi debent, si & debitoris obligatio interveniat, & pignus securitatis causa datum sit. Pignus ¶ etenim 10 plerumque maioris securita-

ris causa dari solet, vt scilicet creditor illud tandem habeat, quoad debitum sit exolutum, vt videre est *tit. ff. & Cod. de pignor. & hypotec.* Quamuis *f* verò in legibus passim hæc duo pignus & hypotheca confundantur, & (vt *IC. Martianus in l. res hypothecæ. §. §. 1. ff. de pignor. & hypotec. ait*) nomine tantum differant; attamen pignus pro re mobili, quæ manu traditur; per text. in *l. plebs. 238. §. pignus 2. ff. de verb. signific.* hypotheca verò pro immobili, quæ sine traditione nuda conuentione tenetur, propriè accipi debet, vt est textus in *§. item Seruiana. 7. vers. nam pignoris, Instit. de actionibus.*

OBSERVATIO

XL.

An posterior creditor hypothecam priorem habens

bens, creditori priori hypothecam non habenti præferri debeat?

SUMMARIÆ

Qui prior tempore, potior iure.

Pignus habens præfertur alijs personales actiones habentibus.

Quod an etiam in pignore iudiciali procedat? dubium est.

Duo vincula fortius ligant, quam unum.

Occupantis quando melior sit conditio?

Pignus pratorium facit, vt omnes creditores exaquentur.

Missus in possessionem, omnibus creditoribus prodest.

Explicatio l. si iure. 10. ff. qui pot. in pign. hab.

Accursij sententia, quod creditores eo casu communicare debeant.

Praxis Curie eandem sequitur sententiam. Cre-

- 11 Creditores quomodo communicare debeant?
- 12 Creditor intra certū tempus denunciare debet debitum suum, creditori in possessionem missio.
- 13 Cōtrahens scienter cum debitore post susceptum fraudationis consilium, excluditur e numero creditorum.
- 14 Creditorum ordo in repetendis creditis à debitore.



In Iudicio DD.

Assessorum Curiae Regalis in causa cuiusdam Pomorski, cum Kalowski, quæsitum fuit, quid iuris sit; Si creditor posterior, autoritate Iudicis in possessionem bonorum debitoris missus à priore creditore in bonis ipsdem conueniatur? Vtrum videlicet posteriori creditori præferri, an cum illo cōcurrere debeat? Qua

in

in re, quamuis vulgata illa Regula: Qui t̄ prior tempore, potior est jure, perpetuò seruanda esse videatur, tot. tit. ff. & Cod. qui pot. in pign. habeat. interdum tamen euenit, ut qui posterior est, possit esse potior priore, quemadmodum in l. interdum 5. ff. qui pot. in pign. hab. refertur; & casus, quibus id fiat, in ll. seqq. eiusdem tituli enumerantur:

Inter quos etiam ad præsentem quæstionem perti-
nens, in l. eos qui. 9. Cod. eodem, reperitur; quod t̄ videlicet 2
is, qui accepit pignora, cum in rem actionem habeat, creditoribus omnibus, personales actiones habentibus, præferatur. Cui ad stipulatur etiam textus in l. diuersis. 8. Cod. eodem. his verbis: *Diuersis temporibus eadem re duobus jure pignoris obligatâ, eum, qui prior datâ muniâ pecuniâ pignus accepit, po-*
tio-

tiorem haberi, certi ac manifesti juris est: nec aliàs secundū creditorem distrahendi potestatem huius pignoris consequi, nisi priorē creditori debita fuerit soluta quantitas. Sed hoc de conventionali pignore, quod ex conventionē & pactis hominum nascitur, ut in l. 2. Cod. de pretorio pignor. non autē in iudiciali intelligendum est. Quāvis tenim in iudiciali idē dicendum esse videatur, per text. in l. si ex iure 10. in verbis: Si ex iure iudicatum, & pignus in causa iudicati, ex auctoritate eius qui iurare potuit, captum est; privilegij temporis fore potiorē heredem eius in cuius persona pignus constitutum est. ff. qui pot. in pign. hab. Nam cum de pignore utraq; pars contendit, praevalet iure, qui praevenit, (scilicet capere pignus) tempore,

per text. in l. Si decreto 2. Cod. eodem. pro quo etiā facit vulgata illa Regula: quod vigilantibus ius Civile scriptum sit, l. pupillus 24. ff. que in fraud. creditor. &c. Pigris enim & negligentibus iura non subveniunt per text. in l. non enim negligentib. ff. ex quib. caus. maior. &c.

Ac proinde iure quoq; Saxonum iuxta Constitutionem Ottonis Imperatoris, is qui possessionem rei habet, jus potius habere videtur, per text. sp. Sax. lib. 3. artic. 83. & ibidem glossa. Verumtamen D D RUM: juris diuersae sunt hac in re opiniones. Quidā enim omninō existimant, creditorem posteriorē, cui prius pignus adiudicatum est, creditore priorē obligationem personalem, non autē realem habere, potiorē esse, per suprā allegatos tex. d. l. si ex iure iudicatum; & l. si Decreto, idq; propterea, quod fortis

4 f (vt loquuntur) duo vincu-
la ligant, quā vnum. per text.
in auth. itaq; Cod. Com. de successiomb;,
5 ¶ *quod inter eos, quibus
ex eadem causa debetur,
occupantis melior sit condi-
tio*, per text. in l. inter 19. in pr. ff. de
re iudicata. quæ sententia est
Iacobi Cuiatij acutissimi le-
gum interpretis lib. obs. 9. Cap.
37. num. 35. Qui etiam refutat
illorum opinionem, qui
putant huic sententiæ retra-
gari text. in l. in iudicati. si. ff. de re
iudicat. vbi dicitur: *Quod in
iudicati actione non prius
ratio haberi debeat eius, cui
prior res condemnatus fuerit.*
Nam quod hic de actione
iudicati, idem in illa lege de
iudiciali pignore constitui-
tur, vt non qui prior sen-
tentiam consequutus est, sed
qui occupauit agere iudica-
ti, pignus uè capere in cau-
sa non iudicati, potior sit.

Quidam uerò putant, in
pig-

pignore iudiciali æquam
esse omnium creditorum
conditionē; cum enim pig-
nus prætorium etiam iudi-
ciale comprehendat, vt vi-
dere est in l. 2. Cod. de prætor. pign.
cōsequens est, vt iisdem præ-
ceptis determinetur. Atqui
f in prætorio pignore, qui
prior mittitur in possessio-
nem bonorū debitoris, non
præfertur ei, qui postea
missus est, sed omniū causa
exequatur, per singularem ad-
modum text. in l. fin. Cod. de
bonis auth. iudic. possiden. in verb:

*Huiusmodi dubitationem
amputātes, censem; per præ-
sentem diuinam generalem
cōstitutionem, vt si non om-
nes huiusmodi debita præten-
dentes, sed ex his certi ab iu-
diciali sententia in possessio-
nem rerum mittantur; non
solum hi, sed etiā alij omnes
talita debita prætendentes,
eadem commoditate potian-*

tur, ut possint cum prioribus
 rerum detentatoribus com-
 munionem habere in rebus,
 de quibus (sicut superius de-
 claratur) prolata fuerit sen-
 tentia. Quid enim iustig
 est, quam omnes, qui ad res
 debitoris mitti debent, esse
 participes huiusmodi com-
 7 moditatis? Primo + namq;
 tempore missio in possessio-
 nem, non solum sibi, sed
 omnibus prodest credito-
 ribus, ut in l. cum vnus. 12. in pr. ff.
 de rebus auth. iudic. possiden. dicitur.
 his verbis: *Cum vnus ex*
creditoribus postulat in bo-
na debitoris se mitti: quari-
tur, vtrum solum is, qui pe-
tit, possidere potest; an cum
vnus petit, & praetor permi-
sit, omnibus creditoribus a-
ditus sit, & commodius di-
ctur, cum praetor permisc-
rit, non tam personae solius
petentis, quam creditoribus,
& in rem permissum vide-

ri, quod & Labeo putat: nec
 videbitur persona libera ad-
 quirere alij: quia nec sibi
 quidquam acquirit, cui praetor
 permittit, sed aliquid ex
 ordine facit, & ideo ceteris
 quoq; prodest. Neq; + ad 8
 uerfatur huic sententiae lex
 illa, si & iure: cuius is est sen-
 sus, ut is cui pignus consti-
 tutum est, (scilicet ex pacto
 & conuentione) vel haeres
 eius, praefatur ei, qui postea
 auctoritate Magistratq; in-
 possessionem missio est, idq;
 propter priuilegium tem-
 poris, ut ibidem habetur in
 secundo membro istius le-
 gis, quod de conuentionali
 pignore, prius verò mem-
 brum de iudiciali accipien-
 dum est. Nec Accursio di-
 splicere id videtur, ut in d. l. si
 & iure, in verbo. priuilegijs. uidere
 est. Vbi sic dicit, si eiusdem
 sunt tituli, ut puta ex lega-
 to, vel ex contractu credito-

res, quod prior cum posteriore communicare debeat, per l. is cui. 5. §. qui prior. 3. ff. vt in poss. legat. nec prodest venire ex tempore, vt tradit

Decius in reg. qui prior. de reg.

10 iur. Canon. num. 18. Et fita DD:

Assessores inter perdictas personas, feria sexta post festum Ascensionis Domini pronunciarunt, quod videlicet creditores suprarecensiti, ius æquale ad bona debitoris habere debeant. Verū

11 ¶ id non de æqualibus portionibus, sed pro rata debiti quantitate iuxta proportionem Geometricam intelligendum est, per expres. text.

in l. pro debito 6. ibi: *æquale portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.* Cod. de bonis auth.

12 iud. possiden. ¶ Hæc autem omnia eatenus vera sunt, quatenus congruo tempore, puta inter præsentis intra duos

duorum annorum spatium, inter absentes autem intra quadriennium, creditoribus possessionem antelato modo detinentibus, suum debitum certum faciant, & expensas secundum quantitatem debitorū persoluant eis, qui sententias consecuti sunt, per sacramentū eorum manifestandas vt in d. l. fin. Cod. de bonis authori. iudic. possiden. habetur. Ac præterea ¶ ni- 13 si scienter quis contrahat cum debitore, post susceptum fraudatiōis consilium,

nam eo casu, non solum amittit hoc beneficium, sed etiam excluditur e numero creditorum. per text. in l. ait prætor. (quæ in editione Pandect. Florent. est num. 25. sub tit. de priuilegijs creditorum) cuius hæc sunt verba. *Ait Prætor: Quod postea contractum erit, quam is cuius bona venerint, con-*

Y

sils-

filium receperit fraudare, sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.

Quoniam verò hæc questio pro toto mifeos, frequentissimè in judicijs agitari solet, quis sit ordo creditorũ, obiter notandũ est. Quod
 14 f primo loco atq; ordine ponantur hypothecarij, altero personales, hoc est, privilegiũ personale habentes; tertio arrestantes, nondum tamen in possessionem bonorũ missi, postremo chirographarij, prout ex legibus passim colligi potest, & quotidie ferè in praxi fieri videmus.

**OBSERVATIO
 XLI.**

De hypotheca vxoris in bonis mariti, utrum videlicet creditorum anteriori hypothecæ præferatur?

SVM.

SVMARIA.

Vxor tacitam hypothecam 1 in bonis mariti habet.

Vxor tacitam hypothecam 2 habens præfertur creditoribus anteriorem hypothecam habentibus.

Dotes mulieribus conferuari publicè interest. 3

DDm: diversa sententia de eo, an etiam expressa anteriori hypothecæ creditorum, posterior tacita vxoris præferatur? 4

Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. 5

Ius ad ea adaptari debet, quæ frequenter, non quæ raro eueniunt. 6

Prouisio hominis tollit prouisionem legis. 7

Fiscus & mulier pari passu 8 ambulant.

Creditor expressam hypothecam anteriorem habens, fisco tacitam anteriorem habenti præfertur. 9

Com.

10 *Communis sententia, quod uxor tacitam hypothecam priorem habens, creditori itidem anteriorem expressam habenti non praefertur.*

11 *Mulier tacitam hypothecam priorem habens praefertur creditoribus expressam posteriorem habentibus.*

12 *Pupillus in bonis tutoris praefertur fisco.*

13 *Mulier expressam hypothecam habens posteriorem non praefertur creditori expressam itidem anteriorem habenti.*

14 *Privilegium praelationis ad dote tantummodo, non autem donationes propter nuptias referrri debet.*

Non incongruē hic de hypotheca uxoris in bonis mariti, an creditorū anteriori praeferrri debeat, quaeri potest? Et ꝑ quod omnia bona mariti tacite sint hypothe-

thecata uxori, patet ex textu l. vnica. §. i. in verbis: *Et ut plenius dotibus subueniatur, quemadmodum in administratione pupillarum rerū, Et in alijs multis juris articulis, tacitas hypothecas inesse accepimus; ita Et in huiusmodi actione, damus ex utroq; latere hypothecā, siue ex parte mariti, pro restitutione dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote praestanda, vel rebus dotalibus enictis, siue ipsae principales persona dotes dederint, vel promiserint, vel susceperint, siue alia pro his persona; Et dos siue aduentitia, siue profectitia sit, secundum veteris juris nominationem Cod. de rei. vxor. actione. Quinimo quod magis est, licet regula juris dicet, eum qui prior est tempore, potiorē esse etiam iure, vt videre est, in l. diuersis 8. Cod. qui pot. in pig. hab.*

2— Attamen † præfertur creditorib9 etiam anteriorem hypothecam habentibus, ut est textus singularis in l. *afsiduis*. 12. in verbis: *Sancimus ex stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro dote instituenda dedimus, cuiq9 etiam tacitam donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati.* Cod. qui pot. in pign. hab. Et est ratio, fauor nimirum & cōmiseratio mulierum. *Quis enim (ut ait ibidem Imp. Iustinianus.) carum non misereatur, propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculū, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inuenta sunt privilegia &c.* Cod. qui pot. in pign. hab. Sed † *Publice*

3

inte.

interest, dotes mulierib9 cōseruari, cum dotatas esse feminas ad sobolem procreandam, replendamq9 liberis ciuitatem, maxime sit necessarium, ut in textu l. i. ff. solut. matrim. habetur. Hoc tamen de creditorib9 tacitam hypothecam priorem habentib9 intelligi debet. Sed † an etiam expressæ hypothecæ creditorum anteriori, mulieris tacita posterior præferatur, magna est Interpp juris hac de re concertatio. Quidam enim ut Mart Glosso. Cynus & Vitramontani omnes indistinctè tenent, mulierè præferri omnibus creditorib9, siue tacitam, siue expressam hypothecā anteriorem habentibus, idq9 per textum in d. l. *afsiduis*, qui indistinctè loquitur. Vbi † autem lex non distinguit, nec nos di-

4

5

stin.

stinguere debemus. argu.

l. de pretio §. ff. de pub. in rem actione.

Tunc etiam, quod vel in eo potissimum singularis fauor dotium appareat, si mulieres expressæ hypothecæ anteriori præferantur; alioquin si tantum tacitam anteriorem vincant, exiguo inde afficerentur beneficio, cum rarius contingat, illas cum talibus creditoribus concurrere. Ius tamen verò ad ea potius debet adaptari, quæ frequenter, non quæ raro eueniunt, ut inquit *text. in l. §. ff. de legibus*. Alij contrarium omnino statuunt, quod mulier quidem præferatur cæteris creditoribus, habentibus priorem tacitam hypothecam, non item expressam.

7 Nam tamen cum prouisio hominis, tollat prouisionem legis, per *text. in l. fin. Cod. de pactis conuent.* verisimile est a. l. *assiduis.* de tacita tantum hypo-

potheca loqui, quam quia lex induxit, lex etiam adimere potuit, nulla creditorum iniuria. Secus est in expressa, quæ non beneficio legis, sed facto & prouisione hominis est introducta. Quam sententiam fortissimè probat etiã tale argum. Quod tamen fiscus & mulier pari passu ambulent, & prouilegio tacitæ hypothecæ æquali gaudeant, ut patet *ex text. l. quamuis 2. Cod. de prouilegio fisci.* Sed tamen priuatus expressam hypothecam anteriorem habens, præfertur fisco habenti tacitam hypothecam anteriorem, per *express. text. in l. si pignus §. quæ sic habet:*

Si pignus specialiter Republica acceperit, dicendum est, præferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est: quia tamen privati præferuntur. ff. qui pot. in pign. hab.

Vnde consequens est, ve-

ram esse regulam, quã DD: in hoc casu allegant: Si vincam te, magis vincam te, id est; si priuatus expressam hypothecam priorem habens, vincit fiscum habentem tacitam anteriorem, cõsequens est, vt etiam mulierem eiusmodi priuilegio gaudentem vincat.

10 Et ꝑ hęc sententia magis est communis, quam etiam consuetudo tenet. Sed hoc procedit in hypotheca expressa anteriori, non autem in expressa posteriori. Nam

11 ꝑ mulier tacita hypotheca priori gaudens, præfertur creditoribus expressa poste-

12 riori munitis. Sicut ꝑ & pupillus præfertur fisco in bonis tutoris, teste Accursio in l. vnica. super verbis: sua causa. Cod. rem alien. geren. non interd. rerum suarum alienas. Mulier autem pupillis & omnibus alijs, hac in re anteponitur;

vt videre est ex textu d. l. assiduis: Sed ꝑ si mulier habens 13 pro dote expressam hypothecam posteriorem, concurrat cum creditore habente expressam anteriorem, tenenda est illa Regula: Prior tempore potior est iure. Cum Priuilegium hoc prælationis, tacitæ tantum modo hypothecæ competere, satis abunde suprã dictum sit. Postremò ꝑ notandum 14 est, hoc priuilegium ad dotes tantum, non autem donationes propter nuptias referri posse, per expressum textum d. l. assiduis. in verbis:

Hac autem tantum ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem. Non enim (inquit textus) pro lucro fouemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisq; rebus defraudentur, curamus. Et ideo etiam in donatione propter nuptias, quam

vt

quam maritus ob dotis lucrum vxori constituit, hoc priuilegium locum non habet, nisi in quantū se extendit quantitas dotis numeratæ, prout Neguzantius in suo tractatu de pignorib9 4 membr. 2. part. num. 65. tradit, & hanc materiam latissimè tractat, quem diligens lector consulere poterit.

OBSERVATIO XLII.

An mulier ad solutionem debitorum à marito contractorum teneatur?

SUMMARIA

- 1 Regulariter vxor pro marito non obligatur, nec e-contrà.
- 2 Vxor pro marito fideiubens non tenetur.
- 3 Scitum Velleianum qua in se contineat?
- 4 Fæminas naturalis pudor non

non omnibus perperam se manifestare concedit.

Iuris Saxonici diuersa ea 5 in re dispositio.

Vxor habens dotalicium 6 in bonis mariti, & non consentiens obligationi, nequaquam ad soluenda debita mariti cogi potest.

Mulier non habens do- 7 talicium, sed succedens in bonis mariti; tenetur ad soluendū res mariti unā cum heredibus.

Vxor pro marito & econ- 8 trā, obligatur, quando communem aliquam negotiationem exercent.

Maritus ad solutionem 9 debitorum vxoris non tenetur, quando vxor propria industria negotiationē aut propinationem aliquam exercet.

In debitis id attenditur, in 10 cuius utilitatem pecunia sit versa.

Mu.

11 *Mulieres testimonio an
convinci possint?*

1 **R**egulariter †
vxorem pro ma-
rito non teneri, si-
cut nec maritum pro vxore,
explorati juris est. tot. tit.
Cod. ne vxor pro mar. vel mar. pro vxo.
maximè verò legis primæ;
vbi Imperatores Diocletianus & Maximianus cuidam
mulieri rescribunt his ver-
bis: *Frustra disputas de cō-*
tractibus cum marito tuo
habitis, utrum ne jure stete-
rint, an minimè? cum tibi
sufficiat si proprio nomine
nullum contractum habuis-
sti, quo min⁹ pro marito tuo
conveniri possis. Equita-
ti etenim minimè consen-
taneum esset, alieno facto
alium prægruari, ut in l. si quis.
33. §. legis. Cod. de inoffic. testam.

2 *quinimo † etiamsi spontè*
vxor pro marito fideiubeat;
vel in eodem instrumento,

vna

vna cum marito sese obli-
get; nihilominus talis fide-
iussio & obligatio, quoad
vxorem, de jure subsistere
nō potest, nisi pecuniam in
rem vxoris versā esse, mani-
festè probatum fuerit, per ex-
press. text. in auth. Si qua mulier.
his verbis: *Si qua mulier*
credidit instrumento consensu
tat proprio viro, aut scriba-
bat, & propriam substan-
tiam, aut seipsam obligatane
faciat; iubemus hoc nulla-
tenus valere; siue semel, si-
ue multoties huiusmodi alio
quid pro eadem re fiat; siue
privatum, siue publicum sit
debitum! sed ita esse, ac si
neq; factum quicquam, neq;
scriptum esset, nisi manife-
stè probetur, quod pecunia
in propriam ipsius mulieris
utilitatem expensa sint.

Cod. ad sc̄tum Velleianum Et hæc
jure Ciuili vera sunt, ex di-
spositione SC̄ti. Velleiani

Hoc

- 3 Hoc ꝛ etenim SCto plenissimè comprobatum est, ne pro vlllo foeminae intercederent. Nam sicut Ciuilia officia foeminis ideò ad-
 4 empra esse videntur, quod ꝛ naturalis pudor eas nõ omnibus perperam lese manifestare concedat, vt in l. optima. Cod. de contrah. stipul. habetur; ita multò magis adimendum eis fuit id officium, in quo non sola opera, nudumq; ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris, teste ICto Paulo, in l. i. ff. ad sc. velleianum. Intercedere autem videtur vxor pro marito, si ob vtilitatem mariti cõsentiat in obligationem. per text. in d. auth. si qua mulier.
- 5 Verumtamen ꝛ ius Saxonum hac in re a iure Ciuili omninò discrepare videtur. Eo enim iure, si mulier habens dotalitiũ in bonis mariti consentiat in obligationem, vel fideiussioem à marito factam, nullo modo à solutione debiti liberari potest, teste glossa iuris Municip. artic. 22. Quod ita demum procedit, si mulier sponte non coacta obligationi huiusmodi consensum præbuisse confiteatur, & si bona alia mariti, ex quibus solatio fieri possit, non supersint, vt ibidem glossa notat. Et in Curia sæpius practicatum memini, prout etiã in causa Kędzion contra Zoiadroma, Anno 99. feria secunda intra octauas SSmi Corporis Christi DDni. Assessores pronuntiarunt. Alioquin ꝛ licet dotalitiũ habeat vxor in bonis mariti denominatum, neq; tamen consentiat in obligationem à marito factam, nequaquam ad solutionem debiti pro marito

to cogi potest, prout gloss. sp. Sax: Lib. 1. artic. 24. tangit, & est textus in iure Sax. Feudali Cap. 31.

Nec aliter in Curia practi-
cari solet, prout ex decisio-
nibus in causa Gregorij Li-
poroski Ciuis Osroiecimē-
lis, contra Annam Moxicz-
koroa Ciuem Illiutsiensem
Anno 91. Et in causa cu-
iusdam Theodori, contra
Theodora a Ciues Checi-
nen Año 96. Sabbato ante
festum S. Mariæ Magda-
lenæ factis, videre licet.

- 7 Secus est, quando mulier
non habens dotalitium de-
nominatum, sed tantum
bona proprio labore cum
marito acquisita, & in ijs
marito succedit; eo enim
casu ad solutionem debito-
rum vnà cum hæredibus
mariti in tantum, in quan-
tum se interesse ipsius extē-
dit, tenetur, per gloss. juris Municip.
& artic. 22. versicul. queritur si vir.

Æquum siquidem est, ve
is qui hereditatem accipit,
debita soluat, per text. Spec. Sax.
lib. 1. artic. 6. Verumtamen ¶ 8
præter hæc supra expressa,
vxorem pro marito, & ecō-
trà maritum vxore ad solu-
uenda debita etiam eo casu
teneri, quando cōmunem
negotiationem, vel caupo-
nariam exercent, consuetu-
do in plærisq; locis recepta,
& ratio ipsa indicat. Cum
enim inde vterq; lucrum &
augmentum rei familiaris
percipiat, ac propterea tan-
quã socij, & correi debendi
constituantur; æquum est,
vt etiam commune eorum
periculū sit, & ad soluenda
debita mutuò obligentur,
per text. in l. planè 24. ff. pro socio.

Quod ita intelligendam
est, si maritus pecuniam, vel
merces, non ad sua n. utili-
tatem tantum, sed pro cō-
muni vsu & negotiatione,

Æqu

co. a.

comparauit; alioquin nec iure societatis per socium aere alieno socij obligatur, nisi in communem arcam pecuniae versae sint, prout Ictus Papinianus, in l. iure Societatis. 32. ff. pro socio. tradit.

9 Solent tamen plerumq; vxores proprias negotiationes exercere, & liquores varij generis propinare sua induitria, absq; opera & consilio mariti; quo casu si vxor faciat aliqua nomina, dubium non est, maritum pro vxore ad solutionem eorum non teneri, argum.

d. l. 2. Cod. ne vxor pro marito. Hinc itaq; liquidò constat, quod siue vterq; simul maritus & vxor se se cõstituant debitores, siue maritus tantum, dummodò t pecunia in communem vtilitatem sit versa, nihilominus vxor ex tali obligatiõne teneatur, per iura supra allegata. Qua

in

in re nõ sufficit probare numeratione & confelsionem vxoris expressam in Chyrogapho, nisi clarè & manifestè ostendatur & probetur, eam pecuniam versam esse in vtilitatem vxoris, per express. text. in dict. auth. Si qua mulier. alioquin vxor iuxta suam negatiuam, propior est proprio se purgare iuramento, prout in Curia in causa Stamislai Krasniczki, cõtra Zurannam Kierzianowa Anno 91. pronunciatum fuit. Mulieres t enim 11 testimonio vinci non possunt, per express. text. Sp. Sax. lib. 1. artic. 46. in verbis: *Feminae & mulieres tutores habere debent in qualibet actione, ex eo quod iudiciaria potestas, in testimonio eas non poterit superare.* Quod ita demum verum est, si mulier in iudicio tutorem, seu potius curatorem ad litem

Z 2

non

non habeat. Et ideò semper iisdem tutor assignari solet, quo presente nullum est dubium, quod testimonio conuinci possit: quamuis enim in quibusdam casibus, vt potè in probando dotalitio, & alijs, mulieres ad probandum facilius admittantur: generaliter tamè id verum esse minimè potest. Testib9 siquidem mulier conuincitur, in causa homicidij, manualis facti, per express. text. juris Municip. artic. 22. & feud. Cap. 31. Deniq; in causis propter quas dorem perdit. teste gloss. Sp. Sax. lib. 1. artic. 21. & juris Municip. dicto art. 22.

Et textus suprà allegatus artic. 46. de iudicialibus tantummodo actib9 loquitur, in quibus mulier propter naturalem pudorem sine tutore comparere non potest, vt suprà dictum fuit.

OB-

OBSERVATIO XLIII.

De deposito, & quid depositarius pæstare teneatur?

SUMMARIÀ

Depositum est triplex, vt 1
potè sequestrarium, Iuris, & 2)
voluntarium. 3

In deposito, quod custodi- 4
enda rei causa fit, dolus tan-
tummodo præstari debet.

Ratio, cur in deposito do- 5
lus tantum præstetur?

Imp. Alexander non solum 6
dolum, sed etiam latam cul-
pam, in deposito præstari
statuit.

I C. Celsus etiam latiore 7
culpam in hanc actionem
venire existimat.

In Codice juris contraria 8
& pugnantia non inveni-
untur.

Culpa dupliciter conside- 9
ratur, in genere & in specie.

Cul-

- 10 *Culpa in specie tres gradus constituuntur.*
- 11 *Lata culpa quid sit? Et an*
- 12 *dolo equiparetur?*
- 13 *Latior culpa pro lata in l. quod Nerua, ponitur.*
- 14 *Lata culpa quomodo censetur dolus malus?*
- 15 *Leuis culpa definitio, Et*
- 16 *quod ei imperitia adnumeretur?*
- 17 *Depositarius non tenetur ex leui culpa.*
- 18 *Leuissima culpa qualis esse dicatur?*
- 19 *Depositarius quando in duplum obligetur?*
- 20 *In actione depositi, regulariter quid veniat?*
- 21 *Haeres depositarij in quantum obligetur?*
- 22 *Depositum non restituens infamis est.*
- 23 *Depositum sine dilationibus Et exceptionibus restitui debet.*
- 24 *Furti Et praedoni res deposita quando non restituatur?*

Depositum ex hereditate 25
ante omnia peti potest.

Heredes deponentis pro in- 26
teresse depositum petere possunt.

Depositarius re deposita 27
utens furtum committit.

Pecunia deposita utens te- 28
netur ad usuras.

Inter cōtractus, qui re celebrantur, cōnumeratur quarto loco Depositum; cū enim nemo possit rerum suarum semper, & ubiq; esse custos; optimi legislatores diligenter in eo humanis necessitatib9 prospexerunt, vt opera & officijs aliorum vti possimus.

Verum ne hominibus ex peruersa natura in rum in modum ingeniosis occasio detur fidem fallendi, summa aequitate ab iisdem praescriptum est, quid is, cui

ius

cuius fidei res commenda-
ta est, præstare teneatur?

Quam in re imprimis sciend-
um est, triplex esse deposti-

1 tum. Et primum quidem
sequestrarium, siue iudicia-
le, cum res aliqua, de qua lis
& controuersia est, à duobus
vel pluribus apud tertium
aliquem deponitur, donec
ex causa cognitione cõstet,
cui ex litigatoribus debeat-
ur, per expressum textum.

in l. sequester. 110. ff. de verb. signif. &
l. propriè. 6. ff. de positi.

2 ¶ Iuris, seu oblatio realis de-
biti, quæ fit consignatione
& depositione, vt debitor
per eam ab vluris & casibus
fortuitis liberetur, de qua
suprà obseruatione xxxiii.

3 dictum est. Tertium ¶ est
voluntarium, cum vnus vel
plures, rem aliquam non li-
tigiolam ex libera volun-
tate tantum custodiæ cau-
sa deponunt, ita, vt domi-

nium & possessio rei depo-
sitæ apud ipsum deponen-
tem maneat, de quo hæc
potissimum est questio.

In hoc itaq; deposito, e- 4
um, apud quem res custo-
diæ causæ deponitur, do-
lum tantummodo præsta-
re teneri, text. in l. contractus 22.
in verbis: *Contractus qui-
dam dolum malum duntaxat
recipiunt; quidam &
dolum & culpam, dolum
tantum depositum & preca-
rium, ff. de reg. iurii, testatur.*

Quod itidem tradit Ius
Saxonum, prout in textu,
lib. 3. artic. 5. ex his verbis: *Si
quis rem suam apud alium
deposuerit, & si ex furto is
eam amiserit, aut spolijs, in-
cendijsq; perdidit, vel si
animal mortuum fuerit,
nullam pro eo penam susti-
nebit, dummodo ille suo sa-
cramento hoc dolo suo non
accidisse delectet, videre li-
cet.*

5 cet. Cum enim † in deposito, nulla eius, apud quem res deponitur, utilitas vertitur, ideò etiam non præstatur ab eo nisi dolus, per textum in l. Si ut certo §. §. nunc videndum 2. ff. commodati. Verum † Imp: Alexander, non solùm dolum, sed etiam latam culpam in actione depositi venire statuit, ut ex textu l. 1. in verbis: *Si incurso latronum, vel alio fortuito casu, ornamenta deposita apud interfectum perierint: detrimentum ad heredem eius qui depositum accepit, qui dolum solum & culpam latam (si non aliud specialiter conuenit) prestare debuit, non pertinet.* Cod. depositi. satis liquidò patet. Qui-
 7 mud † quod magis est, l. C. Celsus in l. quod Nerua. ff. depositi etiam latiore culpam, dum videlicet talem diligentiam, qualem rebus lu-

suis adhibere solet, in deposito non adhibuit, eum præstare existimat. Vnde quamuis inter suprà allegatos textus, videatur esse quædam insignis antinomia; attamen quia Imp. Iustiniano. in l. 2. §. Contrarium 15. Cod. de veteri iur. teste.

Contrarium † in Codice 8 juris, nullū sibi debeat vendicare locum, nec inueniatur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat; sed sit aliquod nouū inuentum, vel occultè positū, quod dissonantia querelam dissoluat, & aliam naturam inducat discordia fines effugientem; idcirco eandem, hoc distinctionis fœdere, haud incommode diluui posse existimarem. Aut † 9 enim culpa est in genere, quæ includit delictum & omne factum illicitum, ut in l. si seruum 91. §. 1. in verbis:

Culo

Culpa in hunc modum dijudicatur. *De ff. de verb. oblig.*

Aut in specie, quæ non à dolosa peccandi voluntate, sed à stulta ignorantia, & imprudentia proficiscitur, & alioquin humanitus evitari potuisset, per expressum textum in l. Magna. 226. ff. de verb. signific. vbi dicitur: *quod magna negligentia, culpa sit; magna culpa dolus sit.* Humaniorius tres gradus D D juris cõmuniter statuunt, vt potelaram siue latiorẽ. leuem & leuissimã, quamuis Bart. & alij post eum, quinq; con tituant, latiorẽ, latissimam, latam, leuem, & leuissimam. Zasius verò duos tantum, latam, & leuem; atq; illam duplicem, versutix & ignauix; sed quia hæc omnia iuri Civili minime sunt consentanea, merito à quibusdam

Interpp: (præsertim verò à Corrasio Miscel. quest. lib. 4. Cap. 1.) refutantur. Inprimis verò *†* lata culpa dicitur, *11* desidia & negligentia, tam supina, quæ non possit excusari, vt si quis in faciendo aut prætermittendo nõ intelligat, quod omnes intelligunt, pro ut id in textu l. late 223. ff. de verb. signific. & l. nec supina 6. in fine. & l. plurimum. 3. in fine. & l. regula 9. § Sed facti. ff. de iur. & fact. ad nodum clarè disponitur. Et *†* idèò dolo *12* malo (qui nihil aliud est, nisi machinatio alterius decipiendi causa, dum aliud agitur, aliud simulatur, pro ut eum Seruius in l. 1. §. 2. ff. de dolo malo. definiuit) æquiparari solet vt in d. l. magna, supra allegata, & in d. l. quod Nerua 32. in his verbis: *Quod Nerua diceret latiorẽ culpam dolum esse, Procuro displicebat; mihi verissimum videtur. Nam etsi quis non ad*

In-

cum

*eum modum, quem hominū
natura desiderat, diligens
est; nisi tamen ad suum mo-
dum curam in deposito pra-
stat, fraude non caret. Nec
enim salua fide minorem ijs,
quam suis rebus, diligentiam
praestabit. ff. depositi. traditur.*

13 Nec obstat, quod hic la-
tioris culpæ fiat mentio, il-
lam nimirum dolo similem
esse, & in deposito venire.
Nam hic utitur compara-
tuo propositiuo, ut Accur-
sius ibidem notat: Neq; id
absurdum videri debet, cum
& grauiorem culpam pro-
lata, Modestinum dixisse,
textus. *l. homo liber. 54. §. 2. ff. de
acquir. rerū dom. probat.* Vnde
etiam consequens est, quod
in deposito non solum do-
lus, verum & lata culpa, (si
videlicet in rebus alienis nō
adhibet talem curam, qua-
lem suis praestare solet) à
depositario praestanda sit,

per textum in d. l. 1. Cod. depositi, &
d. l. quod Nerua ff. eodem. Quibus
manifestè repugnant text.
in d. l. contractus ff. de reg. iur. & in d. l.
si vt certo, §. nunc videndam ff. commo-
dati. & in l. eum qui 14. §. is autem 3.
ff. de furtis, vbi de dolo tantū-
modo agitur. Verum ¶ 14
hi textus ita accipiendi sunt,
vt dolus etiā latam culpam
comprehendat. Quamuis
enim illa reuera, & sua ef-
fectu non sit dolus; attamen
effectu, & iuris inter-
pretatione pro dolo habet-
tur, vt in l. si ex causa. 9. §. si mulier.
ff. de minoribus. quod nisi con-
stitutum esset, facile cuius
fraudem & malitiam suam,
praetextu ignoratiæ obten-
dendi & adumbrandi dare-
tur occasio. Porro ¶ leuis 15
culpa dicitur incuria &
negligentia nō tam crassa &
supina, sed cum quis nō ad
eum modum, quem homi-
num natura desiderat (id
est ad instar aliorū hominū)

diligens est, vt suprà ex
d. l. quod Nerua. dictum fuit.

16 Cui \dagger rectè adnumeratur
imperitia, vt in regula iuris

17 132. habetur. Et \dagger ideò
hæc culpa depositariũ non

obligat, vt suprà dictum est.

per text. in d. l. quod Nerua. Et in
 \S præterea 3. instit. quib. mod. re con-

tra. oblig. clarius id habetur,
in his verbis: *Sed is (scilicet*

depositarius) ex eo solo

tenetur, si quid dolo com-

miserit, culpa autem nomi-

ne, id est, desidia ac negli-

gentia, non tenetur. Itaq;

securus est, qui parum dili-

genter custoditam rem furto

amiserit. Et additur ibidem

ratio: quia qui negligenti a-

mico rem custodiendam tra-

dit, non ei, sed sua facilita-

18 *suma \dagger deniq;* culpa est, quã

non nisi sagacissimus & di-

ligentissimus quisquè præ-

cavere potest, per textum

in \S . item is. 2. vers. At is. in ver-

bis: *At is qui utendum ac-*

cepit, sanè quidem exactam

diligentiam custodienda rei

præstare iubetur; nec suffi-

cit ei tantam diligentia ad-

hibuisse, quantam suis rebus

adhibere solitus est, si modo

alius diligentior poterat e-

am rem custodire. Instit. quib.
mod. re contr. oblig. Verũ neq;

illud sicco (vt aiunt) pede

prætereundum esse censeo,

quod \dagger depositarius, apud 19

quem res incendij, naufra-

gij, tu multo, vel metus cau-

sa deposita est, si eandem

inficiatus fuerit, teneatur in

duplum eius rei, per expres-

sum text. in \S . in duplum 23. In-

stit. de actiõib9. & in l. 1. \S 1. ff. deposit.

Cuius rei ratio duplex red-

di potest. Prior, quoniam

alijs casibus spatium deli-

berandi datur, cui res co-

mittenda sit, in his verò, ca-

lamitas nullum ad delibe-

ran-

randum tempus permittit,
ut in d. l. 1. §. 1. ff. depositi. habetur.

Altera, quod talis perfidia
 singulari & maiore odio sit
 digna, ut potè, quæ loco
 misericordiæ crudelitatem
 adhibet, & calamitatem ca-
 20 lamitati adiicit. Extra hos
 autem casus tenetur in sim-
 plum, ut scilicet res deposti-
 tas restituat cum fructibus
 & omni causa, per expressũ
 textum *in l. 1. §. 1. & ideo & fructus.*
 24. ff. depositi. Aliquando per-
 uenitur etiam ad æstimati-
 onem, si videlicet res præ-
 stari ab eo, quo cum agitur,
 nequeat, ut *in l. si fideiussor. 30. ff.*
depositi, aut *in litem iuratur,*
 ut *in d. l. 1. §. in depositi. 26. ff. eodem.*
 habetur; quinimò in id
 quod interest agitur, si do-
 lus depositarij occasionem
 damno dedit, ut *in specie*
 §. *si quis tabulas. 33. l. 1. ff. depositi.*
 21 videre licet. Hæres t̄ autem
 depositarij non tenetur in

duplũ, nisi & ipse inficiatus
 fuerit, per text. *in §. non autem 1.*
in verbis: Aliquando ta-
men etiã ex contractu actio
contra heredem non compe-
tit, veluti cum testator do-
losè versatus sit, & ad here-
dem eiq̄ nihil ex eo dolo per-
uenit. *Instit. de perp. & temp. actio.*

Sed in simplum tenetur ex
 dolo defuncti, & hoc intra
 annum, per text. *in l. de eo 18 ff.*
depositi. Alioquin t̄ qui teme- 22
 rè & dolo malo non resti-
 tuit depositum, infamis est.
 per textum *in l. qui depositum. 10.*
 in verbis: *Qui depositum*
non restituit, suo nomine
conuenitur & condemnatus,
ad eius restitutionem cum
infamiae periculo urgetur.
 Cod. depositi. Neq̄; immeritò:
 Siquidè (teste Cicerone in
 Orat pro Sext. Roscio) in
 bonorum virorum nume-
 ro haberi non debet, qui fi-
 dem amico fefellit. Restituo

23 tio ꝛ autem depositi, sine
vlla dilatione fieri debet, ita
vt neq; compensatio, neq;
cuiusquam interdictio lo-
cum habeat, per textum in
l. si quis ii. in verbis: *Si quis
vel pecunias, vel res quas-
dam per depositionis acce-
perit titulum; eas volenti
ei, qui deposuit, reddere illi-
cò modis omnibus compella-
tur; nullamq; compensatio-
nem, vel deductionem, vel
doli exceptionem opponat* &c.
Et infrà; vt integra omni
legitima ratione seruata, de-
posita res vel pecunia prima
fronte restituatur. Cod. depositi.

24 Quod ꝛ tamen in fure &
prædone, qui rem furto vel
vi ablatam, apud aliquem
deposuit, minimè locum
habet: Nam hoc casu sum-
ma æquitatis ratio suadet,
vt res ablata, verò domino,
non furi & prædoni, restitua-
ntur, per text. in l. bona fides

31 ff. depositi. Ac præterea ꝛ 25
soluendo non existente de-
positario, primo loco peti
potest. per expressum text.
in l. si hominem 7. §. quoties 2. in
verbis: *Quoties cedunt fo-
ro nummulari, solet primo
loco ratio haberi deposita-
riorum, hoc est, eorum qui
depositas pecunias habue-
rint, non quas fanore apud
nummularios, vel cum num-
mularijs, vel per ipsos exer-
cebant.* ff. depositi. Quinimò
etiam ante priuilegia ad-
mittuntur, si bona deposti-
tiorum venierint, vt ibi-
dem habetur; quod tanè
l. si umbri 9. §. in bonis. ff. de priui-
legijs creditorum. manifestè re-
pognare videtur; vbi dici-
tur, post priuilegia eorum
potiorè causam haberi. Ve-
rum id de quibusdam tan-
tum priuilegijs, vt potè do-
tis funerariæ, eius qui in re-
fectionem rei credit, intel-

ligi debet, prout gloss. ibidem notat. Na n extra hos casus, etiam ante privilegia, deponentium causa potior est, per text. d. l. si hominem §. quoties. Vnde cōsequens est, quod etiam defuncto eodem, (exceptis itidem casibus suprà positis) ante omnia ex hæreditate percipi debeat, argumento. l. cum hæredias 9. Cod. depositi, prout etiã in Curia Regia inter Doctorem Petricium & Czarowam Ciues Leopolienses Anno 98. Sabbatho ante festum S Barnabę, decisum 26 fuisse memini. Sicut t̄ è cōtrà, si plures sint hæredes deponentis, quilibet illorū pro interesse suo potest petere portionem depositi, qua consequuta, si postea depositarius soluendo non sit, non datur recursus cæteris cohæredibus ad illum, qui

qui portionem suam consequutus est, per expressum textum in l. fin. Cod. depositi.

Non videtur enim (vt Imp: Iustin. ibidem ait) esse homo obnoxius, qui suã partem suscepit; ne industria pœnas desidia soluat: Si enim t̄ alio hæres tempora opportuna, quemadmodum cohæres eius, obseruasset, t̄ suum uterq̄, reciperet, t̄ sequentibus altercationibus minime locus relinqueretur. Deniq; t̄ & illud notandum est, 27 quod depositarius, re deposita utens, furti teneatur, per expressum text. in l. si depositi. 3. ibi: Siquidem qui rem depositã inuito domino sciens prudensq̄, in usus suos conuerterit, etiam furti delicto succedit. Cod. depositi. t̄ l. si sacculum. 29. ff. cod. Si tamen t̄ deposita pecunia, ex 28 permisso deponentis utatur,

tur, furtum quidem non committit, sed vsuras, vt in cæteris bonæ fidei contractibus, propter moram præstare cogitur, per textum in d. l. si sacculum, & in l. si depositi. 3. & l. si deposita 4. ff. depositi. Atq; hæc de deposito, quæ potissimum in Praxi occurrunt, & quæ etiam gloss. Iur. Sax. in d. artic. 5. lib. 3. tangit, dixisse sufficiat.

OBSERVATIO XLIIII.

Si res à viatore apud dominum diuersorij, custodiae causa relicta sit, quid is præstare teneatur?

SUMMARIÆ.

- 1 Edictum Pratoris, de nautis, cauponibus, & Stabularijs.
- 2 Ratio, cur nauta, caupones, & stabularij de recepto teneantur?
- 3 Res vectoris vel viatoris

re-

recipiens tenetur omni modo, excepto casu fortuito.

Furtum non computatur 4 inter casus fortuitos.

In recepto custodia præstari 5 debet.

Factum viatorum doming 6 diuersorij an præstare teneatur?

Ubi ratio legis locū non ha- 7 bet, eò lex perducenda nõ est.

Differentia tit. Nauta 8 caupones, stabularij, & à titulo furti aduersus naut. caup. stabul. &c.

Receptæ res dicuntur non 9 solum expressè custodiae assignatae, sed etiam illatae vel immissæ

Doming diuersorij prædi- 10 cens hospitibus vt res suas custodiant, non tenetur ad præstandum damnum.

SVperiori optime me cohæret, & viatoribus non inutilis est hæc questio, Quæ-

uis

uis enim iuxta dispositio-
 nē iuris, tā in Ciuilibus, quā
 Saxonici, is, cui res custo-
 diae causa tanquam amico
 commendatur, praeter dolum
 & latam culpam, nihil am-
 plius praestare debeat, vt su-
 pra obseruatione praecedenti
 dictum est, attamen in his,
 qui diuersoria exercent, &
 quaestum ac lucrum inde
 sentiunt, diuersum jus à le-
 gislatoribus statutum repe-
 ritur. Inprimis ꝑ verò E-
 dictum Praetoris in l. i. ff. naut.
 caup. stabul. vt recept. restit. extat,
 cuius haec sunt verba: *Ait*
Praetor, Nautae, caupones,
stabularij, quod cuiusq; sal-
uum fore receperint, nisi
restituent, in eos iudicium
dabo. Nec immerito. Ma-
xima ꝑ etenim (vt ibidem
 2 IC. Vlpian. ait.) *utilitas est*
huius edicti: quia necesse est
plerumq; eorum fidem sequi,
 Et res custodiae eorum com-
 mit-

mittere. Nec quisquam
 putet, grauiter hoc aduersus
 eos constitutum: nam est
 in ipsorum arbitrio, ne quē
 recipiant. Et nisi hoc esset
 statutum, materia daretur
 cum furibus aduersus eos
 quos recipiunt coeundi:
 cum nē nunc quidem ab-
 stineant huiusmodi fraudi-
 bus. Ex ꝑ hoc itaq; edicto 3
 manifestē liquet, quod nau-
 ta, caupo & stabularij, qui
 res vectoris vel viatoris re-
 cipit, omni modo teneatur,
 etiam si sine culpa eius res
 perijt, vel damnum datum
 est, nisi si quid damno fata-
 li contingit, per expressum
 text. in l. et ita, 3. §. 1. vers. at hoc
 Edicto. ff. naut. caup. stabul. et c.

Quod non de furto (cum
 ꝑ id non computari inter
 casus fortuitos Accursius in
 l. cum duobus. §. 2. §. 3. et in d. l. et ita.
 §. 1. in verbis: etiam si sine culpa.
 dicat) sed de naufragio, aut
 vi maiore intelligendū est,
 per

per eundem textum in l. et
ita, § 1. vers. Inde Labeo. Et
ita in Curia Regia inter
VVilczek & VVeolomska
Ciues Præmislien. Año 99.
mense Septembris decisum
fuisse memini. Nec mirū
id videri debet, cur hic ex-
actior quàm in deposito, cu-
stodia exigatur. Cū etenim
in deposito nulla eius apud
quem deponitur, versetur
utilitas: Et is qui negligenti
amico rem comendavit,
non ei, sed suæ facilitati im-
putare debeat, per textus in
obs: præcedenti allegatos.

- 5 In † recepto verò, etsi
nauta, caupo & stabularius
mercedem non pro custo-
dia recipiant; sed nauta vt
trajiciat vectores, caupo vt
viatores manere in caupo-
na patiat, stabularius, vt
permittat iumenta apud e-
um in stabulari; attamen quia
nec fullo aut sarcinator pro

custodia, sed pro arte mer-
cedem recipiunt, & custo-
diam nihilominus ex loca-
to tenentur; ita hos etiam
improbitalis reprimendæ
causa custodiæ nomine te-
neri, & † factum etiã viato- 6
rū præstare Prator voluit.
per text. in l. sicut et caupo. 2.
ff. naut. caupo. et stab. Cui etsi ex
diametro textus in l. licet 6. §.
in factum 3. ff. eodem. et in l. 1. §. 6.
in his verbis: *Caupo præstat
factum eorum, qui in ea cau-
pona ei caupona exercenda
causa ibi sunt, item qui ha-
bitandi causa ibi sunt. Via-
torum autem factum non
præstat. Et additur ibidem
ratio: Viatorem enim sibi
eligere caupo vel stabulari
non videtur, nec repellere
potest iter agentes: inhabi-
tatores verò perpetuos ipse
quodammodo elegit, qui nõ
reiecit, quorum factum o-
portet eum præstare.*

ff. furti aduersus naut. caup. stabula. repugnare videantur; attamen hæc ita non incommodè conciliari posse existimarem, vt scilicet exercitor factum hospitū & viatorum, quorum conditio probabiliter ipsi ignota est, vt qui hospitio repentino (prout text. in d.l. licet. §. in factū. tradit.) recipiuntur, neutiquam præstare teneatur. per d. l. i. §. 6. ff. furti aduers. naut. caupo. & abul. Secus verò dicendū est in his, qui sæpius diuertere solent, & quorum conditio ipsi exercitori cognita est.

7 Eo enim casu ratio illa, quod viatorem eligere non possit, cessat. Vbi tamen legis ratio locum non habet, eo lex etiam perducenda non est, l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pupill. substit. & l. in omni. 13. ff. de adopt. Quamuis non desint, qui & alias huius antinomix adferunt solutiões.

8 Accursius tamen etenim, quem sequitur etiam Bart. existimat, quod hic titulo: *Nautæ, Caupones, Stabularij, vt recepta restituant*, ab eo, qui postea ibidem in Pandectis sequitur: *Furti aduersus nautas, caupones, stabularios &c.* discrepet hac potissimum ratione, quod prior detur ex contractu, scilicet ex recepto, vel quasi maleficio; posterior verò ex delicto tantum. Et ideo ex hoc non teneatur caupo ob factum viatorū, quia maleficia debent tenere auctores suos, non alios, ex illo autem quasi ex maleficio obligatur. Scire enim debet qualem familiam, qualesuè hospites in domo sua habeat. d. l. licet. §. in factum. Obiter autem hic notandū est, quod tamen receptæ res esse videantur, etiam si expressè

custodie illorum non sint assignata, sed salte n illate vel imissæ. per express. text. in l. i. §. fin. ff. nau. caup. stabul.

Nam hoc ipso, is qui immittit vel infert res suas, videtur sequi fidem exercitoris, sicut ex aduerso is tacitè profitetur, nauim vel diuersorium suum idoneum esse, & res illatas saluas fore; alioquin si prædixerit, ut vnusquisquè hospitum res suas seruet, & illi consenserint, nõ tenetur ad præstandum damnum, si res perierint. per expressum textum in l. fin. §. item si prædixerit ff. nau. caup. stab.

OBSERVATIO XLV.

De mandato, & quid mandatarius præstare tenetur?

SUMMARIA.

1 In mandato dolus & culpa præstari debet.

Culpa leuissima in mandato utrum præstetur?

In iure gradus comparationis confunduntur.

Leuissima culpa opponitur exactissima diligentia.

Bona fides omnes gradus culpæ comprehendit.

Æquitatis ratio suadet, ut is qui recipit mandatum, teneatur de culpa leuissima.

Mandatarius fines mandati excedere non debet.

Mandatum iuxta præscriptum mandantis exequi debet, etiamsi mandatarius aliter rem gesturus utilius fore existimet.

Mandati fines non excedit, qui id facit, sine quo mandatum exequi non potest.

Mandatum excedens in emptione, id non repetit, quod ultra datum est.

Mandatarius expensas actione contraria petere, vel

- ex fructibus deducere potest.
- 12 Mandatarius an salari-
um à mandate petere possit?
 - 13 Mandatum debet esse gra-
tuitum.
 - 14 Advocati & procuratores
salaria petere possunt.
 - 15 Fullo & Sarcinator pro
mercede actionem praescriptis
verbis habent.
 - 16 Mandatum susceptum cō-
summari debet.
 - 17 An alium mandatarius
substituere possit.
 - 18 Mandato quando renū-
ciare liceat?
 - 19 Mandatum morte utri-
usq; tam mandantis, quam
mandatarij finitur.
 - 20 Mandatum quando re-
vocari possit?

N + mandato,
prout & in alijs
contractibus, qui
consensu fiunt, dolum &
culpam à mandatario præ-
sta-

stari, nullum est dubiū, per
textum in l. cōtractus. 23. in verbis:
dolum & culpam (scilicet
recipiunt) mandatum, com-
modatum, venditum, pig-
nori acceptum, locatū, ius
dotis datio, tutela, negotia
gesta. ff. de divers. reg. iur.

Quod non solum de lata,
sed etiam de levi culpa in-
telligendum esse DD juris
vnanimi consensu statuūt,
idq; per textum in l. à procura-
tore 13. Cod. mandati, cuius is est
tenor: A procuratore do-
lum & omnem culpam, non
etiā in prouisum casum præ-
standum esse, juris auctori-
tate manifestè declaratur.

Verum ꝑ de leuissima cul-
pa magna est inter eosdem
dissentio. Etenim Ioan-
nes Accursius, Bart. & Azo
dicunt etiam teneri de leuif-
sima, per suprā allegat. text.
in d. l. à procuratore. in verbis:
omnem culpam. Vnde con-

sequens est, quod nulla excipiatur, argumento text. in l. solcite 6. in verbis: *Omnium humana creatura, ext. de maior. et obedient.* Nam & secū dū præcepta Logica, quod prædicatur de genere, necesse est prædicari de specie.

Quam sententiam textus quoq; l. in re. 21. Cod. mandati, non parum confirmare videtur, his verbis: *Aliena verò negotia exacto officio geruntur; nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est.* Vbi exactum officium, pro exactissimo accipi debet, per textum in §. item is. 2. vers. at is. Instit. quib. mod.

3 re. contra. oblig. Sæpè t̄ enim hi gradus, (quos Grammatici comparationis vocant) in iure confunduntur, vnde evenit, vt positiuus pro superlatiuo & econtrà, vt in l. si merces. 25. §. qui columnam ff. locati.

item

item comparatiuus pro positiuuo accipiat. in l. quod Nerua. ff. depositi. Exactissimæ t̄ 4 verò diligentiae opponitur leuissima culpa, quam non nisi sagacissimus & diligentissimus quisq; præcauere potest, vt supra obser. proxima dictum fuit. Proinde non obstat huic sententiæ textus in l. idemq; 10. in pr. ff. mandati.

Vbi dicitur, eum qui mādātum suscepit, nihil amplius, quam bonā fidem, præstare debere. Ergo inferri posset, quod nō etiam culpam leuissimam. Nam t̄ 5 ibi bona fides omnes species culpæ comprehendit, etiam leuissimæ, vt et gloss. ibidem notat. Et exempla quæ in l. si procurator. 8. §. vlt. ff. eodem. ponuntur, ita bonā fidem accipiendā esse ostendunt.

Sic neq; illud in contrariū facit, quod vulgò ex d. l. con- tractus. 23. ff. de diuers. reg. iuris.

obi-

objici solet, in mandato videlicet dolum tantū & culpam præstari. Nam & ibi non excluditur leuissima culpa, quinimò expressè dicitur, in his præstari etiam diligentiam, scilicet exactissimam. vt in l. qui iniurie. 53. §. qui alienis. vers. eadem sunt. ff. de furtis, cui leuissima culpa opponitur, vt suprà dictum est.

Quod ad contractus ibidem recensitos omninò referri debet; Sed quia præter commodatum & mandatum, nullus horum contractuum videtur posse recipere leuissimam culpam, vt in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. traditur; idcirco de his tantum ibi I. C. Vlpian. loqui verisimile est. Verba enim secundum subiectam materiam accipienda sunt.

6 Summa t̄ deniq; æquitatis ratio suadet, vt is qui mandatum in se recipit, teneatur

tur

de omni culpa, etiam leuissima: Quia recipiendo officium, videtur se ostendere diligentem & idoneū, atq; ita propter solam industriam eligitur. argumento.

l. si quid venditor. 18. ff. de adilit. edicto

Et vt Cicero in Orat. pro Sexto Roscio præclare monet; mandati iudiciū, ideò non mino turpe esse, quàm furti. Quia (inquit) hæc culpa duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem.

Nam neq; mandat quisq; ferè, nisi amico; neq; credit, nisi ei, quem fidelem putat.

Perditissimi est ergo hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui laesus nō esset, nisi credidisset.

Hic consequens est, quod t̄ mandatarius mandati fines excedere non debeat, per expressum textum in

l. diligenter. 5. in verbis: Diligenter igitur fines mandati cu-

sto-

stodiendi sunt. Nam qui excessit, aliud quid facere videtur. Et si susceptum non impleverit, tenetur. ff. mandati, & §. is qui exequitur. Instit. eodem.

8 Sed *†* an in recepto mandato rectius sit, id omninò facere, quod mandatum est; an verò nonnunquã etiam contrà? si mandatarius existimet id ei, qui mandavit utilius fore, nimis perplexa est quæstio: Quam A. Gellius lib. 1 Noct. Attic. cap. 13. in utramq; partem admodum luculenter tractat, & adducto exemplo P. Crassi Mutiani, nequaquam contra mandatum faciendum esse exponit; quod idem Cicero Epist. fam. lib. 7.

9 Epist. 2. probat. Verum *†* enimverò nõ excedere eum fines mandati sciendum est, qui id facit, sine quo mandatum omnimodè curari non potuit, ut in procura-

toris

toribus ad iudicia fieri videamus, qui lapsius mandati fines egredi coguntur. Cum enim iudicium in inuitos reddatur, non valet mandantis cautio in ijs, quibus juris & iudicij necessitas disponit, cuius rei exempla passim in legibus, & potissimum in l. ad legatum. 62. ff. de procurat. & in l. Papinianus. 14. ff. de Public. in rem actione obuia sunt.

Et ideò *†* si in emptio-
ne mandati fines excedat,
non nisi ad pretium statu-
tum contra mandantem agit,
per text. in l. sed Proculus. 4. ff. mandati.
idq; contraria actioe man-
dati, qua *†* etiam impensas
in perficiendo mandato fa-
ctas reperere; vel quod magis
est, deducere ex fructibus
illius rei potest. per ex-
pressum textum in d. l. idemq;
10. §. idem Labeo. 9. in verbis:

Idem Labeo ait, & verum est, reputationes quoq; hoc iudicium admittere. Et si-

cui

cuti fructus cogitur restituere is qui procurat, ita sumptum quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet. Sed etsi vecturas suas, dum excurrit in pradia sumptum fecit, puto eum hos quoq; sumptus reputare oportere: nisi si salariarius fuit, hoc conuenit, ut sumptus de suo faceret ad hac itinera.

ff. mandati. Et ita in Curia inter Adamum Iaurbach Ciuis Vratislauien. mandatarium, & Ioannem VVolowicz Ciuem Leopoliem. Anno 91. de expensis in litem factis, decilum fuit.

Æquum enim est, ne damno afficiatur mandatarius, qui officium amico postulanti præstitit: per textum in l. si mandassem 15. ff. mandati.

12 Neq; ꝑ tamen de salario mandatarij idem omninò dicendū esse videtur. Nam

13 ꝑ cum mandatum sua natura

debeat esse gratuitum, alioquin mercede interueniente fiat locatio, ut in §. fin. Instit. de mandato, & l. 1. §. 4. ff. h. tit. idcirco meritò hæc actio denegatur. Quamvis si remunerandi gratia extra conuentiōem mandatario quid offeratur, honestè id ab eo accipitur, neq; impedit mandati actionem, per textum in l. si remunerandi. 6. in pr. ff. mandati. Sin autem conuentum promissumq; salarium sit, sine certa tamen mercede, super facto, quod locari non potest, nō actione mandati, sed aut ex stipulatu, si stipulatio interuenit, aut alia actione, puta præscriptis verbis, vel extra ordinem exigitur, per text. in l. salarium 7. ff. mandati & l. 1. Cod. eodem. Quod si in genere, & incerta pollicitatione de salario sit conuentum, vel omninò conuentū non sit, nul-

- nullo modo, id est, neq; extra ordinem rectè petitur, neq; iudicio mādati, vt salarium constituatur: prout in textu. *l. qui mutuum* 56. §. salarium 3. ff. mandati. dispōitur. Quod
- 14 † tamen in ijs, qui aliàs huiusmodi salaria accipere cōsueuerūt, vt in Aduocatis & Procuratoribus ad litem secus esse DD: juris existimant, vt egregiè notat Accursius in *d. l. salarium* 7. ff. mādati. & est textus in *l. i. §. in honorariis*. ff. de varijs et extra cognit.
- 15 Aut † si deniq; alicui mādata est res, quæ locari solet, veluti si fulloni vel sarcinatori vestimenta pollienda vel sarcienda tradatur, nulla conuentione de mercede facta, eo tamen animo, vt post impletum mandatum merces exoluatur, tunc nō mandati, sed præscriptis verbis actio datur. *Instit. de locat. in pr. et l. si ubi* 22. ff. de præscript. verb:

Il-

Illud † deniq; sciendum 16 est, quod sicut liberum est vnicuiq; mandatum non suscipere, ita susceptum cōsummari oportet, nisi renūciatum sit, per express. text. in *l. si mandauero*. 22. §. sicut autem 11. ff. mandati. *Voluntatis enim est suscipere mandatum, necessitatis autem consummare*, vt IC. Paulus in *l. in commodato* 17. §. sicut. 3. ff. commodati. ait. Proinde † nec substi-

17

tuere aut mandare alij potest, per textum in *l. si procuratorem* 8. §. si quis mandauerit ff. mādati. Quod non simpliciter, sed cum hac distinctionē intelligendū est: Aut enim procurator cōstitutus est ad iudicia, idq; in rem suam, & tūc valet substitutio, per textū. in *l. illam* 33. Cod. de donat. Sint autem simpliciter datus sit ab aliquo, non substituet, nisi lite contestata, per textum in *d. l. si procuratorem* 8. §. si quis mandauerit. 3. in verbis: *Quantum*

quam

quam enim vulgò dicatur: procuratorem ante litem cōtestatam facere procuratorem non posse, tamen mandati actio est. ff. mandati. Item l. quod quis. 8. & l. neq; ii. Cod. de procurator. prout etiam in Curia Regia in causa Gregorij Vising & Kxcki, Anno 96. feria sexta post festum S. Agnetis pronunciatū fuit.

Aut procurator datus est ad negotia, & rursus distinguendū est. Aut enim datus est generaliter ad omnia negotia, & habet potestatem substituendi, per textum in d. l. Si procuratorem. d. §. si quis.

Aut dat⁹ est specialiter, cum præscripta tamen forma contrahendi, ut in l. si ego 7. ff. quod vi aut clam &c. & posse eum mandare, textus in Cap. is cui. in pr. de off. legat. lib. 6. iudicio est. Alioquin si modus nō sit præscriptus, mandandi vel substituēdi potestatem

non

non habet, per textum in l. per. §. item adiciendū 3. ff. de diuers. & temp. præscript. Renunciari ⁊ 18 autem ita potest, ut integrū ius mandatori referuetur, vel per se, vel per alium eandem rem commodè explicandi. Sanè si valerudinis aduersæ, vel inimicitiarum capitalium, seu ob inanes rei actiones, seu ob aliam iustam causam excusatiōes alleget, audiendus est, per textum in d. l. si mandauero §. fin. & l. seq. ff. cod. Morte ⁊ itera 19 vniuerso; tam mandantis quā mandatarij cessat mandatum, sed si adhuc res integra sit; alioquin si in iudicio lis iam sit contestata, vel in negotio ceperit aliquid fieri, & sic ius non esset integra, transit etiam ad hæredes, per textum in l. mandatum. 15. Cod. mandati. & ibi gloss. Item in l. si quis 27. §. morte 3. ff. eodem

Et ⁊ idē nec reuocari po 20

Cc

test

testà mandante, in præiudiciu mandatarij, si videlicet res mandatas curare ceperit, per expressum text. in l. si mandassem 15. ff. mandati.

Ne damno afficiatur is qui suscepit mandatum, ut ibidem habetur. Sed si res adhuc integra esset, nullū est dubiu mandatum posse reuocari. per text. in l. si verò 82. § si mandauero 16. ff. eodem.

OBSERVATIO XLVI. 46

De Societate, & quid in hoc contractu præstari debeat?

SVMARIA.

- 1 Societas consensu contrahitur.
- 2 Bona fides dolum & culpam comprahendit.
- 3 In societate præstatur dolum & culpa lata & leuis, non leuissima.
4. Leuis culpa aliter in societate,

tate, aliter in deposito considerari debet.

In societate non præsumitur dolus.

Societas à communionem rerum differet.

Damna fatalia socius præstare non cogitur.

Furtum non censetur pro casu fortuito, & ideo in societate præstari debet.

Furtum à domestica persona commissum culpa nō adnumeratur.

Seruorum natura furtis obnoxia.

Socius rem communem dolo & furti & actione pro socio tenetur.

Actio actionem quando non perimat?

In societate si partes non fuerint expresse, æquales esse debent.

Societas quibus conditionibus coiri possit?

In

15 *In Societate alter pecunias, alter operas conferre potest; Et an eo casu lucrum tantū, an verò etiam sors communis esse debeat?*

16 *Societas an transeat ad heredes?*

17 *In Societate vectigalium heres defuncti cum superstite socio equaliter communicat.*

1 **S**t & hic contractus ex genere eorum, qui solo consensu perficiuntur, & in quibus alter alteri obligatur in id, quod alterū alteri ex bono & æquo præstare oportet, per textum *insti. de oblig. ex consensu*. Proinde etiam in hoc iudicium pro socio, venit bona fides, & quæ dolum & culpam comprehendit. *l. cum duobus 53. §. virum 2.* in verbis: *Socios inter se dolum & culpam præstare oportet,*

ff. pro

ff. pro socio. & in l. contractus. ff. de divers. reg. iur. Sed an de omni culpa id intelligendum sit, maior est dubitatio? Et 3 quod lata, imo & levis, non autem leuissima præstari debeat, satis liquidò constat, ex *l. Socius 72. ff. pro socio*, cuius hæc sunt verba: *Socius socii etiam culpa nomine tenetur, id est desidia atq; negligentia: Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est: sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualē suis rebus adhibere solet.* Et additur ratio, *Quia qui parum diligentem sibi socium acquirit, de se queri, sibiq; imputare debet.* Quod iisdem ferè verbis *insti. de societate. §. fin.* reperitur.

Quamvis enim dolum duntaxat & latam culpam, non etiam leuem præstare locum socio inferri possit, ex

C C 2

l. quod

l. quod Nerva. 32. ff. depositi, ubi dicitur, quod is, qui in rebus alienis non adhibet talem diligentiam, qualem adhibet suis, dolose agit, & latam culpam committat. Atqui socius communibus rebus eandem diligentiam debet, quam in proprijs, per supra allegata iura. Et per consequens, si eam non adhibet, dolose agit, & ideo de dolo tantum & lata culpa, non etiam de levi tenetur; attamen verius est etiam de hac teneri. Nam *¶ in d. l. quod Nerva.* 4
 agitur de deposito, in quo si depositarius rebus alienis minorem adhibet diligentiam, quam in suis rebus fraudem non caret; at in societate, si socius communibus rebus minorem adhibet diligentiam, dolo quidem & lata culpa caret, non etiam 5
 levi. Neque *¶* enim praesumatur dolose quis versari in re-

reb9 ad se pro parte pertinētib9, sed tanquam dominus res cōmunes administrare intelligitur, per expressum textum in *l. merito. 51. in verbis: Et sane plerumq; credendum est, eum qui partis dominus est, jure potius suo re uti, quam furti consilium inire.* ff. pro socio. Nec interest quod in *l. 2. Cod. quando & quib.* quarta pars deb. dicitur: *Naturale scilicet esse vitium negligi, quod cōmuniter possidetur, atq; se nihil habere, qui non totum habeat arbitretur, deniq; suam quoq; partem corrumpi patiatur, dum invidet aliena.* Nam *¶* hac 6
 de rerum cōmuniōe, quae iure quodam absq; consensu & conventionione partium contingit, non de societate, quae consensu contrahitur, accipi debent: Et ideo non est mirum quod ibi praesumatur negligentia, secus in

7 societate, quæ non ex ne-
 cessitate, sed ex mera volun-
 tate fieri solet. Porrò / dama-
 na, quæ imprudentibus ac-
 cidunt, hoc est damna fata-
 lia, vt sunt incendium, la-
 trôcinium, naufragium, &
 id genus alia, socij non co-
 gentur præstare; sed com-
 mune damnatum est, si nihil
 dolo aut culpa illorum fiat,
 per expressum textum in
 d. l. cum duobus §. damna. 3. Quod
 8 / de furto intelligi non de-
 bet: Nam si res communis
 apud socium furto subrepta
 sit, proprium eius est detri-
 mentum, vt textus ibidem
 9 tradit. Si / tamen à dome-
 stica persona furtum sit fa-
 ctum; nemo dixerit culpa
 domini furtum contigisse:
 qui à tali persona etiam di-
 ligentissimus quisq; , vix si-
 bi cauere potuisset. Nam
 vt Accursius in l. iulianus 13. §. 1.
 quâdo minoris ff. de act. empt. & vendit.

MOI

monet: Seruorum / naturã ¹⁰
 furtis esse obnoxiam, ita vt
 si nihil aliud saltem cinerem
 domino suo surripiant.

Quod non de honestis, sed
 vilibus tantum personis &
 mancipijs intelligi velim.

Fieri / autem potest, vt e- ¹¹
 tiam socius dolo malo rem
 communem cõtrectet, quo
 casu nõ solum actione pro
 socio (quæ itidem infamat
 vt ex textu §. ex quibusdam. Instit.
 de pœna temerè litigat. patet) sed
 etiam furti tenetur per ex-
 pressum textum in l. rei cõmunis
 45. ff. pro socio. Nec mirum vi-
 deri debet, quod actio a-
 ctionẽ non tollat. Id / enim ¹²
 generale est, vt rei prose-
 quutoria non tollatur per
 pœnalem, & econtrà argu-
 mento l. sed actiõne 50. ff. pro socio.
 nisi in casu l. 3. §. nouissimè ff.
 naut. caup. stab. &c. & nisi cum
 actor, qui duab9 illis actio-
 nibus velit consistere, esset
 sibi-

sibi contrarius, vt in l. 1. Cod de furtis. Sed perlequutoria per perlequutoriam tollitur, vt cōdictio furri, (quæ & ipsa rem persequitur) si pro fure. ff. de condict. furtiua. per actionē mandati, vel pro socio; per textum in l. sed si ex causa. 47. ff. 13 pro socio. Amplius in eadem materia notandū est, quod si in contractu societatis nō fuerint partes adiectæ, æquas eas esse oporteat, per expressum textum in l. si non fuerint 29. ff. eod. Nam sibi imputare debet, qui legem cōtractus non dixit apertius. l. veteribus. ff. de pactis, tūm quia iniquum esset, ex eadem societate, alium plus, alium minus consequi, vt textus in l. verum 53 § si cum tres 5. ff. eodem. habet. Quod nō de Arithmetica, sed Geometrica proportione, secundum vniuersiusq; operas atq; opes, quas in societatem con-

fert

fert, accipiendum esse, rectē quidam existimant, vt auctor est Portius in §. 1. Instit. de societate. Verumtamen † 14 si partes expressæ fuerint, hæc omninō seruari debent.

Nec enim vnquam dubiū fuit, quin valeat conuentio, vt ad vnum duæ partes lucri & damni pertineant, ad aliū tertia; Quinimō Seruius Sulpitio, (vt in textu Instit. de societate § 2. videre licet) etiam talem conuentiōem ratam habere existimauit:

Si Titius & Seius inter se pacti sunt, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia; ad Seium duæ partes damni, lucri tertia, & quod magis est, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur. Quia sepe (inquit) quorundam ita preciosa est opera in societate, vt eos iustum sit condicione meliore in societatem admit-

tē.

15 *ti.* Nam ꝛ & ita coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter nō conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit. *Plerumq; enim* (teste Vlpi. in d. l. si non fuerint 49. §. 1.) *tanta est industria socy, ut plus societate conferat, quā pecunia, id est si solus nauiget, si solus peregrinetur, pericula subeat solus.* Sed hæc ita accipienda sunt, ut is, qui pecuniam contulit, habeat saluam sortem in diuisione; lucrum verò ex ea proueniens communicetur, nisi illud expressè actum sit.

Quamuis Accursus in l. cod. pro socio, in dubio, pecuniam quoq; esse communicatam (nisi consuetudo loci contraria sit) existimet. Cui cōtradicit Iacobus de Are, & priorem sententiam defendit ex ea ratione, quod præitans operam haberet lu-

lucrum, & alius damnum, quæ societas Leonina appellatur, per textum in d. l. si non fuerint §. Aristo. 2. Vtrum ꝛ 16 autē societas ex pacto transeat ad hæredes, coronidis loco adijciendū esse existimaui. Quia in re quamuis non desunt, qui affirmatiuam defendant, ut potè Horom. in com. iur. ff. pro socio. & Thoming Decis 13. mihi tamē magis placet negatiua sententia, quam communiter DD. tenent, per expressos textus in l. adeo 59. in pr. in verbis: *Adeo morte socy soluitur societas, ut nec ab initio pacisci possimus, ut hæres etiam succedat societati: & l. nemo 35. ff. pro socio.* Cui rei hæc potissimum est ratio, quod huiusmodi pactū constringat quodam modo ultimā voluntatem, dum videlicet non eum quem quis velit, sed qui locio placet,

cet, hæredem instituere co-
geretur, prout in textu
d. l. cum duobus § 2. §. idem respondit 9.
disertis verbis exprimitur.

Actio tamen pro socio etiã
hæredi cõpetit, per text. in
l. verũ est 63 §. in hæred. 8 ff. pro socio.

Licet enim is locus non
sit, attamen emolumentum
successor est, ut ibidem ha-
17 betur. Quod & de loci-
erate vectigalium, & aliorũ
publicorum dicendum vi-
detur. Nam & hoc casu,
cũ sit communio necessa-
ria cum hærede defuncti;
consequens est, quod inter
superstitem socium, & hæ-
redem defuncti, quicquid
lucris vel damni contigerit
vivo socio, vel post mortẽ
eius, necessariõ commune
sit, per expressum textũ in
d. §. in hæredem. quod non tam
necessariõ fieri solet in so-
cietate voluntaria, in qua a-
lia lex (ut scilicet minor

damni, maior lucris pars, vel
econtrã, ad aliquem ex so-
cijs pertineat) dici potest,
per suprã allegata jura.

OBSERVATIO XLVII.

Periculum rei vendi-
tã, vtrum pertineat ad emp-
torem, an verõ ad ven-
ditorem?

SUMMARIA

Emptione perfecta res per-
tinet ad emptorem. 1

Leges contrariã, quod ven-
ditor teneatur ad restitutio-
nem precij post emptionem
perfectam re interemptã. 2

D. D. diversa sententia, de
eo, an etiam precium emp-
ti pereat? 3

Refutatur eorũ sententia,
qui existimãt precium emp-
torẽ amittere, re peremptã. 4

Explicatio l. pen. Cod. de
condit. causa dat. 5

dam-

12

- 6 *In contractibus innominatis penitentiae est locus.*
- 7 *Contractus innominati qui dicantur*
- 8 *Nemo cum alieno lucro locupletari debet.*
- 9 *Contractus nominati post perfectionem sunt necessarii, Et ideo penitentiae locus in ijs non datur.*
- 10 *Authoris sententia, quod emptioe plenè peracta, si res nondum tradita sit, casus fortuitus ad emptorem pertineat.*
- 11 *Emptor precium nondum datum solvere tenetur, re ante traditionem perempta.*
- 12 *In his quæ numero, pondere, & mensura constant, cuius sit periculum?*

Dictum est ob
 ser. 30. in genere
 de periculo rei de-
 bitæ, nunc in specie de peri-
 culo rei venditæ, vtrum ad

venditorem, an ad emptorem pertineat, non incongruè quæri potest? Quæ in re firma constituetur da est Regula. Quod ꝑ emptio-
 ne perfecta res pertineat ad emptorem, per expressos textus in l. id quod. 7 ibi. ad emptoris commodum incommodumq; pertinet. Et in l. necessario 3. ibi: Nam perfecta emptione periculum ad emptorem respiciet & toto ferè. tit. ff. de pericul. & commol. rei vendit. Quod iudem Iure Sax: (secundum quod quotidie practicatur) obtinet, vt videre est in gloss. juris municipal. artic. 140. vers. Queritur, equum si quis &c. vbi dicitur: Quod si reditor damnnum absq; sua culpa euenisse Sacramento probauerit, iure precium pro ea re ab emptore datū retineat. Verumtamen ꝑ nonnullas leges cō-

tur. Et primo quidem l. si fundus. 33. in pr. ff. locati. in verbis: *Si fundus venditus sit publicatus, etiamsi absit culpa vel mora venditoris, nihilominus eum teneri ex empto, ut precium restituat.* Ex quo intelligitur etiam post perfectam venditiōem periculum non respicere ad emptorem. Secundò l. vlt. ff. de condict. caus. dat. in verbis: *De di tibi pecuniā, ut mihi Stichū dares, (& postea) ideo si mortuus est Stichus, repetere possum; quod ideo tibi dedi, ut mihi Stichum dares, & rurſus, si tuus est Stichus, & pro euictione eius promittere non vis: non liberaberis, quominus à te pecuniam repetere possim.* Tertiò l. si solutus. 39. ff. de solutione. ubi dicitur, periculum emptoris esse non propter perfectam emptiōem, sed propter electionem depositarij.

Hunc

Hunc itaq; obicem Interpp: juris dissoluere cupientes in diuersas iverūt sententias. Quidā enim hanc Regulam ita accipiendam esse existimant, ut res pereat emptori, non pretium, id est, ne id quod interest supra rei precium consequatur à venditore; quod confirmatur per textus suprā allegatos, maximè verò d. l. vlt. ff. de condition. causa dat. quæ sententia est Cuiatij in tract. ad Africanum in d. l. si fundus 33. ff. locati. & l. que fundum. 50. ff. de iure dot. Quā & Curia Regalis. ex ea ratione, quod per vicinager venditō emptori sit ademptō, sequi maluit, in causa Czapski & Topiczewski, Año 96. feria tertia post festum Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. Aij verò, (quorum in numero est Corrasius lib. 2. miscell. quæst. cap. 9. simpliciter co-

clu-

cludunt, quòd non solum res, & id quod interest, sed etiam pretium emptori pereat, si id fiat sine culpa venditoris, sed casu fortuito, per textum in l. pen. Cod. de cond. ob caus. dat. cuius hæc sunt verba: *Pecuniam à te datã, si hæc causa, pro qua data est, nõ culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta; minime repeti posse, certum est.* Condictiõem verò ob causam datorum re non secuta, eo tantũ casu locum habere, quando culpa vel mora eius, qui dare debebat, præcessit, textus in l. dedi. 3. §. 4. ibi: *Sed si Stichus decesserit, an repeti, quod datum est possit? Proculus ait, si post id temporis decesserit, quo manumitti potuit, repetitiõnem esse. Si minus, cessare.* ff. de cond. caus. dat. satis manifestè declarat. Quod item ex textu l. naturalis. his ver-

bis:

Sed si Scyphostibi dedi, ut Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat culpam prestare debes. ff. de præscrip. verbis: haud obscurè probari potest.

Quibus ex diametro supra allegata l. ult. ff. de cõdict. caus. dat. repugnare videtur. Verum t̄nimuerò nimis dura quibusdam videtur hæc Corasij, & eius alleclarum sententia, siquidem in d. l. si fundus 33. ff. locati. expressè id cauetur, quod etiam si absit culpa vel morã venditoris, nihilominus ad precium restituendum teneatur. Nect̄ 5 obstare dicunt id, quod ex d. l. pen. Cod. de cond. ob caus. dat. infertur. Nam (vt Bartolus distinguit) si repeto pecuniã tanquam causa non secuta; nõ possum per d. l. pen. Sed si repeto, quasi me po nitear, possum reperere. d. l. ult. ff. de cõdict. caus. dat. Quia t̄ in con-

D d 2

tra-

tractibus innominatis pænitentiæ est locus. per express. text. in l. si pecuniâ. §. ibi:

Sed cum liceat pœnitere ei qui dedit, procul dubio repetetur id quod datum est: nisi fortè tua intersit, non accepisse te ob hanc causam pecuniam Et alibi in §. 1. eiusdem legis, ibi: *attamen actio propter pœnitentiã competit ei qui dedit.* ff. de condict. caus. dat. Neq; id caret ratiõe.

7 Cum t enim contractus innominati dicatur, qui non habent certum nomen contractus, & vna tantum ex parte obligationem producant, ut pote quando do tibi ut des, aut do ut facias; aut facio des; aut facio ut facias, quales in d. l. naturalis. §. in pr. ff. de prescript. verbis: habentur; consequens est, quod etsi is mihi obligatus est, qui rem meam habet, ego tamen illi nullo modo

sum

obstrictus. Vnde liquido constat, quod nulla ei fiat iniuria, si rem meam, quæ apud illum est, sine causa repetam; quum t non solum natura æquum sit, ne quis locupletetur cum aliena iactura, ut in l. jure naturæ 207. ff. de reg. iur. sed etiam iure Ciuili dolo facere videtur, qui ex aliena iactura lucrum capit, ut in l. si quis 17. §. fin ff. de instit. act. habetur.

Quod t certè longè aliter se habet in contractibus nominatis, qui vltro citroq; producant obligationem, ut supra, emptio, locatum, mandatum, &c. Nam dum hi principio quidem sint voluntarij, post perfectionem autem, licet re integra, necessarij efficiuntur, ut in l. in comodato. 17. §. 3. his verbis:

Voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis consummare. ff. comodati, expris-

primitur; necessario dicendum est, quod in illis, neq; poenitentiae locus sit, neq; actio ad resoluendum contractum detur, sed ut impleatur contractus. per l. in ciuile. 12. Cod. de rei vindic. Proinde Costalius & eius similes secundum hanc Bartoli distinctionem predictam antinomialam conciliare voluerunt, ut scilicet in contractibus innominatis, & alijs compositionibus seu transactionibus re perempta post contractum, antequam tamen implementum sit secutum, non liberetur debitor, idq; per saepe allegatum textum in l. ult. ff. de condict. caus. dat. Non item in contractibus nominatis, ubi periculum est eius cui debetur res. Porro t mihi accuratius ista omnia perpendenti dicendum videtur, quod si venditione plene & perfe-

cté

cté (re scilicet, consensu, & precio interueniente) perfecta, traditione tamen non subsequuta, res vendita casu fortuito sine culpa aut mora venditoris depereat, emptoris periculo id fiat, per satis clarum textum in §. cum autem. Instit. de empt. & vendit. in verbis: *Quum autem emptio & venditio contracta sit (quod effici diximus, simul atq; de precio conuenierit, cum sine scriptura res agitur) periculum rei vendita statim ad emptoré pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit.* Et quamuis non desint, qui in Institutionibus regulas tantum juris, quae sunt ex summo iure, & rudimenta tantum proponi dicant; in Digestis verò incrementa juris, & diligentius res exactas ad aequitatem; attamen nescio, an non idem etiam

in

in l. fin. Cod. de peric & comod. rei vend. exprimitur his verb: *Mortuus casus ancilla distracta, etiam ante traditionem sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet; Et hac non ex praterito vitio rebus humanis exempta, solutionem precij emptor non recte recusat.* Vnde et colligi potest, quod emptor non solum precium datum repetere non possit, sed etiam nondum datum venditori persolvere cogatur, nisi aliter conuenierit, per expressum textum in l. cum emptor. §. mortuo. 2. in verbis: *Mortuo autem homine, perinde habenda est venditio, ac si traditus fuisset, ut pote cum venditor liberetur, Et emptori homo pereat: Quare nisi iusta conuentio interuenierit, actiones ex empto Et vendito manebunt.* ff. de rescind. vendit.

Denique; et appendicis loco ¹² notandum est, quod in his, quae pondere, numero, & mensura constant, quia diuersimodè emptio & venditio dicitur perfecta, ideò etiam cuius sit in eo contractu, re perempta periculum variatur, ut in l. quod sepe 35. §. 5. ff. de contra. empt. videre licet.

OBSERVATIO XLVIII.

An si quis in venditione ultra dimidium iusti precij decipiatur, venditio rescindi possit?

SUMMARIA.

Contrahentibus inuicem se circumuenire licet. 1

An etiam iure diuino id permixsum sit? 2

Dolo interueniente contractus rescinduntur. 3

Venditio rescinditur, si venditor ultra dimidium

iusti precij deceptus sit.

5 *In quibus casibus id fallit?*

6 *Utrum etiam emptori hoc beneficium l. 2. Cod. de rescindend. vendit. competat?*

7 *Cuiusmodi negativam tuetur contra communem DD: opinionem.*

8 *In minore siue pluris emerit, siue minoris vendiderit, locum habet beneficium d. l. 2.*

9 *Idem in marito dotis nomine locum habet.*

10 *Comunis DD: sententia: quod etiam emptori beneficium l. 2. competat.*

11 *Beneficium huius l. 2. etiam in locatione & alijs contractibus obtinet.*

12 *In transactionibus an etiam hoc remedium detur?*

13 *In aestimatione iusti precij qua consideranda sunt?*

Hæc quæstio prima fronte non multum difficul-

tatis in se habere videtur, si quidem experientia teste, commerciorum usus in eo potissimum consistat, ut quod pluris sit, minoris ematur, quod minoris sit, pluris vendatur, quod absq; circūventione aliqua fieri nequit.

Et ideo Ulpianus in l. causæ. 16. §. idem Pomponius. 4. ff. de minoribus: Pomponij verba refert:

Quod in precio emptionis & venditionis naturaliter liceat contrahentibus se circumuenire. Idq; non solum in emptione & venditione, sed etiam in locatione & conductioe locum habere. Paulus in l. item. 22. §. fin. ff. locat. iisdem plane verbis confirmat. Nam & iure Canonico id non prohiberi, ex textu in Cap. 3. & pen. tit. de empt. & vendit. palam est, & gloss. atq; DD: ibidem testantur. Quod certe tam præcepto D: Apostoli Pauli ²

1. Ep ad Thesalon. cap 4
 ubi dicitur: *quod in nego-
 tio non liceat fratrem cir-
 cumuenire*; quàm etiam
 honestati repugnare vide-
 tur. Nam vt IC. Mode-
 sting in l. semper 197. ff. de reg. iuris:
 tradit: *Semper in conuenio-
 nib9 non solù quod liceat cõ-
 siderandum est, sed & quod
 honestũ su.* Quod & Accur-
 sius ibidem notat. Proindè
 suprâ recensita eateng idem
 sunt, quareng in precio rei
 alter alterum circumscribit,
 quod facilitati atq; neces-
 sitati commerciorum datum
 est, non autem si decepto
 3 ex dolo veniat; tunc enim
 de dolo actio est, & rescin-
 ditur contractus, vt potè si
 quis vitiosa rem sciens
 vendiderit, emptori om-
 nia detrimenta, quæ ex ea
 emptione traxit emptor,
 prestare tenetur, per expres-
 sũ text. in l. Iulianus 13. in pr. ff.

de act. empt. & vendit. Vel si quis 4
 in venditione tamen enormi-
 ter læsus sit, vt vix dimidiũ
 iusti precij ab emptore cõse-
 quatur; æquitas ipsa Impp.
 Dioclet. & Maximianum
 induxit, vt etiam hoc casu
 contractum venditionis re-
 scindi permetterent, proue
 id in l. rem maioris. 2. Cod. de rescind.
 vendit. his verbis exprimitur:

*Rem maioris precij si tu
 vel pater tuus minoris di-
 straxerit, humanum est, vt
 vel precium te restituente
 emptoribus fundum venun-
 datum recipias, auctoritate
 iudicis intercedente: Vel si
 emptor elegerit, quod deest
 iusto precio, recipias. Mi-
 nus autè precium esse vide-
 tur, si nec dimidia pars veri
 precij soluta sit.* Quod t̄ be 5
 neficium ei, qui sciens verũ
 valorem, minoris vendit,
 denegari DD: communi-
 ter statuũt. Donare siquidẽ

videtur, quod nullo jure cogente cōcreditur. per text. in l. donare. 32. ff. de reg. iur. Et volenti non fit iniuria. l. volent. ff. eod. Item si in instrumēto venditionis inserta reperitur ista clausula: *Et si quid pluris est, donavit.* Videtur enim huic beneficio renunciasse, vt notat Menoch. de arb. iudic. Cas. 144. Vtrum t̄ autem etiam emptori competat, dubitari possit. Quāuis enim communis DD: schola ob similitudinem rationis, (quæ argu. l. illud ff. ad l. Aquil. vbi eadem est, ibi etiā id ius statuendū esse vult.) hoc beneficium etiam ad emptorem producit, & generaliter constituat ei, qui ita deceptus est, vt ne dimidium quidem acceperit eius quod dedit, siue eius quod accipere debuit, subueniendū esse, vt notat Accursus in d. l. 2. Cod. de rescind. vendit. Cuius

tius

tius t̄ tamen Lib. obs. 16. Cap. 13. 7 & lib. 23. Cap. 32. contrarium statuit, & hanc sententiam oppugnat his potissimum rationibus: Prima, quod nō eadem omnino sit ratio emptoris & venditoris, cū emptor vltro ad emptiōem accedat, & interdum fraudandū, interdum affectiōis, venditor verò plerūq; necessitatis causa. Vnde consequens est, quod magis faueatur venditori, quā emptori. Secūda, quod de emptore circūscripto nihil in d. l. 2. nec alibi in iure (præterquam in specialibus quibusdam casibus, puta t̄ in minore cui subuenitur, siue minoris vendiderit, siue pluris, quam oportet, emerit, per textus in l. patri. 27. §. prædium ff. de minorib. & l. ii. Cod. de prædijs minor. Item t̄ in marito, cui etiam hoc beneficium, si quid dotis causa pluris

E c

eue-

euenit, datur, vt in textu.
 l. si circumscripta. 6. vers. Sin autem.
 Cod. solut. matr. videre licet.) ex
 pressu inueniatur. Ex qui-
 bus etiã colligi potest, quod
 si tale beneficium emptori
 compereret, non necesse fu-
 isset de his casibus speciali
 lege disponere. Veru enim-
 uerò cõmunis DD. opinio
 præualuit, & in praxi ubiq;
 ferè obseruatur. *Æquita-*
 10 *tis* ¶ enim ratio dicitur, vt
 quemadmodum ex parte
 venditoris, si rem valentem
 XXI. vendat tantum X. pro-
 pter presumptionem frau-
 dis rescinditur contractus;
 ita ex aduerso, ex parte em-
 ptoris, si rem valentem X.
 emat XXI. Nam & hoc ca-
 su dolus præsumitur, qui ab
 omni contractu bonæ fidei
 abesse debet, per expressum
 textum in l. ea verò 3 in fine ff. pro
 11 *scio.* Porro ¶ ex cõmuni
 eorundem DD. sententia bene-

beneficium hoc l. 2. C. de res
 scind. vend. etiam in contra-
 ctu locationis, & alijs con-
 tractibus bonæ fidei, imò
 & stricti iuris, locum habe-
 re sciendum est. Locatio e-
 nim & conductio proxima
 est emptioni & venditioni,
 iisdemq; regulis iuris con-
 sistit, per textum in l. locatio.
 in pr. & ibi cõmuniter DD.
 ff. locat. Quãuis quidam
 diuersum lentiant, ex ea pos-
 tissimum ratioe, quòd non
 eodem modo deceptio con-
 sideretur in locatione & cõ-
 ductione, quemadmodum
 considerari solet in emptio-
 ne & venditione, siquidem
 in hoc contractu deceptio
 solet fieri in re ipsa; in illo
 verò, non in re, sed in mer-
 cede. Fieri enim potest vt
 conductor, qui iacturã fecit
 pensionis vnus anni, pluris
 videlicet cõducendo quàm
 conduci oportuit, ex se-
 quens

quentium annorū utilitate à
pensionis gravitate subleue-
tur; & locator, qui minoris
locavit, quàm locari oportuit,
sequenti anno cariore locare,
ac in maiorem mercedem
12. percipere possit. Sed an etiã
transactio prætextu læsionis
rescindatur, valde contro-
versum est? Et quamvis
Bartolus, Accursius, & alij,
dispositionem d. l. 2. etiam
in transactione obtinere af-
firment; gloss. in l. Lucius. §. fin.
ff. ad Trebell. actam negatiua
verior videtur sententia,
quam etiam tenet Baldus,
& Iason, qui in utrâq. par-
tem hanc quæstionem pulch-
rè disputat. Quibus ad sti-
pulationem etiam textus in
l. Lucius. 78. §. fin. vbi dicitur.
quod etiam in quadruplū
læsus nō restituatur aduer-
sus transactionem. Et in
l. otiosas. 3. in verbis: *Tran-*
sactionibus scilicet & secun-
dis

dis confessionibus sue insi-
nuata sunt, sine non, etiam
in hoc casu (dum videlicet
propter dolum & machina-
tionem plus delicto petitum
est) obtinentibus firmitatem.

Cod. de plus petit. Neq; id ca-
ret ratione. Transactiones
etenim, sicut & res iudicatae,
comparatae sunt ad finien-
das lites, quarum nullus es-
set finis si à transactionibus
bona fide interpositis, dis-
cedere liceret, vt in textu.

L. Fratres. 10. Cod. de transact.
habetur. Et ideo neq; re-
scripto Principis, per text.
l. causas. neq; prætextu in-
strumentorum nouiter re-
pertorum rescindi debent,
per textum in l. sub prætextu. d.
tit. Cod. de transact. Obiter ¶ au-

13
tem pro conclusione istius
quæstionis notandum est,
quod in assinatione iusti
pretij, primum inspicienda
sit communis hereditas

opinio. *Precia enim rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur.* L. *precia ff. ad l. Falci.* Deinde consuetudo loci, & qualitas temporis, in quo contrahitur, consideranda est, per eundem text. in d. l. *precia.* in verbis: *Nonnullam tamen precio varietatem loca, temporaq; adferunt.* Nec enim tantidem *Rome* & in *Hispania* oleū estimabitur, nec continuis sterilitatibus tantidē, quanti secundis fructibus, dum hic quoq; non ex momentis temporum, nec ex ea, quæ raro accidat, caritate *precia* constituentur.

OBSERVATIO XLIX.

De iure retracto, & an in Regno locum habeat?

SUMMARIA.

*Ius retractus ex lege Mo-
saica desumptum.* 1

*Aequitatis ratio in iure
retractus consideratur.* 2

*Iure Codicis Ius vetus de
jure retracto abrogatum est.* 3

*Ius retractus intra annum
& diem secundum Canones
prosequi licet.* 4 9

*Uxori in bonis mariti com-
petit Ius retractus.* 5

*Actio Iuris retractus est in
rem scripta, & possessorem
persequitur.* 6

*Retrahens, pretium inte-
grum offerre debet.* 7

*Imò & sumptus, ac expen-
sas reddere tenetur.* 8

*Prescriptio Iuris retractus,
currit à tempore rei tradi-
tionis.*

*Retrahens, iuramentum
prestare tenetur, quod bonæ
fide in usum suum hoc bene-
ficio utatur.* 10

Ius

Ius

Vs retractus, non tantum in Regno, sed & vbiq; locorum vsitatum esse non est dubium. Cui consuetudini an etiam Ius aliud quod suffragetur, quæri non incongruè possit? Et certe ius hoc Protomisæos seu retractus antiquissimū esse, & ex lege Mosaica desumptum, testatur Sacra scriptura, Leuitici, cap. 25. vers.

Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere, quod ille vendiderat. Item Hierem. Cap. 32. versic. Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate, ut emas. Qui textus sacrae scripturae, quamuis expressè de iure retractus loquantur: non desunt tamen qui ex lege Mosaica id desumptū esse

esse omninò negent. Verū & ut ut sit, hoc ius (quod nimirum familias, & antiquas prosapias retinet, nec eas ob alienatiōes in externas manus factas labefactari, aut penitus interire permittit) summa æquitatis ratione fulciri, plusquàm manifestum est. *Cum satis lugubre & detestabile sit maiorū imagines, aut nō videre fixas, aut reuulsas videre, ut habetur. in L. lex qua. 22. c. de administrat. tutor. Et laribus sepulchrisq; auitis carere, ut in l. in fundo. ff. de rei vindicat. Quam æquitatis rationem, ius etiā Ciuile vetus, Codicis Theodosiani, respexisse videtur; quamuis & id deinde iure nouo, per text. l. Dudum. 14. his verbis: *Dudum proximis consortibusq; concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neq; homines suo arbitrato vendē-**

da

di distraberent, sed quia gra-
uis hæc videtur iniuria, qua
inani honestatis colore vel-
atur, ut homines de rebus
suis facere aliquid cogantur
inuiti, superiore lege cassata,
vnicuique suo arbitratu
querere, vel probare possit
emptorem, nisi lex speciali-
ter quasdam personas hoc fa-
cere prohibuerit. Cod. de contra-
hend. Emptione. abrogatum esse
haud obicure colligi possit.

- 4 Niti f. fortè maiorem hac
in parte auctoritatem juris
Canōici esse dicimus quo
constitutum est, ut intra
annum eisdem à tempore
Contractus, ipsis tanquam
proximioribus, competeret
super illa proportione jus
offerendi emptoribus precium,
per text. in Cap. Constitutus 3. extra. de
in integr. restit. Quod in praxi
Curia etiam Regalis perpetuò
seruat, & ita inter Iacobum
Fruuck, & Zachariam

Harth-

Harthmā, Cives Gedanen.
Anno 91. iudicatum fuit.

Nam & iure Saxonum fi-
lium in bonis paternis præ-
ferri extraneo Emptori, te-
xtus, Lib. 1. artic. 9. in verbis:

Filius autem eius qui re-
signationem feudi promi-
ssisset, nisi ipsemet semel sti-
pulatus eam fuisset, aut fide-
iussores super hoc dedisset,
adimplere non tenebatur,

sufficienti argumento est;
quinimò f. quod magis est, 5
etiam vxor ab extraneo
emptore, bona mariti, si
propiores non sint, jure
re tractus repetere potest,
prout inter Dubczycka, &
Gyzymala Ciuem Korczy-
nen. Anno 96. feria quinta
post festum Sanctæ Marga-
rethæ Virginis sententiam
fuit; præsertim si bona sine
consensu ipsius alienata à
marito sint. Porro notan-
dam est, f. actionem, quæ 6

ratione huius juris com-
 petit, non esse personalem,
 sed potius in rem scriptā;
 proinde possessorem, quo-
 cunq; res vadat, sequi, argū.
 L. 3. § est autem. ff. ad exhibend.
 quemadmodum etiam in
 Curia Regali in causa Bie-
 laczek, eiusq; coningis, cō-
 tra Stanislauum Fabczyez,
 Anno 1591. pronunciatū
 fuit; quamuis nonnulli cō-
 trarium sentiant, vt notat.
 Geil. lib. 2. obs. 19. num. 7. Re-
 7 quiritur t̄verò in hac actio-
 ne, vt re n̄ iure retractus pe-
 tens, precium integrū offe-
 rat possessori, arg. textus.
 in l. iulianus. 13. §. offerri. 8. in verbis:
*Offerri pretium ab emptore
 debet, cum ex empto agitur,
 Et idē, Et si precij partem
 offerat, nondum est ex emp-
 to actio. Vēditor enim quā
 si pignus retinere potest eam
 rem, quam vendidit. Et.*
 §. de act. empt. & vend. Vnde col-
 li-

igitur, quòd solutio parti-
 cularis hoc casu non suffi-
 ciat, per textum in l. quidā ex-
 istimauerunt ff. Si cert. petat. Nec
 quicqua n̄ obstat. l. statuliber
 rationem. 5. in pr. ff. de statulib.
 ex qua DD: juris inferunt,
 quod etiam particularis so-
 lutio liberet debitorem, ex
 his nimirum verbis: *Statu-
 liber rationem reddere iussit,
 reliquum, quod apparet, sol-
 uit, de eo, quod obscurius est,
 satisfacere paratus est.* Nam
 hic textus expressè loquitur
 de eo casu, cūm videlicet
 quantitas debiti ignoratur.
 Proinde si etiam proximi-
 or rem alienatam iure retra-
 ctus petens, quantitatē pre-
 cij ignoret, particularem so-
 lutionem iuxta præscriptū
 Iuris offerens, audiendus
 est, ita tamen, vt de eo pro-
 testetur, quod quā p̄m̄
 de eo rescuerit, reliquum
 soluere paratus sit, iuxta cō-

munem DD: sententiam
 8 *in d. l. Dudum. Quod f vsq; a-*
deò verum eit, vt etiã cum
precioso sumpt9 & expensas,
tempore Contract9 factas,
refundere teneatur, argum:
l. intra vtile. 39. §. fin. ibi: Nisi si
maluerit omnes expensas,
quas bona fide emptor fecisse
adprobauerit, ei prestare.
ff. de minorib. vtilis tamẽ & ne-
cessarias, l. si seruos 25. ff. de pign.
 9 *lib. 13. tit. 7. Requiritur item,*
vt intra annum & diem pro-
ximus vtatur eo iure, per
suprà allegatum textũ. d. Cap.
Constitutus. Nam eo tempore
elapso, tacita quædam eius
Iuris remissio inducitur, a-
deò, vt moræ purgatio am-
plius non admittatur, arg.
l. fin. ff. de Decret. ab ord. faciend.
 prout in Curia Regali in
 causa Balthasaris Barom-
 garrh & Ioannem Lwowie,
 Contules Lublinenses, Año
 91. Et inter Kalniczlue, &

Stwi-

Stwidziczka, Anno 96. feria
 tertia post festum S. Mar-
 garethæ, iudicatum fuit.

Quod f tempus vtrum à 10
 tempore scientiæ, an verò à
 tempore Contractus cur-
 rat? tractat Geil. *pract. obs. lib.*
1. obs. 19. vbi dicitur, quod
iuxta communem opinio-
nem à tempore veræ tradi-
tionis rei venditæ, currat
præscriptio, etiam contra
ignorantes, licet ex causa in-
integrum restitui possint.

Postremo f requiritur, vt 11
 in vsum suum, non autem
 in vtilitatẽ alterius, & frau-
 dem emptoris hoc ius perse-
 quatur. Vnde iuxta con-
 suetudinem locorum jura-
 mentum ab ipso retrahen-
 te exigí solet, quod bona
 fide beneficio retractus vta-
 tur. Geil. *d. loco. num. 10. Cui9*
rei simile decretum in Cu-
ria Anno M. D. C. latum
fuisse memini.

OB.

OBSERVATIO

L. 70

Num ob casus fortuitos cōductor remissionem pensionis mereatur?

SUMMARIA.

- 1 Conductor pensionē quando persolvere non teneatur.
- 2 De Conductore casus fortuitos in se recipiente, quid iuris sit?
- 3 Æquitati congruit pacta servare.
- 4 Pactum de casib9 fortuitis quomodo intelligi debeat?
- 5 In voluntatis quæstione, semper id, quod certum & solitum est, spectatur.
- 6 Iuramentum non extenditur ad incognita.
- 7 Colonus præter damnum seminis amissi, mercedem exsolvere non tenetur, & sterilitas cum ubertate quando compensetur?
- 8 Communis D D: opinio de casibus fortuitis.

Interpretatio. l. fistulas. §. 9
frumenta ff. de contrahen.
empt. & vend.

Omne qui dicit, nihil excipit 10
Pacta obscura & ambigua
nocent ei, qui legem Contra-
ctus apertius dicere potuit.

Accursij distinctio inter 11
casum fortuitum & per-
iculum.

Hæc quæstio, de
remissioe pensio-
nis Conductori,
ob casum fortuitum, non
multum habet difficultatis,
Generalis enim est regula:

Quod ꝑ mercedem vel 1
pensionem exsolvere con-
ductor non teneatur, si re
locata, sine culpa sua, uti
non possit. teste Vlpiano,
in l. ex conducto 15. §. competit. & seq.
item l. si quis domum. 9. in pr. ff. locati.

Sed ꝑ an etiam conductor, 2
casus fortuitos in se recipi-
ens, ingruente aliquo hu-
iuscemodi casu, remissio-

In-

ff nem

nem pensionis mereatur?
magis dubium & perplexū
eile videtur: Licet enim
pri na fronte, verba textus
en l. Si quis domum. 9. §. Iulianus. 2. ibi:

*Julianus libro quinto deci-
mo digestorum dicit, si quis
fundum locauerit, ut etiam
si quid vi maiore accidisset,
hoc ei prestaretur, pacto
standum esse, ff. locati. satis
clara & manifesta esse vide-*

3 antur, ut pote, cū f nihil
magis sic congruū æquitati
quam seruare ea, quæ inter
contrahentes semel placue-
runt. per text. in l. juris gentium.

§. item si quis. ff. de pactis. attamen in contrarium multa
adferri possunt. Et primū
4 quidem, quod f pactum de
casibus fortuitis à Condu-
ctore in personam suam re-
ceptum, intelligi debeat de
ijs tantum casibus, qui in ea
regione quandoq; contin-
gere solent, nec plane noui

& inusitati sunt, cuiusmo-
di pluuie sunt & niues im-
moderatæ, tempestate cæ-
li, & id genus alia: non ve-
rò de ijs, qui vel nunquam,
vel ita raro contingunt, vt
propter raritatem verifimi-
le sit contrahentes de ijs nō
cogitasse, quales sunt steri-
litates, & inundationes ma-
gnæ, & planè inusitatæ, in-
cursus hostium, & alia.

Semper f enim in volun- 5
tatis quæstiōe id, quod cer-
tum & solitum est, non
verò id, quod incertum
& contra consuetudinem
est, spectandum esse, DD:
vnanimi ore statuunt. per
textum in l. Socio. 10. §. modico. ff.
de annuis legat. & l. 1. Cod. que res
pign. dari poss. Et f ideò etiam 6
juramentum non extendi-
tur ad incognita. per textū
in Cap. veniens. de iureiur. Tū
quia hæc interpretatio bo-
næ fidei congruit. Vult se- 7

&

niam

nim ea, ne colonus praeter
 damnum seminis amissi e-
 tiam mercedem exsoluere
 cogatur. per text. in l. ex Con-
 ducto. 15. §. vbiunq; ff. locati ma-
 xime verò in l. si merces. §. vis
 maior. ff. eodem. dicitur: *Quod
 vis maior, quam Graci de 8^o
 e'ia id est diuinam iram,
 appellant, non debeat con-
 ductori damnoſa eſſe, ſi plus
 quàm tolerabile, laſi fuerint
 fructus; alioquin modicum
 damnum aequo animo ferre
 debet colonus, cui immodi-
 cum lucrum non auferitur.*

Et ideò iuxta ſententiam
 I Cti. Papiniani in l. ex Condu-
 cto. 15. §. Papinianus. 4. ff. locati.

*Sterilitas vnius anni cum
 vbertate aliorum annorum
 compensari debet: E'pensio,
 qua ob ſterilitatem vnius
 anni fuit remiſſa, propter v-
 bertatem ſequentium anno-
 rum à conductore exigi po-
 teſt. Ex his itaq; ¶ D D: ju-
 ris*

ris cõmuniter concludunt,
 quod recipiens in ſe calum-
 fortuitum, non intelligatur
 cogitaſſe de caſu tortuito
 inſolito, niſi expreſſe etiam
 his caſibus, puta inſolitis &
 inuſitatis, renunciaſſe ſit;
 tunc enim ſtandum eſt cõ-
 uentioni, prout in Camera
 Imp: obſeruatũ eſſe, notat
 Andreas Geil lib. 1 obler-
 practie. Cap. 23 num. 20. Et hac
 D D. communis ſententia
 iuri & æquitati magis v de-
 tur eſſe cõſentanea. Quãuis
 enim ij, qui contrariũ ſen-
 tiunt, textum legis. *fiſtulas ff.
 frumenta ff. de cõtrah. Empta & ven. it.*
 ad confirmandam ſuam o-
 pinionem torqueant & ni-
 hil ibi de ſolitis caſibus, ſed
 tantũmodo inſolitis & in-
 uſitatis tractari dicant; at-
 tamen omninò contrariũ
 ex eo textu colligi poteſt.
 Cuius hac ſunt verba. *Fr-
 menta ¶ que in herbis erant, 9*

cum vendidisses, dixisti te, si quid vi aut tempestate factum esset, praestaturum: ea frumenta niues corruerunt, si inmoderata fuerint, & contra consuetudinem tempestatis agi tecum ex empto poterit. Unde satis liquidò constat, quod hic inter niues immoderatas extra consuetudinem, & eas, quae secundum consuetudinem fiunt, distinguitur, & per consequens, casus fortuiti, & ea, quae aliquando praeter naturam cursum fieri solent, separatur ab ijs, quae quotidie secundum eundem non fortuitò contingunt.

Nec quicquam refragatur huic sententiae generalis illa Regula: *Omne quod dicit, nihil excipit per textum* in l. à Procuratore. 13. Cod. Mandati.

Semper enim haec dictio vniuersalis, *Omne*, secundum naturam contractus, & ut materiae subiectae conueniat,

accipienda est. Proinde cum in tali pacto, ea de re sit questio, quae ex consensu contrahentium initium habet, merito etiam, non nisi ex praecedente consensu & voluntate intelligi debet. Noti siquidem est iuris, quod in Contractibus ante omnia mens & sententia contrahentium inspicienda sit. Nam & in bonis in genere obligatis, non veniunt ea, quae verisimile est quatenus speciatim obligatum non fuisse. Iustus Vlpianus in l. obligatione. 7. ff. de pignor. & hypoth. tradit: Alioquin & obscura & ambigua pacta ei nocere debent, qui legem Contractus dicere potuit apertius. per textum in l. veteribus. 39. ff. de pact. quod in testamentis & fideicommissis locum non habet: ibi enim sententia eius, qui ea protulit, spectanda, est.

per

per textum in L. in ambiguis. 96.
 ff. de rez. iuris. Neq; ꝑ tamen
 sicco (vraiunt) pede præ-
 tereunda est etiam Accur-
 sij sententia, qui inter casum
 fortuitum & periculum di-
 stinguendum esse putat, vt
 scilicet periculum in se susci-
 piens, nõ teneatur præstare
 casus insolitos; secus in eo,
 qui casum fortuitum pro-
 mittit, vt videre est in glos. l.
 Sed est. 4. §. quæsitum. ff. si quis caut.
 in iud. sist. caus. fact.

OBSERVATIO
 LI.

De Euictionibus.

SUMMARIA.

- 1 Euictio ex natura Contractus præstari debet.
- 2 In Euictione consuetudo vniuscuiusq; loci aut regionis spectanda est.
- 3 Mos in Regno circa euictiones observatur.

Iure Cæuli de euictione 4
 per stipulationem cauere solet.

Promissio simplæ & duplæ 5
 in euictione quid sit?

Casus, quibus euictio non 6
 præstatur, etiamsi de ea con-
 uentum sit.

Denunciatio venditori dum 7
 res euincitur, quando fieri
 debeat?

Denunciatio pacto omitti 8
 potest.

Euictionis onus pacto tol- 9
 li potest.

De euictione non præstā- 10
 da, pacto interueniente, an
 venditor ad restituendum
 pretium, si res euincatur, nis-
 hilominus cogi possit?

Venditor scienter rem a- 11
 lienam vendens, etiam ad
 id, quod interest, tenetur.

Euictio non præstatur, si 12
 præscriptio intercessit.

Iure Sax: varendator ad 13
 vitam vsq; tenetur varen-
 dare, id est euincere.

In-

Con-

14 *Conciliatio textuum Iuris Saxonici lib. 1. artic. 21. cum textu Iuris municip. artic. 25.*

15 *Euictio contra presentes anno & die locum habet.*



RE apud emp-
torē euicta, quid
venditor præstare
teneatur? forte quis quærat:
Pro decisione istius quæ-
stionis in primis sciendum
est, quod euictio ꝑ ex na-
tura Contractus omninò
præstari debeat, etiamsi ni-
hil de ea cõuentum fuerit.
per expressum textum in
L. non dubitatur. 6. in verbis: *Non
dubitatur, etsi specia-
liter venditor euictionē non pro-
miserit, re euicta ex empto
competere actionem.* Cod. de
Euiction. Cùm etenim vendi-
tor pretium rei venditæ ac-
cipiendo, dominus illius ef-
ficiatur, vt patet ex l. 1. in

ver.

verbis: *nummos fecerit ac-
cipientis.* ff. de rerum permutat.
meritò etiam ex ratione Sij-
nallagmatis, ad euictionem
hoc nomine præstandã, ob-
ligatur, per text. notabilem,
in l. ex empto. ii. §. i. in verbis: *Et in-
primis sciendum est, in hoc
Iudicio id demum deduci,
quod præstari conuenit, cum
enim sit bonæ fidei iudicium,
nihil magis bonæ fidei con-
gruit, quã id præstari, quod
inter cõtrahentes actum est,
quod si nihil conuenit, tunc
ea præstabuntur, quæ natu-
raliter insunt huius Iudicij
potestate.* Et in primis ip-
sam rem præstare vendito-
rem oportet, id est tradere:
quæ res, siquidem dominus
fuit venditor, facit & emp-
torem dominum; si non
fuit, tantum euictionis no-
mine venditorem obligat.
ff. de actione Empt. & vendit. prout
etiam in Curia in causa suc-
ces-

ces-

cessorum Rottendorff, & Constantini Corniactio Anno 98. Sabbato ante festum Sancti Barnabæ dictum fuisse memini. Verum
 2 ¶ quia in euictione præstanda consuetudinem vnius cuiusq; Civitatis aut regionis spectandam esse, textus in l. 6. ff. de Euictionib. his verbis:
Si fundus venerit, ex consuetudine eius regionis, in qua negotiū gestum est, pro euictione caueri oportet. directè monet, idcirco moribus
 3 ¶ etiam nostris obtinuit, vt maioris certitudinis causa in Contractu venditionis de euictione expressè agatur, quod à jure Civili non omnino dissonū esse
 4 videtur. Nam & hoc iure plerunq; per stipulationem de euictione caueri solebat; vt ex textu in l. si dictum. 55. in principio. ff. de Euiction. patet; idq; dupliciter, vel promissa

sione simplæ, ¶ vt si emptori 5 res euicta esset, simplū pretium, & id, quod emptoris interesset rem euictam non esse, venditor præstet, per expressum textum in l. si in venditiōe. 60. his verbis: *Si in venditione dictum nō sit, quantum venditorē pro euictione præstare oporteat; nihil venditor præstabit, præter simplam euictionis nomine; Et ex natura ex empto actionis, hoc quod interest,* ff. de euictionib. vel duplæ, puta vt venditor duplum pretij re euicta præstet. per textū in l. vendicantem. 17. in verbis: *an potius re ablata, ex causa stipulationis duplum consequi.* ff. eod. Quod non promissuè, sed tantum in venditionibus rerum preciosarū fieri solebat, vt in l. Emptori §. 1. ff. de Euictionib. habetur. Porro certi casus in jure reperiuntur

tur, quibus venditor non tenetur ad præstandam euictionem, etiamsi de ea conuentum sit. Primus est, si res euincatur de facto, nisi forte euictionem facti promiserit, per text. satis clarū in l. fin. ibi: *Expulsos vos de fundo per violentiam à Nerone, quam habere ius in eo negatis, profitentes: nullam vobis aduersus eum, ex cuius venditione fundum possidetis, actionē competere probatis.* Cod. de action. emp. & vendit.

Quod Curia Regalis in causa Czapski, & Topiczowski, Anno 96. feria secunda post festum Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ sequi voluit. Secundus est, si sententia iudicis non interueniente, emptor rem euincti restituat, per textum manifestum, in l. si cum. 17. in verbis: *Si cum questio tibi super eo quem comparaueras,*

moueretur, auctorem tuum certum fecisti, nec citra iudicis disceptationem, eum quē emeris, tradidisti, præses provincie in damnis, quæ te tolerasse meministi, medelam juris adhibebit. Cod. de Euictionib. Id autem de sententia iusta & æqua, non de iniqua, intelligi debet, vt est textus, in l. si per imprudentiā. 51. ibi: *Si per imprudentiam iudicis, aut errorem emptor rei victus est, negamus damnnum auctoris esse debere, aut quid refert, sordibus iudicis, an stulticia res perierit: Iniuria enim quæ fit emptori auctorem non debet contingere.* ff. eodem de Euictionib. Tertius est, si emptor, dum res ab illo euincitur, non denunciat venditori. per text. in l. si fundo. 53. ibi: *Si cum possit emptor auctori denūciare, non denunciasset, idem quæ victus fuisse: quoniā parum*

instructus esset: hoc ipso videtur dolo fecisse: Ex stipulatu agere non potest. ff. de Euictionib. pro quo facit etiã textus. in l. i. in verbis: Nam si denunciasti ei, qui tibi vendidit, intelligis euictionis illi periculum imminere.

Cod. vbi in rem actio. exerc. Quæ omnia etiam in Cap. fin. tit. de Empt. & vendit. expressa reperiuntur.

7 Quando t̄ autem denunciatio huiuscemodi fieri debet, explicat textus in l. si rem 29. ibi: Quolibet tempore venditori renunciari potest, ut de ea re agenda adsit: quia non prefiniur certum tempus in ea stipulatione: dùm tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat. ff. de Euictionib. Quod & praxis nõ solum Curia, sed iudicij quoq; terrestres omninò tenet, & iuxta id in Iudicijs Regni Tribunalib; frequẽtissimè iudicatur. Quãuis

com-

muniter DD: in causa ex lucratiuo titulo descendente, hanc denunciationẽ etiam ante iudiciũ ceptum debere fieri statuunt. per textum, in l. qui concubinam 29. §. 3. in verbis: Si hæres tibi, seruo generaliter legato, Stichũ tradiderit, isq; à te euictus fuisset, posse te ex testamento agere, Labeo scribit. Quia non videtur hæres de iure quod ita dederat ut habere non possis, & hoc verum puto. Sed hoc amplius ait, debere te, priusquam iudicium accipiatur, denunciare heredi. ff. de legat. 3. vbi gloss. iudicium pro sententia accipiendum putat. Hoc t̄ ta-

8
men notandum est, quòd istiusmodi denunciatio pacto omitti possit, per text. in l. Herennius. 63. ibi: Herennius Modestinus respondit, non obesse ex empto agenti, quod denunciatio pro euictiõe in-

G g

ter

terposita non esset, si pacto ei remissa esset denunciandi necessitas. ff. de Euiction. Simili modo etiam euictionis onus pacto tolli potest. per textum in l. qui libertatis. 69. in verbis: *Qui libertatis causam excepit in venditione, non tenebitur euictionis nomine.*

10 ff. de euictionib. Verumtamen id et hac distinctione DD: temperandum esse putant: Aut pactum de non praestanda euictione est factum in specie, puta, si res euincatur à Petro, Andrea, tunc cessante dolo, venditor ad restituendum pretium cogi non potest, per text. supra allegat. in d. l. qui libertatis. Aut est factum in genere, si videlicet à quocunq; euincatur, eo casu omnino tenetur restituere pretium. per textum in l. ex empto. u. §. 18. ibi: *Ibidem ait, idem esse dicendum, Et si aperte in venditione com-*

prehendatur, nihil euictionis nomine praestatum iri, pretium quidem deberi re euicta, utilitatem non deberi. Neq; enim bona fidei contractus hac patitur consuetudine, ut emptor rem amitteret, et pretium venditor retineret. ff. de action. Empt. Sed hoc et ita verum est, si venditor ignorans rem vendit alienam. Nam si sciens vendat, praeter pretium etiam id quod interest, reddere debet, idq; propter dolum, qui interuenisse praesumitur, per text. in l. tenetur. 6. §. ult. et d. l. ex empto. §. 15. et §. fin. ff. de action. empt. et vend. Quartus & vltimus casus est, et quo euic- 12

ctio non praestatur, si emptor tutus sit praescriptione longi temporis. per textum in l. si obligata. 19. in verbis: *Si obligata praedia venum dedisti, et longi temporis praescriptione solita emptores se tue-*

ri possunt, euictionis periculum timere non potes. Col. de
 13 Euictionib. Quae in re f diuersa
 iuris Saxonici videtur esse
 dispositio, vt pote, quod e-
 uictio ad vitam vsq; vendi-
 toris praestari debeat, per te-
 xum. Sp. Sax. lib. 3. artic. 83. in
 verbis: *Qui vero proprium
 aut res mobiles vendiderit,
 quousq; vixerit, illorū va-
 rendator esse tenetur, res ta-
 men illa, pro qua litigatur,
 ad manus tradi debet ven-
 ditoris, ad defendendū vel
 perdendū, quamdiu illud de-
 fendere tenetur.* Quibus tex-
 tus quoq; Iuris Municip.
 artic. 30. adstipulatur. Nec
 quicquam in cōtrarium fa-
 cit, quod Interpretes ex te-
 xtu Sp. Sax. Lib. 1. artic. 29. Va-
 rendam seu euictionem tri-
 ginta annis anno & die praes-
 tari inferunt. Nullam ete-
 nim ibi fieri mentionem e-
 uictionis, sed tantum de

praes-

scriptione fundi & pro-
 prietatis tradi video, quod
 longe aliud est, licet glos-
 sa feiusdē juris lib. 1. artic. 14
 52. distinctionis scelerate id
 conciliari posse doceat, vt
 nimirum de bonis ex luc-
 cessioe aliqua proventibus
 bus text9 ille dicti artic. 29.
 lib. 1. accipiatur, cum etiā
 eorum bonorum alienatio-
 nes sine haeredū consensu
 fieri non possent, vt est tex-
 tus Sp. Sax. dicto artic. 52.
 lib. 1. (qui tamen à sede A-
 postolica dicitur esse repro-
 bato) cosequens erat, vt non
 nisi hac longissimi tempori-
 ris, id est triginta vni9 anni
 & diei praescriptio iisdē ob-
 esse possit. Secus est in bo-
 nis proprio labore atq; in-
 dustria acquisitis. Ea enim
 si alienare sine cōsensu ha-
 redum non liceret, nihil ef-
 set inhumanius, & à jure cō-
 muni alienius per textum

G g 2

in

in l. non vsq; ff. si quis à par. man. sit.

Ac proinde in huiuscemodi bonis acquisitis euictio ad vitā vsq; venditoris præstari debeat, iuxta dispositionem dicti artic. 29. lib. 1. Mihi itaq; ad trutinam (ut aiunt) ista omnia perpendiculari cum glossæ distinctio nequaquam satisfaciat, expressa & generalia verba textus dicti art. 83. lib. 3. sequi malim, quod euictio tam de bonis mobilibus, quàm immobilibus ad vitam vsq; venditoris, quamdiu in humanis est, præstari debeat. Sed hoc intelligendum est de absentibus: Cōtra † præsentem enim anno & die locum habet euictio, per expressum textum iuris municip. art. 21. in verbis:

Qui proprium dederit aut resignaverit, illud varendare tenetur anno & die, ut juris est, hoc est, anno & sex Sep-

Septimanis. Quem textum glossa ibidem de eo casu inter præsentis accipiendum esse tradit.

OBSERVATIO LII.

De Donationibus inter virum & uxorem.

SUMMARIA.

Donationes inter virum & uxorem cur nō valeant?

Coniugum omnia communia.

Uxor iure Saxonum marito nihil donare potest.

Maritus uxoris suæ tutor est.

Uxor sine consensu mariti nihil alienare potest.

Uxor habens tutorem à Magistratu, marito donare potest.

Iure Cōmuni eatenus standum est, donec Statuto discretè contrarium cautum reperiat.

- 8 *Donatio inter coniuges confirmata iuramento valet.*
- 9 *Donatio eo nomine facta, vt communi filia in dotem detur, valet.*
- 10 *Donatio inter coniuges morte confirmatur.*
- 11 *Donationes reciproca inter coniuges, an de iure sint permissae?*
- 12 *Ratio cur huiusmodi donationes permittantur.*
- 13 *Donatio reciproca debet esse aequalens.*
- 14 *Reciproca donatio in continenti fieri debet.*

Quod donationes simplices inter virum & uxorem de iure subsistere non possint, plus quam manifestum est. Nam in l. i. ff. de donat. inter vir. & vxor. expressè hoc prohibetur. Neque videlicet mutuo amorem

cern spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate. Sæpe enim (vt inquit Paulus Ictus. in l. 2. ff. de donat. inter vir. & vxor) futurum esset, vt discuterentur matrimonia, si non donaret is, qui posset; atque ea ratione euenturum, vt ea venalitia essent. Vel vt Imp. Iustinianus. in auth. quib. mod. natur. effie. legit. cap. illud. 4. tradit, magnitudine concupiscetia ducti, latenter patulim seipos priuarent substantia. Cum nihil furore amoris vehementius; quem retinere, Philosophia est perfecta, monentis etiam, & insipientem atque inharentem concupiscentiam refrænantis; vt ij, qui hoc tali detinentur, si abstinebunt sermone ad eas, quas amant, quæ eis non per blandimenta conferunt. Optimè itaque à summo illo Philosopho

pho traditum est: Coniugum omnia debere esse cōmunia. *Plur. de precept. connubial.* Vxoris siquidem & mariti vna est domus & familia, teste Vlpian. in l. 1. §. 15. ff. de scoto. syllan. & Claud. quæ etiam ideò sociæ domus diuinæ & humanæ à legibus appellatur. in l. aduersus. 4. Cod. de crim. 3 expil. hered. Iure ꝑ itidem Saxonom, mulier nullā marito potest facere in suis mobilibus, vel proprietate donationem, vt inquit textus sp. Sax. lib. 1. artic. 31. idq; cum propter rationes iam recensitas; tum etiam ꝑ ob id, 4 quod maritq; tutor sit vxoris suæ, omniumq; rerum ipsius. Ac proinde, quemadmodum pupillus sine cōsensu tutoris nihil propriū alienare potest. per textu. dato. tit. ff. de auth. & consens. tut. 5 Ita ꝑ nec vxor sine cōsensu viri, bona sua, donādi, venden-

dendi, aut resignandi habet potestatem, vt est in textu. Sp. Sax. lib. 1. artic. 45. quamuis de iure Ciuili sit secus, vt patet ex. l. velles. Cod. de reuocand. donat. vbi Impꝑ: Diocletianus & Maximianus cuidam Herennix rescripserunt his verbis: *Desine itaq; postulare, vt donatio, quam perfeceras, reuocetur, prætextu mariti & liberorum absentia; cum huius firmitas ipsorum præsentia non indigeat.* Vnde consequens est, quod sicut tutor pupillo in rem suam tutor esse nequit, per text. in auth. vbi hi qui obligat. sibi hab. perhib. Nouella. 72. Cap. hæc omnia. & l. 1. ff. de authorit. & consens. tut. ita neq; maritus vxori. Hoc ꝑ tamen recipit limitationem, nisi vxor coram Magistratu competenti alium sibi tutorem constituat, cuius auctoritate marito donare possit. argū. l. pupillus. §. item ipse tutor. ff. de auth.

et conf. tutor. Quod tunc quoque locum habet, quando vxor marito bona communia vendit; Nam vt venditio valeat, necessaria est auctoritas tutoris ab officio dati, qui circa resignationem seu alienationem bonorum vxori assistere debet, prout in Curia inter Iarurei, & quosdam Ciues Pilznenses Anno 96. Sabbato post festum Epiphaniarum decisum fuit. Verum id de his casibus intelligi debet, quibus iure communi donatio inter virum & vxorem facta valet: Nec multum facit dispositio iuris Saxonici, vbi omnis donatio inter coniuges prohibetur. Cum tamen tenus standum sit iuri communi, donec disertè quid statuto contra reperiatur eautum. *argument. l. legis si extraneus. ff. de condition. caus. dat.*

8 Valet tamen iure Ciuili

ju-

(iuxta communem DD: opinionem) donatio inter Coniuges iuramento confirmata. Quamuis enim iuramentum contra dispositionem iuris communis, & per consequens, contra bonos mores factum, non videatur esse obligatorium. *Cap. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. tamen, quia iuramentum illud, non tam firmat ipsum contractum, ipso iure aliàs nullum, quam obligat jurantem ad id praestandum, quod sine dispendio salutis aeternae impleri potest; idcirco etiam tale iuramentum necessariò seruari debet. per text. Iuris Canon. in Cap. cum contingat. tit. de iureiurand. Cum & aliàs multa iure Ciuili reperiuntur prohibita, quae tamen ratione iuramenti iure Canonico subsistunt. vt in contractu minoris per authent. Sacramenta. Cod. si aduers.*

vend.

vendit. & in pacto cum filia,
 de nō succedendo, facto, per
 text. iuris. Canon. in Cap. quam
 9 nis de pactis. in 6. Secundo ꝑ va-
 let donatio inter Coniuges
 etiam iuramento non con-
 firmata. in casu. l. siue vxor. 34. ff.
 de donat. inter vir. & vxor. Si vi-
 delicet vxor marito donet,
 ut id in dotem communi fi-
 lia conferat. Confirmatur
 10 ꝑ etiam donatio inter con-
 iuges morte donantis, si vi-
 delicet ea nondum reuoca-
 ta, donator decesserit. Nam
 huiusmodi donatio vim re-
 licti seu legati habet, ꝑ text.
 in l. cum hic Status. 32. §. 1. ff. de donat.
 inter vir. & vxor. & l. donatio. 3. Cod.
 eod. Quod ita intelligendū
 est, si donatio debitā quan-
 titatem, quingentos scilicet
 aureos nō excedat. per text.
 in §. alie autem. Instit. de donation.
 alioquin in eo quod exce-
 dit, expressa voluntas mo-
 rientis, vel in acta requiritur

in-

insinuatio, per textum in
 l. donationes quas. 25. Cod. de donat.
 inter vir. & vxor. His ꝑmissis,
 aliud in eadē materia exori-
 tur dubium. An ꝑ videlicet
 donationes reciproca seu ꝑ
 remuneratoria inter coniu-
 ges de iure sint permissa? Et
 quāuis pleriq; statuant, neq;
 tales donatiōes valere; illud
 tamen in l. quod autem 7. §. Si vir.
 2. ff. de donat. inter vir. & vxor.
 permissum esse colligitur
 ex his verbis: Si vir & v-
 xor quina sibi donauerint,
 & maritus seruauerit, vxor
 consumpserit; recte fieri cō-
 pensationem donationum.

Vnde recte Accursius per
 l. Sed etsi 25. §. consuluit. ff. de petit.
 heredit. talem donationem
 instar esse permutationis
 affirmat. Et reuera ꝑ dona-
 tio reciproca seu remunera-
 toria, cum fiat cum onere
 & spe tantundem recipien-
 di à donatario, non potest

pro

proprie dici donatio, *vt in l. Aquilius. 27. ff. de donat. proponitur; tùm quia in legibus illa tantùm donatio prohibetur, quæ alium pauperiorẽ, alium verò locupletiorẽ facit. per tot. tit. ff. de donat. inter vir. & vxor. Vbi generalis ponitur regula, quod vbicunq; non diminuit de facultatibus suis is, qui donauit, donatio valeat, vel etiam si diminuat, locupletior tamen non fit qui accipit, donatio valet. Quamòbrein praxis huiuscemodi donatiões validas esse testatur; & in Curia, in Causa Baumgart, Ciuis Lublinensis, contra Ioannem Lwomicz Anno 91 feria sexta post octauas Sacrosancti corporis Christi: Et in causa Alberti Crepak, contra Annam Olim Blasij Kawalecz relictã, anno eodem feria secunda infra octauas corporis Christi*

de-

decisum est. Vnde *† colligi potest, quod donatio huiuscemodi reciproca, si non sit æquiualens, nõ valeat; prout inter successores Annæ Ferierska & Paulum Ferierski Anno 96. feria sexta in Vigilia Sancti Bartholomæi Apostoli pronunciatum fuisse meminimus, & toto. tit. ff. & Cod. de donat. inter vir. & vxor. videre est. Deniq; † necessariò requiritur, vt in continenti fiat ista reciproca donatio, alioquin si interualum aliquod intercedat; neutra poterit subsistere donatio. per l. quæ jam nuptæ. 48. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

OBSERVATIO LII.

Donatio omnium bonorum an de Iure valeat?

SUMMARIA.

H h

Re.

- 1 Rerum suarum administratio cuius libera esse debet.
- 2 Donationes ut valide sint,
- 4 eas actis insinuari necesse est.
- 3 Reipub. expedit, ne quis re sua malè utatur.
- 5 Solidi appellatione quid veniat?
- 6 Donatio bonorū immobilium actis insinuari debet.
- 7 Donatio seu resignatio in Iudicio ordinario bannito fieri debet.
- 8 Donationes rerum mobilium ubicunq; fieri possunt, dummodo debilitas corporis non impediatur.
- 9 Ægrotus quid donare possit?
- 10 Querela inofficiosa donationis quando locū habeat?
- 11 Insinuatio in donationibus causa mortis, & inter coniuges, locum non habet.
- 12 Donator de evictione non tenetur.

Sed an donatio omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, indistinctè & promiscuè valeat, haud inutiliter quæri possit? Et ꝑ quamvis suæ quisque rei moderator & arbiter sit, ita ut liberam administrationem & alienationem rerum suarum ingenuo homini, (qui non pro minorenni, prodigo aut furioso habetur,) denegare, summæ iniquitatis sit. ut inquit textus. in l. non vsq; 2. ff. si quis à par. manumiss. sit; attamen ꝑ 2 jus Civile illas tantum donationes validas esse statuit, quæ Actis publicis insinuantur. per expressum text. in l. data. 27. Cod. de donatiõ. his verbis: *Data jam pridem lege statuimus, ut donationes interueniente actorum testificatione conficiantur, quod vel maxime inter necessarias*

Sed

con-

coniunctasq; personas conuenit custodiri. Et additur ibidem pulchra admodum ratio: *Siquidem clandestinis & domesticis fraudibus facile quiduis pro negotij oportunitate confingi potest; vel id quod verè gestum est, aboleri; tum etiam ne homines ad donationes effusas, & quæ speciem prodigalitatis præ se ferant, facile induci possint, noluit lex illas coram actis publicis confici, & magistratui palam fieri.* Expedi t enim Reipublicæ ne quis re sua male utatur. vt inquit textus in §. Sed eum. 2. Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. Illud tamen sciendum est, quod non omnes promiscuè donationes actis publicis insinuare necessum sit, sed illas tantum, quarum valor excedit quingentos solidos, prout id manifestè liquet ex textu in §. alie. Insti-

quod.

tut. de donation. in verbis: *Et eum retro principum dispositiones insinuari eas (scilicet donationes) actis interuenientibus volebant, si maiores fuerunt ducentorum solidorum: constitutio nostra eam quantitatem usq; ad quingentos solidos ampliauit.* Cuius Constitutionis. in l. si quis. 35. §. fin. Cod. de donat. hæc sunt verba. *Cæteris etiam donationibus, quæ gestis interuenientibus minimè sunt insinuata, sine aliqua distinctione usq; ad quingentos solidos valituris.* Solidi t 5 autem appellatiõe aureum nummum (quem Hungaricum vulgò dicimus) contineri, nullum dubium est. Nam & alibi pœna liberti patronum sine impetratiõe veniæ in jus vocantis, quinquaginta aureorum statuitur. vt videre est in l. fin. ff. de in jus vocand. et infra. obser. 80. num. 7.

H h 2

co.

copiosius dictū est. Sed cū septuaginta duo Solidi cōficiant libram auri per text. in l. quctiescunq; 5. Cod. de susceptorib. preposit. & arcarijs. consequenter dicendum esse videtur, vt si huiuscemodi aurei sint valore minores, & pondere leuiores, ita vt septuaginta duo libram conficiant, donatio vltra quingentos florenos in numero, non in pondere facta, etiam absq; insinuatione valeat, quod etiam DD: Communiter tenent, vt nimirū donatio vltra quingentos solidos, vsq; ad verum valorem librarum sine insinuatione in acta publica fieri possit.

Porro iure Saxonum in huiuscemodi donationib9 plura necessario requiruntur. Primò ⁊ quidem necesse est, vt donatio bonorum immobilium cuiuscunq; valoris, etiamsi non

excedant summam quingentorum solidorum, semper actis insinuetur. per textum Sp. Sax. lib. 1. artic. 52. ibi: *Sine heredum consensu, & legitimo Iudiciali termino, nulli seruum aut proprietatem alienare licet.*

Quod item clarius exprimitur. lib. 2. artic. 30. his verbis:

Hereditatem seu successionem, qui sibi non iure cognationis, sed promissionis seu donationis deberi dicit, hoc pro irregulari habeatur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio sit confirmata. Id tamen de consensu heredū

Interpres istius Iuris in bonis ex successione lineæ ascendētis vel descendētis prouenientibus, non autem acquisitis, intelligendū esse vnanimi ore statuūt. Quāuis textus dicti art. 52. lib 1 simpliciter & indistinctē de omnibus immobilibus lo-

quatur. Verum in praxi circa alienationem bonorum immobilium, cōsensus hæredum minus attendi solet, dummodo ꝑ ea actis insinuentur, & coram iudicio ordinario (quod in foro iudicium expositum bannitū appellare solent) in eo videlicet territorio, vbi bona sita sunt, fiant, alioquin donationes seu alienationes bonorum immobilium existunt inualidæ. vt patet ex textu *Sp. Sax. lib. x. artic. 21. ibi:*

Licet etiam datur dotalitium mulieri boni virorum proprietatibus, cum consensu hæredū in iudicijs, in quibus sita sunt, dummodo ibi sit bannus regalis. Pro quo facit etiam glossa dicto artic. 52. & ibi allegati textus. Et hoc Curia in causa cuiusdā Driel, cōtra Woidak, Civium Dobrzyne: die 8. Octobris Anno 96.

Et

Et in causa *Simek*, cum *Ianikowski*, feria sexta post festum Sancti Matthiæ Apostoli Anno 99. sequuta est. Ratio autem, quæ Saxones ad tale jus constituendum adduxerit, non est alia, nisi vt veris hæredibus integra permaneret successio, & ne bona immobilia per testamenti factionem vel alijs modis ab hæredibꝯ alienarentur. At ꝑ donationes rerum mobilium, quouis in loco, & coram quouis iudice posse fieri, ex textu. d. art. 52. palam est, dummodo corporis debilitas donationem non impediat; quæ licet ex senectute proueniens, secundum jus Civile donationem nō vitiat, per textum in *l. Senectus. 16. Cod. de donationib. nisi talis sit senectus, quæ sensum auferat, per l. Senium. 3. Cod. qui test. fac. poss.*

at-

9 attamen jus Saxon. † indi-
 stinctè tradit, *quod nec mas
 nec fœmina in lecto agritu-
 dinis citra consensum here-
 da. n. ultra quinç. solidos do-
 nare possint; vel tantum,
 quantum ex sponda alter v-
 ter manu alteri porrigere
 potest.* Quod tamen pro
 conditione personarum, a-
 licet in milite vel nobili, a-
 licet in ciue & rustico, ali-
 ter deniq; in fœmina consi-
 derari solet, vt notat glossa
 dicto artic 52. Quæ solen-
 nitas hodie non seruatur,
 sed vsu tam sani, quàm æ-
 groti, (qui testamenti fa-
 ctionem habent) bona mo-
 bilia liberè donare possunt,
 prout id quotidie fieri vi-
 10 demus. Quamuis † iure
 Ciuili per quærelam inoffi-
 ciosæ donatiõis, si videlicet
 parentes nihil, vel minus le-
 gitima, id est quarta parte
 bonorum relinquunt, itæ
 do,

donationes reuocentur.
 toto. tit. Cod. de in offic. donat. & Auth.
 de immens. donat. coll. 7. Postremò
 † notandum est, quod insi- 11
 nuatio & aliæ solennitates
 donationum suprâ recensita,
 ad donatiões causa mor-
 tis, & remuneratorias, quæ
 fiunt inter virū & vxorem,
 referri nõ debeant. per text.
 in Nouella Constit. 119. in verbis:

*Sive igitur fiat sub gestis
 monumentorum eius (scili-
 cet sponsalitia largitionis)
 insinuatio, sive etiam non:
 iubemus eam per omnia su-
 um robur habere. Et infe-
 rius ibidem: Et hoc valere
 precipimus, cuiuscunq; sit
 donatio quantitatis, vel si
 non (sicuti dictum est) in-
 sinuetur. Verum id ad so-
 las donationes simplices in-
 ter viros, quæ ex mera libe-
 ralitate & munificentia do-
 natoris proficiscuntur, &
 propriè donationes dici
 solent, restringitur. Et idè
 do-*

12 † donator etiam de euictione non tenetur. vt est glossa Sp. Sax. lib. 3. artic. 4. ne vides licet eo casu liberalitatis suae poenā subeat. vt inquit text. in l. ad res. 62. ff. de edilio. Edicto.

Quod ita demum verum esse DD: statuūt, si donatio incipiat à traditione. Nam si incipiat non à traditione, sed à pactione & promissione, quod tunc de dolo contra eundem actio detur. vt videre est in textu. l. Aristo. 18. §. fin. in verbis: *Labeo ait. Si quis rem alienā donauerit, inq; eam sumptus magnos fecero, & sic euincatur, nullam mihi actionē contra donatorem competere, planē de dolo posse me aduersus eum habere actiōem, si dolo fecit.* ff. de donationibus.

**OBSERVATIO
LIIII.
De donationibus causa
sa mortis.**

SUMMARIA.

Donationes mortis causa a. 1
etis insinuare nō est necesse.

Donationes mortis causa 2
vltimis voluntatibus equi- 5
parantur.

Verba Statutorum proprie 3
accipienda sunt.

Donatio mortis causa qua 4
dicatur, & quot sint eius
species?

Donationes mortis causa 6
quando reuocentur?

Voluntas hominis ambu- 7
latoria est vsq; ad mortem.

Legati & donationis cau- 8
sa mortis differentia.

Donatio causa mortis an 9
iure Saxon. valeat?



13 † autem 1
donationes causa
mortis, etiam si ex-
cedant summam quingen-
torum aureorum, insinua-
tione apud acta iudicij non
egeant, probatur per ex-
pres-

pressum text. in l. fin. his verbis:
*Sancimus omnes mortis
 causa donationes, siue iuxta
 mortem facientis fuerint ce-
 lebratae, siue longiore mortis
 cogitatione subsecuta sunt,
 actis minimè indigere, neq̄
 expectare publicarum perso-
 narum praesentiam, Et ea
 quae super huiusmodi monu-
 menti solent adhiberi; Sed
 ita res procedat, ut si quinque
 testibus praesentibus, vel in
 scriptis, vel sine literarum
 suppositiōe aliquis voluerit
 mortis causa donatiōem fa-
 cere: Et sine monumentorū
 accessione res gesta maneat
 firmitate vallata, Et nullā
 in ea calumniam accipiat.
 Neq̄ propter hoc, quod ge-
 sta nō accesserunt, inefficax
 esse atq̄ inutilis videatur:
 Et omnes effectus sortiatur,
 quos ultima habent liberta-
 tes: neq̄ ex quacunq̄ parte
 absimiles eis intelligantur.*

Cod.

Cod. de mort. causa donat. Vnde § 2
 satis liquidò constat, prop-
 terea has donatiōes insinu-
 atione non indigere, quod
 vltimis voluntatibus æqui-
 parentur, quæ ex alieno ar-
 bitrio pendere non debent.
 textus in l. illa institutio. 32. in pr. ff. de
 hered. instit. probat. Et ideò ju-
 re etiam Saxonū idem ob-
 seruari placuit. Nam cum
 verba dicti artic. 52. lib. 1. et
 artic. 30. lib. 2. simpliciter &
 indistinctè loquantur, non
 est dubium, quod de dona-
 tione inter viuos, non au-
 tem, quæ fit mortis causa,
 intelligi debeant. Verba §
 etenim statutorum propriè
 accipi debent. ut notāt DD:
 in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest.
 Neq̄ tamen peccatum in
 eo fuerit, si euitandarum li-
 tium causa tales donatiōes,
 adhibitis solennitatibus in
 obs. præcedenti expressis,
 perficiantur; quamuis reue-
 ra,

4 ra de jure non vsq; adeò
sint necessariæ. Mortis *f* au-
tem causa donatio est, cum
quis magis habere se vult,
quàm eum cui donat, ma-
gisq; eum, cui donat, quam
hæredem suum; quemad-
modù Telemachus donat
Piræo apud Homerù, quæ
verba in §. 1. *Instit. de donat. caus.*
mort. proponuntur. Huius tres
sunt species. Vna videlicet,
cum quis nullo præsentis
periculi metu conterritus,
sed sola cogitatione morta-
litaris donat; altera, cum
quis imminente periculo
commotus ita donat, vt
statim fiat accipientis; ter-
tia deniq; si quis periculo
morus, non sic det, vt sta-
tim faciat accipientis, sed
tunc demù ncu mors fue-
rit insecuta. vt ex textu. in
l. 2. ff. de mortis caus. donat. liquet.

5 Verùm licet *f* olim de do-
nationib; causa mortis du-
bita-

bitabatur, an inter vltimas
voluntates poni, & ad lega-
ta referri, vel donationibus
inter viuos connumerari
debeant? attamen Impera-
tor Iustinianus omni illa
dubietate explosa, hodie
donationes causa mortis,
per omnia feré vltimis vo-
luntatibus, & legatis æqui-
parauit vt in d. l. fin. *Cod. de mortis*
caus. donat. videre licet. In hoc
solùmmodo differunt, quod
f donatio causa mortis per 6
reconualescentiam donan-
tis ipso jure reuocetur, quã-
do videlicet donator eo tẽ-
pore, quo fecit huiusmodi
donationem, in periculo
mortis, propter aduersam
puta valetudinem, vel na-
uigatiõem, aut bellum, erat
constitutus. per textum in
l. si mortis. 29. ff. de donat. caus. mortis.

Secus est, quando quis so-
la cogitatione mortalitaris
(vt pote, quod mors sit cer-

ta, diem vero certum non habeat. *vt in l. 1. ff. de condit. & demonstrati. habetur*) nec alicui morbo obnoxius existens donat, & postea incidit in morbum, & recoualescit, minimè propterea ipso jure reuocatur illa donatio. Ratio est, quia non cessat tunc causa, propter quam donauit, mors videlicet, quæ nullo jure euitari potest. Si tamen poenitentia ductus expressè quis reuocet huiusmodi donationem, nullum est dubium, quod talis donatio amplius locum non habeat. per expressum text.

in l. qui mortis. 30. ff. de mortis caus.

7 donat. Ambulatoria ꝑ est enim voluntas defuncti vsq; ad vitæ supremum exitum. *vt in l. 4. ff. de adimend. vel transfer. leg. dicitur.* Quod etiam de legatis & vltimis voluntatibus quibusuis intelligi debet.

Nam & hæ ipso jure tan-
diu

diu valent, donec contraria voluntate testatoris reuocetur. *vt videre est in textu.*

l. Sancimus. in verbis: Quod non mutatur quare stare prohibetur? Cod. de testam.

Quæ cum non omnibus æquè nota & perspicua sint, fit plerumq; vt maleuoli quidam Ecclesiasticas personas non sine inuidia & odio apud imperitos traducant, dum videlicet illi huiusmodi donationes, vel legata ad pios vsus facta, nequæ à testatore longo tempore post superstitem reuocata, ab hæredibus illius petere, & impensius exigere solent? Differt ꝑ & in eo lega- 8
tum à donatiõe causa mortis, quòd in hac presentia tam donantis quam donatarij requiratur. *vt in textu.*

l. inter mortis. 30. ff. de donat. caus. mortis. habetur; illud verò etiam absenti & ignorant

relinqui possit. *vt Accurf. in d. l. fin. Cod. de donat. caus. mort. notat. Et Instit. de donat. plures inter donationem causa mortis & legatum differentias cognoscere licet. Iure t̄ quoq; Saxonum mortis causa donari posse Interpretes communiter tradunt. Nam quamuis nemo absq; permissu hæredis ultra quinq; solidos, vel quantū decumbens dextera porrigere ualeat donare possit, vt supra obs. præcedenti dictum est: atramen non de donatione causa mortis, sed illa, quæ fit inter uiuos, & proprie donatio dicitur, strictè & propriè id accipiendum esse Schneideuing in suis comment. Instit. de donat. monet.*

OBSERVATIO

LV.

Dos soluto matrimonio ad quem pertineat?

SVM-

SUMMARIA.

Dotes unde egressæ sunt, eò redire debent. 1

Maritus Iure veteri dotem lucrabatur. 2

Dos fœminarum proprium est patrimonium. 3

Pactum de restituenda dote semper uidetur intercessisse. 4

Dotis exactio quomodo fieri debeat? 5

Bona mobilia uxoris cedunt marito. 6

Pecunia dotis nomine data, cedit lucro mariti. 7

Dotalitium mulier vel hæredes ipsius, soluto matrimonio, ex bonis mariti petere possunt. 8

In dotalitio probando iuramento mulieris statur. 9

De fructibus ultimi anni soluto matrimonio. 10

Maritus dotem quando apud se retineat. 11

Mulier dimidiam partem bonorum mariti Iure Cul-

men.

mensi lucratur.

13 *Plebiscita in Ciuitatibus Regni qualia sint.*



Modum tri-
ta in praxi non so-
lum Curia Rega-
lis, sed etiam Iuris Polonici
est illa Regula. Quod ꝑ
dotes, soluto matrimonio
morte vxoris, sine liberis
decedentis, vnde profecta
sunt, eò redire debeant.

Quod iure Ciuili quoq;
obtinet. per expressũ text.
in l. dos à Patre. 4. ibi: *Dos à pa-
tre profecta, si in matrimo-
nio decesserit mulier filias as-
milias, ad patrem redire de-
bet.* Cod. solus. matrim. Licet eti-

2 am ꝑ iure veteri maritiꝝ do-
tem lucrari poterat, vxore
& patre illius, in cuius po-
testate adhuc erat, defunctis.
per textum. in l. 2. ibi: *mox
morte mulieris dotem fuerit
lucratus.* ff. de dote prelegata. ni-

si speciale pactum, ab alijs
quibuscunq; personis, do-
tem mulieri conferentibus,
de restituenda illa post mor-
tem mulieris interuenisset.
per expressum textum. in
l. pactum. 4. Cod. de pact. conuent.
attamen quia Imperatori
Iustiniano iniquum visum
est, dotem (quæ ꝑ fœminarũ ꝑ
propriũ eĩ patrimonium,
per textum. in l. assiduis. Cod. qui
potior. in pignor. hab.) apud mari-
tum nulla de causa, vt potè
soluto iam matrimonio re-
manere, ideò non insubtili
quadam ratione voluit, tale
ꝑ pactum de restituenda do- 4
te intelligi semper interces-
sisse, etiam si reuera factum
non esset, ita vt eo nomine
actio veris hæredibus mu-
lieris indistinctè dari pos-
sit. per expressum textum.
in l. vnica. §. illo. his verbis: *Illo
procul dubio in ex stipulato
actione seruando, vt si decesserit*

seru

serit mulier cōstante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, nisi ex quibusdā pactioib9, sed ad mulieris heredes ex stipulatu actio secundū suā naturā transmittatur, siue expressa fuerit, siue ex hac lege inesse intelligatur. Cod. de rei vxor. actio. Id tamen longē aliter se habet in extraneis personis dotem alicui mulieri praestantibus. In his enim huiusmodi fictio tacitæ stipulationis omninō cessat. ut in textu. d. l. vnica §. accedit. ibi: Sed si non specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus est vel pactum fecerit; tunc praesumatur mulierem ipsam stipulationem fecisse, ut ei dos ex huiusmodi donatione accedat. Cod. de rei vxor. act. Ex-

5 Actio autem ꝛ dotis celebratur olim annua, bima, triana die, id est, tribus pen-

tio-

sionibus annuis. Hodie intra annum in rebus mobilibus, vel se mouentib9, vel in corporalibus; immobilia verō statim restitui debent. per expressum textū. in d. l. vnica. Cod. de rei vxor. act.

At iure Saxonum ꝛ bona 6 mobilia tantum post mortem vxoris propriē cedunt marito. per textum satis clarum. Sp. Sax. lib. 1. art. 31. in verbis:

Si autem viro viuente mulier decesserit, nulla bona mobilia prater vtēsilia; proprietatem verō si possidet, in proximum heredem relinquet, ac si dicat, mulier prater utensilia, quæ debentur proximiori cognatæ, etiam mobilia non transmittit ad proximum heredem, sed tantū proprietatem, si quā habebat. Quod item comprobatur alius textus. spec. Sax. lib. 3. artic. 76. in verbis: Et postea vxor decesserit, vir obtinet

plenum jus in omnibus bonis mobilibus, exceptis adificijs & suppellectili. Et praxis Curia perpetuò id tenet, prout in causa liberorum Laurentij Bolemonski, contra Petrum Kurzelowita pharmacopolam, & ciuem Sandomiriensem: Anno 91. Et in causa Kalniczlice cõtra Romanowicz Kierzmonski Anno 96 feria tertia post festum Sanctæ Margarethæ virginis, ac in alijs passim pronunciatum fuit. Hinc colligitur, ⁷ quod etiam pecunia dotis nomine data cedat lucro mariti, nisi per pacta dotalia aliud actũ sit.

⁸ ut videre est in gloss. d. artic. 3. lib. 1.

Quod si donatiõem propter nuptias, (quæ plerunq; duplicata dote fieri consuevit, & dotalitium vulgo appellatur) in recompensam dotis lucratae, maritõ constituat uxori: Licitè enim (ut in-

inquit textus Sp. Sax. lib. 1. artic. 21.) datur dotaliciũ, hoc est, vitæ prouisio mulieribus in virorũ proprietatibus de consensu hæredum in iudicijs, in quibus sunt situatae, dummodo ibi sit bannus Regalis, & multi similes textus tam eo jure, quam in jure municipali reperiuntur, eo casu etiam si dos cedat lucro mariti, donationem tamen propter nuptias, soluto matrimonio, mulierẽ vel illius hæredes à marito petere posse. Schneideuinus in suis Comment. Instit. tit. de actionibus §. fuerat. num. 3. tradit. Et eo modo in Curia inter Socha & Girowski Anno 91 iudicatum fuit: Quod ita demũ verũ est, nisi maritus circa denominationem huiuscemodi dotalitij hoc expresserit, quod post mortem suam dotalitium illud expediri debeat.

teste glossa juris Municip. artic. 22.
vers. queritur. vir. dona. & artic.
57. versic. notand. si vir uxori.

9 Ac *in*super notandum est, quod in probanda huiusce modi donatione seu dotalitio, si coram iudicio facta non sit, iuramento mulieris stetur, quamuis alias ad probandam possessionem testes requirantur. vt. habet textus Sp. Sax. lib. 1. art. 20 Nam ipsi legumlatores fragilitati sexus muliebris subuenire volentes, hac prerogatiua illi subueniendum esse putauerunt, ne videlicet mulieres aliorum testimonio couinci possint, sed vt ipsae proprio iuramento dotalitium obtineant. Ex his liquido constat, magnam in eo passu restituendarum dotium, inter jus Civile & Saxonum, esse differentiam.

10 Nec *†* minus recte praedicta iura etiam in eo discrepant, quod

quod iure Ciuili fructus ultimi anni, quo matrimonium dissolutum est, inter maritum & uxorem, aut eorum haeredes, pro rata temporis, quo matrimoniū durauit, diuidi debeant. p. text. in l. fructus. 7. §. 1. ff. solut. matr.

Iure autem Saxonum fructus industriales, quorum semina iacta ultimo anno soluti matrimonij fuere, omnes maritus lucratur. per express. text. Sp. Sax. lib. 3. art. 70. ibi: *Sed si mulier agro iam seminato & sub terra abscondito obierit, vir percipere debet fructus.* Neq; tamen *†* illud etiam silentio praeteriundum esse existimo, quod DD. utroq; iure receptum esse tradunt, posse nimirum maritum ob certas causas dotem omnem, puta & dotalitium apud se retinere, idq; vel propter liberos, ex communi matrimonio susceptos;

tos: vel propter inopiã mariti: vel etiam propter interitũ, sine culpa, & citra moram ipsius, rerũ dotalicium, vel deniq; quia mulier ex delicto causa. n. dedit diuortio, & propter alias causas, quas glossa eiusd. iuris dicto. lib. 1. artic. 21. & passim DD: in d. l. dos à patre. Cod. solut. matrim. notant. Sicut ex aduerso vir ob certas causas dotem perdit, etiamsi dotalicium dare cogatur. teste ead. glossa. & jur.

12 Municip. artic. 22. Huc ꝑ pertinet & illud, quod mulier jure Culmensi, (quo Prusis & omnes fere Ciuitates Masouix vtuntur) dimidiam partem omnium bonorum mariti, postquam lectum eius ascenderit, & è contrã vir vxoris habeat, prout in Curia quoq; in causa cuiusdam Laskomska cum Raczki Anno 96 Sabbato post festũ Sanctæ Hed-
ui-

uigis, pronunciatum fuit. Qua in re ꝑ plebiscita cuiusq; ciuitatis praxis Curia sequi solet, & ided juxta plebiscitum ciuitatis Leopoliensis, tertiam saltem bonorum suorum partem maritus transmittit ad vxorem, quod ex decisione in causa Doctoris Petricij & Czizaroma ciuium Leopoliensis. Anno 98. Sabbato ante festũ S. Barnabæ in Curia facta, manifestè probatur. Et glossa Sp. Sax. lib. 1. art. 24. in fine. id ipsum in nonnullis prouincijs obseruatũ fuisse, vt potè, quod mulier loco dotalicij aliquando percipiat tertiam, aliquando quartam partem bonorum mariti, tradit.

OBSERVATIO LVI.

De Gerada.

SYMMARIA.

Gerada.

- 1 Gerada quid dicatur?
- 2 Ad geradam quæ res perti-
neant?
- 3 Gerada mortua uxore ad
quem spectet?
- 4 Bona mobilia uxoris sunt
in potestate mariti.
- 5 In Gerada præfertur cog-
nata matri mariti defunctæ.
- 6 Filia præfertur in Gerada
cognata.
- 7 Clericus cum sorore suc-
cedit in gerada.
- 8 De gerada plebiscitum ci-
uitatis Posnaniensis.
- 9 Gerada intra quod tempus
peti debeat?
- 10 Uxores rusticorū an trans-
mittant geradam ad cogna-
tas.
- 11 Praxis Curie de Gerada.
- 12 Ius Saxonum triplex fuit.

ultra dotem ad elocandam
virginem dari solent, græ-
co autem vocabulo para-
pherna appellantur. Quæ
omnia ꝛ sigillatim recense- 2
re immensi laboris esset.
Quis enim ea, quæ ad usum
& ornatum muliebrem a-
lijs atq; alijs formis & spe-
ciebus comparantur, ora-
tione complecti posset? il-
lud tamen sciendū est, quod
pro diuersitate juris diuersa
quoq; sit ratio earū rerum,
quæ ad geradam pertinent.
Iure etiam prouinciali Sa-
xonum, ad geradam perti-
nent anseres & oues, ut vi-
dere est. Sp. Sax. lib 1. art. 24
vbi ea omnia enumerantur
his verbis: Ut anseres &
oues, cista columnata, omne
filum nereatum, lectuli, cus-
sini, linteamina, mensalia,
balneamina, & manutergia
cum peluibus, candelabra,
linum, vestes muliebres, a-
nuli,

1 **G**erada iure ꝛ
Saxonico vocan-
tur utensilia, res
videlicet quæ paratæ sunt
ad usum uxoris, & quacūq;
vl-

nuli, brachialia, ferta, omnes libri qui à mulieribus visitantur, & ad Dei cultum pertinent, parua cista, cortina, perpendicula cum velaminibus, & velamen cum ornamenti. Adhuc sunt quedam clenodia ad ea pertinentia, quae non recensentur, ut specula, acus, & alia. Pannus autem non discissus ad mulierum vestimenta competens, & aurum per artificem non operatum, ad ipsas mulieres non pertinebit.

Cum tamen jure Municipali, quod peculiare est civitatis Magdeburgensis, eiusmodi pecora pertineant ad hereditatem, per textum juris Municip. art. 23. vbi etiam glossa multas in hac materia utilissimas ponit quaestiones. Inter quas ista etiam non postremum videtur habere locum. Vtrum

3

videlicet gerada mortua v-

xore

xore maneat in bonis mariti? an verò statim transeat ad hæredes defunctæ foemini sexus? Et quamvis secundum jura Saxonum, bona omnia mobilia post mortem vxoris maneant in potestate mariti. vt videre est sp. Sax. lib. 1. artic. 31. circa princip. & lib. 3. artic. 76. in verbis: *mortua postmodum ea (scilicet maritus,) in ipsis mobilibus bonis, (nisi in edificijs & utensilibus) retinet jura, quae mulier si vixisset, habuisset.*

Nam & constante matrimonio omnia bona mobilia vxoris sunt sub potestate mariti, etiam si ea in occlusa arcula, cuius clauem sola vxor habeat, reperiantur. per textum Spec. Sax. lib. 1. art. 31. & ibi glossa. attamen nullum dubium est, quod utensilia seu parapherna eximantur e potestate & dominio ipsius, & statim transeant ad pro-

xi-

ximiorē cognatā defunctæ
mulieris. per express. text.
Sp. Sax. lib. 1. artic. 27. cuius hæc sunt
verba: *Qualibet mulier mili-*
taris in duabus. vijs heredi-
tatem transmittit, utensilia
in propinquiorē cognatam,
quæ ei ex fœminino genere
adharebit, hereditatem ve-
ro in proximū, siue masculus
sit, siue femina, relinquet.

5 Quinimo † quod proxi-
mior cognata in utensilib9
præferatur matri mariti de-
functæ. textus est. Sp. Sax.
lib. 1. art. 20. ibi: *Sic etiam*
cognata eius, si uxor viro
præmoriatur, facilius quàm
mater mariti, utensilia obti-
6 *nebit.* Quod autem † hic
de cognata dicitur, multò
magis idem de filia (si nimi-
rū superest) statuendū esse.
textus Lib. 1. artic. 5. in verbis:

7 *Clericus † cum sorore sua,*
in utensilibus matris sua æ-
quam habet portionem,

ar-

argumento est. Quod de
Clerico non beneficiato, vt
qui ad Præsbiteratum aspi-
rare velit, Interp. accipien-
dum esse volunt: Clericis e-
nim (vt inquit glossa. jur. Municip.
artic. 57.) geradam accipere
admissum est, propter ora-
tiones quas pro tota Chri-
stianitate fundunt. Et idèd
si Clericus muter conditio-
nem, neq; sacerdotiū nan-
ciscatur, geradam cognatæ
mulieris restituere cogitur,
vt gloss. jur. Municip. d. artic. 57.

notat. Vnde consequens
est, si vocatur ad geradam
soror Clerici, ergò & filia
defunctæ; quod etiam su-
perius in eod. artic. expri-
mitur his verbis: *Filia quæ*
adhuc in domo est nō eman-
cipata, utensilia matris suæ
cum sorore emancipata diui-
dere non compellatur. Por-
rò casum istius quæstionis
etiam in Curia Regali, An-

K k 2

no

no 99 die vi. Mensis Maij, in causa cuiusdam Pellionis dicti Iugo viduæ, contra Franczkiewicz, Ciuiū Posnaniensium practicatū fuisse memini. Vbi de iure quidem geradam ad filiam post mortem matris perti- nuisse, eamq; post mortem suam, (viuente adhuc patre) ad proximiores cognatas transmisisse responsum;

8 quia tamen plebiscitum illius ciuitatis Anno 1552. factum secus, quod nimirum post mortem filix debeat manere penes patrem, ideò in hanc itum est sententiam. Debent autem t intra annum & diem, id est, sex hebdomadas repeti, tam gerada, quam arma bellica, quæ vulgò Herge- wech appellantur, alioquin ea cedunt iudici. per text. *Spec. Sax. lib. 1. artic. 23.* Verum

10. Hæc omnia, quæ de gera-
da

da dicta sunt, Interpretes iuris Saxonici tantummodo in nobilibus, non etiam in rusticis, locum habere statuunt. *per dicta iura. lib. 1. arti. 24. & artic. 31.* vbi tantum de nobilitaribus personis tractatur. Quod etiam expressè hæc verba *lib. 1. artic. 27. ibi:*

Ceteri verò cingulo militia carentes, post se tantummodo hæreditatem dimittunt percipiendam, innuunt.

Vxores etenim rusticorum mortuo viro, accipiunt tantum ea, de quib9 pactis dotalibus conuenerant, vt donationem propter nuptias, & meliorem tunicam. vt *videre est in textu iur. Municip. artic. 5.* et ea utensilia, de quibus vxor hæredibus mariti tam lectum, quàm mælam præparare cogitur. juxta dispositionem textus Sp. Sax lib. 3. art 38. in verbis: *Mulier cum mortua fuerit, cognata*

cuius

eius, (quæ ipsius recipit utensilia) lectū mariti, quem admodum ea vivente ornabatur, de utensilibus debet exornare, & eius mensam cum mensali, nec non sedile eius cum uno lectulo, & sedem cum cussino uno adornet. Quæ distinctio † inter nobiles & rusticos in praxi Curia Regia minimè attendi solet. Nam in Regno omnes equestris ordinis homines, Statutis & Constitutionibus Regni pro legibus utuntur; soli ciues, tam juri Saxonico Prouinciali, quàm Municipali promiscuè subsunt, licet † apud Saxones pro diuersitate status & conditionis hominum, distincta fuerint jura, vt pote Feudale, Prouinciale, & Municipale. Hæc iuxta præscriptum juris, quod cuiusq; conditioni conueniebat, ea quæ gerada nomin-

mine censerī deberent, interpretari solebant. Casus verò qui in petenda gerada, euenire solent. in glossa. jur. Municip. artic. 2 reperies.

OBSERVATIO LVII.

De Hergeveth.

SUMMARIA.

Armorū bellicorum expeditio geradam sequi solet.

Arma bellica quæ dicuntur?

Ad expeditionem armorū bellicorum quid pertineat?

Masculus ad proximum agnatum transmittit arma bellica.

Si filij sint minorēnes, quid fiat de Hergeweth?

Rustici non transmittunt ad agnatos arma bellica.

Differentia inter agnatos & cognatos.

Quo.

¹ **Q**uoniam t̄verò geradæ expeditionem, armorum quoq; bellicorū expeditio sequi solet, vt notat gloss. *jur. Municip. artic. 23. in fine.* consequens est, vt de his etiam quædam subijciantur. Arma bellica, t̄ quæ apud Saxones uno vocabulo *Hergemeth* appellantur, nihil aliud sunt, nisi suppellectilis illa, quæ ad expeditionem bellica pertinet. vt notat gloss. *jur. Municip. artic. 25.* Sunt autem illa: t̄ *Gladius mariti cum validiori equo sellato, t̄ meliora arma, quæ tempore mortis possidebat pro uno homine spectantia, cussinus cum lectulo, linteamen cum mensali uno, duæ pelues cum manutergio.* vt videre est in *textu Spee. Sax. lib. 1. artic. 27.* Quod item textus *juris Municip. in dicto artic. 25. confirmat. his verbis: Ad arma enim*
bel-

bellica pertinet dextrarius seu equus melior mariti sellatus, gladiusq; eius, clypeus item, t̄ meliora eius arma, quæ habet pro corpore unius viri: Tum t̄ quotidiana vestes, lectisterniū item bellicum, hoc est, lectulum cum cussino, duo linteamina, una peluis, mensale unum cū manutergio, caldar unum, vel aliud hunc simile. Et hæc sunt, (vt inquit *ibidem* textus) & dicuntur verè arma bellica, licet aliqui ad id alia apponere solent. Et si quid horum relicta mulier non habuerit, ac sacramento confirmare audebit, dare non tenetur. Quia verò inter arma bellica etiã vestes quotidianæ recensentur, eas saltem intelligi, quæ quotidianis usibus & bello gerendo seruiunt, non autem eas, quæ ad cultum & ornatum paratæ sunt, Scabini *Lipsenses*

ses pronunciarunt. Porrò que nadinodum mulier geradam seu utensilia transmittit in propinquiorem cognatam, vt suprà in obs. precedenti dictum est; ita
 4 etiam masculus militaris duab9 personis videtur hæreditatem dimittere, vt potè res expeditorias, id est arma bellica in proximiorum agnatum, hæreditarias verò in proximum cuiuscunq; sit sexus. per textum suprà allegatum lib. 1. artic. 27. Pro quo facit etiam textus juris municip. dicto art. 25. ibi:

Tum etiam quo pacto relicta mortui vxor proximiorum agnato illa scilicet arma bellica extradere debeat.

Quod in Praxi etiam Curie Regalis obseruatur, & in causa cuiusdam Kowalczyk, contra Annam patris ipsius relictam, Anno 96 feria secunda intra Octauas

COR.

corporis Christi; quod res huiusmodi expeditoriæ eidem post mortem patris debeantur, decisum & iudicatum fuit. Verum et id ita
 5 demum locum habet, si hæredes masculi ex lumbis defuncti descendentes omnino desint. Nam si existant, & fortè minores sint, tunc senior agnatus expeditorias accipit res, & in his eorū vsq; ad annos pubertatis tutor erit. per textum Sp. Sax. lib. 1. art. 23. Quod
 et item non de rusticis, sed
 6 nobilibus personis intelligendum esse, textus Sp. Sax. lib. 1. art. 27. liquidò indicat. Pro meliori et verò cog
 7 nitione præmissorum, notanda est differentia inter agnatos & cognatos, quam Imperator Iustin. Instit. de legit. agnator. tutela exprimit his verbis: *Sunt autem agnati, cognati per virum* 10-

KUA

xus cognationem coniuncti,
 quasi à patre cognati: velu-
 ti frater ex eodem patre na-
 tus, fratris filius, neposue ex
 eo. At qui per fœminini se-
 xus personas cognatiõe jun-
 guntur, agnati non sunt, sed
 aliàs naturali jure cognati.
 Ita q̄, amica tuæ filius, non
 est tibi agnatus, sed cognat-
 us. Quin vicem tu illi jure
 coniungeris: quia qui ex ea
 nascuntur, patris non ma-
 tris familiam sequantur.

Ista tamen differentia iure
 nouo ab eodem Imperato-
 re Iustin. omninò videtur
 esse sublata, per textum Nouelle
 Constit. us. Cap. 4. his verbis:

*Sed in omnibus successio-
 nibus agnatorum cognato-
 rumq̄ differentiam vacare
 precipimus. Et Cap. 5. ibi: Nalo
 la neq̄ in hac parte differen-
 tia introducenda, de agna-
 torum seu cognatorum jure.*

Cùm enim (vt inquit i-
 dem

dem Imp. in l. pen. Cod. de legit.
 hered.) vnus sanguinis jura
 remaneant per virilem se-
 xum incorrupta, quare na-
 turam offendimus? & legiti-
 mo juri derogamus? cum
 & aliam maximã iniuriam
 res in se continet, plerisq̄;
 quasi vulnus intestinum in-
 cognitum. Cum enim ad
 ipsarum mulierum succes-
 sionem masculi jure agna-
 tionis vocentur, quis patia-
 turearum quidem hæredi-
 tatem ad eos legitimo jure
 deferri, ipsas verò nec inui-
 cem sibi, nec masculis eo-
 dem jure posse succedere,
 sed propter hoc solum pu-
 niri, quod fœminæ natæ
 sunt, & paterno vitio, (si
 hoc vitium est) prolem in-
 nocentem grauari. de quo
 plura intrà obs. de successio-
 nibus ab intestato, videre
 licet.

OBSERVATIO
LVIII.De tutoribus, & an tu-
tor inuentarium pupilli cō-
ficere teneatur?

SUMMARIA.

- 1 Tutor non conficiens In-
uentarium dolo fecisse vides-
tur.
- 2 Tutores ob non confectio-
nem inuentary infamia noi-
tantur.
- 3 Tutores vinculo necessitus
dinis pupillo iuncti, quid
prestare teneantur?
- 4 Consanguinitatis ratio quā-
do habeatur?
- 5 Inuentary confectio an re-
mitti possit?
- 6 Inuentarium ob utilitatē
pupilli non conficitur.
- 7 Patrimony secreta pande-
re non semper expedit.
- 8 Iure Saxon. tutor ob non
confectiōem inuentary quo-
modo puniatur?

Tutor in Inuentario etiam 9
res proprias adscribens per-
dit.



Quod tutor in-
uentarium rerum
pupilli cōficere te-
neatur, non est dubium. 1

Id t̄ enim textus juris Ci-
uilis, vt pote, in l. tutor 7. in pr.
ff. de administr. tutor. in verbis:

Tutor qui repertorium non
fecit, quod vulgò inuenta-
rium appellatur, dolo fecisse
videtur. Si quis igitur dolo
inuentarium non fecerit; in
ea conditione est, vt tenea-
tur in id, quod pupilli inter-
est, quod ex iureiurando in
litem estimatur. Et in l. tuto-
res. 14. Cod. de adm. tutor. his verbis:

Tutores vel curatores, mox
quā fuerint ordinati, sub
presentia publicarum perso-
narum, inuentarium rerum
omnium, & instrumento-
rum, solenniter facere cura-
bunt. Quinimò t̄ etiam 2

macula infamiae notantur,
& tanquam suspecti ab offi-
cio tutelae remouentur tu-
tores, qui ad administratiō-
em rerū pupillariū nō con-
fecto inuentario accedunt.

per text. l. fin. vers. fin. Cod. arbitr. tut.

3 Quod ita tamen intelli-
gendum est, nisi tutores a-
liquo vinculo necessitudi-
nis vel adfinitatis pupillis
coniuncti sint. Eo enim ca-
su curatores potius adiun-
gi eis debent, quam vt no-
tata fide & existimatiōe re-
moueātur, teste Modestino.

in l. si tutor. 9. ff. de suspect. tutor.

4 Hinc colligitur, quod t
multa ratione consanguini-
tatis fiant, quæ aliàs fieri nō
possint. Nam neq; is, apud
quem adfinis vel cognatus
latro conseruatur, æquè se-
ueras legum suffert pēnas,
atq; is, qui nulla affectionis
ratione ductus, talia temerè
facit. *Non enim* (*vi* ICtus Pau-

lus in l. fin. ff. de receptat. inquit.
par est eorum delictum, &
eorum, qui nihil ad se perti-
nentes latrones accipiunt.

Verum quamuis ex iurib9
jam allegatis liquidò con-
stet, inuentarij confectiōem
in reb9 pupilli omnino ne-
cessariam esse; attamen t 5
fieri potest, vt huiuscemo-
di inuentariū non conscri-
batur, id non solum ob re-
missionem ab ipso testato-
re factam. vt in l. fin. ibi: *Nisi*
testatores, qui substantiam
transmittunt, specialiter in-
uentarium conscribi vetue-
runt. Cod. arbitr. tutela. exprimi-
mitur. Quod fallit in eo
casu, si videlicet manifestè
appareat, hanc remissionem
uergere in detrimentū rerū
pupilli, tūc enim iudex vo-
luntatem testatoris mini-
mè sequi debet. per textum
in l. in confirmando. ff. de confir. tutor.
Et l. utilitatē. ff. eodem. vbi ICtus

Triphonius utilitatem pupillorum praetorem sequi debere, non scripturam testamenti vel codicillorum ait.

Et in l. 1. §. ff. ubi pupil. educari deb. in verbis: *Et nonnunquam à voluntate patris recedit praetor. id ipsum habetur.*

6 Sed etiam si + intersit pupilli, ne forte patrimonium & facultates ipsius omnibus pandantur. per textum in l. fin. Cod. de alim. pupil. praestand.

Ubi dicitur, quod tutor suo arbitrio possit alere pupillum & sic non confecto inventario.

7 Et est ratio. + Ne videlicet secreta patrimonii, & suspectum aë alienum, quod melius est interim taceri, quam cum de modo bonorum quaeritur, ultra proferri, & contra utilitatem pupillorum apud acta jus dicentis designari. *Nihil enim (ut in l. 2.*

Cod. quan. & quib. quar. pars. deb. habetur.) *tam durum, tamque*

in

inhumanum est, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, paupertatis detegi utilitatem, & invidia exponere divitias. Et ideo

in Curia etiam Regali in causa cuiusdam Zaleski, contra Czorn, & Pelonek citos Leopolienses, Anno 91 tutores ob non confectioem inventarii, ex hac ratione quod rebus pupillorum eo modo consultum fore putarent, absolutos fuisse constat, Hinc itaque satis liquido patet, posse nonnunquam tutores citra omnem doli suspicionem, ob justas & pupillo utiles causas, inventary confectioem impune omittere. Nam & textus in d. l. tutor. 7. in pr. ff. de ad. min. tutor. id ipsum innuere videtur his verbis: *Nisi forte aliqua necessaria, & iustissima causa allegari possit cur inventarium factum non*

L 1 2

fit.

8 *fit.* Quod ꝑ etiam jure Saxo-
 xonum obtinet: quinimo
 si tutor absq; legitima causa
 non confecto inventario,
 tutelæ se ingerat, non solum
 in licem aduersus eum iura-
 tur, sed etiam vniuersale æs
 alienum, etiamsi non sup-
 petant bona pupillaria, sol-
 uere tenetur. per textum
Spec. Sax. lib. I. artic. 6. Et artic. 23.

9 Obiter autem ꝑ tutores hic
 admonitos esse velim, vt cir-
 ca confectionem inventarij
 cautè admodum agant, ne
 dum minus benè quantita-
 tem patrimoniij pupillaris
 perpendunt, plus in inuen-
 tario adscribentes, quàm re-
 uera sit, suo damno id face-
 re cogantur. *juxta. d. l. fin. eod.*
arbitr. tutel. Nemo enim (vt i-
bidem Imp. Iustinian9 tra-
dit) homo tam simplex, imò
magis stultus inuenitur, vt
in publico inventario scribi
contra se aliquid patiatur.

OB.

OBSERVATIO
LIX.De rationibus admis-
nistratæ tutelæ.

SUMMARIÆ.

Tutor regulariter non nisi 1
finita tutela, rationes admi-
nistratæ tutelæ reddere tene-
tur.

Tutor ante finitam tutelam 2
in quibus casibus conueniri
possit?

Jure Sax. tutor singulis an- 3
nis rationem administratæ
tutelæ reddere tenetur.

Rationes administratæ tu- 4
telæ etiam Magistratus per-
cipere potest:

Naturales tutores ratio- 5
nem reddere non tenentur,
neq; satisfacere.

In actionem tutelæ quid 6
ueniat?

Res pupillares casu amissas?
juramento probare debet.

Tutela quib9 modis finatur? 8

Tu-

9 Tutela & cura quando cōs
fundantur?

1 **Q**uamuis regu-
lariter † tutor ra-
tiones administra-
tæ tutelæ non nisi finita tu-
tela reddere teneatur; per
claros admodum textus in
l. nisi finita. 4. ff. de tut. & rat. distr.
in verbis: *Nisi finita tutela
sit, tutela agi non potest.* Et
in l. rationes. 14. Cod. eod. Absur-
dum enim esset, rationem
administrationis ab eo re-
posci, qui etiamnum in ea
perseueraret. per textum in
l. si tutor 9. §. 4. ff. de tutel. & ration.
distrab. Quod item locū ha-
bet in Curatore. vt est textus
in l. aduersus. 2. ibi: *Aduersus cu-
ratorē adolescentis, cui col-
lega dati estis, quamdiu ad-
ministratio cōmunis durat,
exerceri iudicium nō potest.*
Cod. de admin. tut. prout etiam
in Curia inter Shorzynski,
& Scabinos *W*ielicienses,
An-

Anno 96 feria sexta post fe-
stum conceptionis B. Ma-
riæ Virginis pronunciatum
est: attamen multi textus in
iure reperiuntur, qui tuto-
rem etiā stante tutela con-
ueniri posse, innuere viden-
tur. vt in glossa d. l. aduersus. videre
licet. Qua hanc antinomiā
huiuscemodi distinctione
conciliari posse tradit. Aut
enim † (inquit) tutor vel
curator ante susceptam tu-
tellam, vel curam, ex quo-
cunq; contractu aut delicto
pupillo obligatus est, & eo
casu potest etiam durante
illius officio conueniri, &
alius curator pupillo ad li-
tem dari solet. per textum
in § fin. Instit. ed. author. tutor. Aut
obligatus est post susceptū
onus tutelæ, tunc durante
tutelā nulla datur pupillo
actio aduersus tutorem, per
iura suprà allegata. Alia ve-
rò actiones quæ incidunt
in

in administrationem tutelæ, ut potè furci, damni, iniuriæ, & similes, etiam si durante tutela nascantur, non tamen intentari possunt, dum tutor gerit tutelam. *per textum in l. sed non datur. 10. ff. de tutel. & rat. distr. vbi dicitur: quod actiones alia præter actiõem tutela, et si aduersus tutorem durante tutela cõpetant, at tamen non dantur pupillo, dum tutor tutelam gerit.*

Quamuis alij dicant, etiã has intentari posse tempore administrationis tutelæ, nõ quidem à pupillo, sed à curatore in litem illi dato. quod glossa. in d. l. Sed nõ dantur. omnino improbat. Sed hæc omnia jure Saxonũ longe aliter se habent. Nam hoc ³ jure, si alius sit tutor pupilli, alius verò successionem eius expectet, gerens tutelã singulis annis calculum administrationis ei, ad quem successio pupilli spectat,

reddere tenetur. per textum Sp. Sax. lib. 1. art. 28. ibi: *Tutor verò pueri heredibz percepta singulis annis tenetur computare, & ei vel eis satisficere, id est cautionem facere, quod pupillares res ab eo non prauè consumantur, quamdiu puer in etate consistit pupillari. Sæpius enim accidere solet de jure, alium esse tutorem, & alium heredem.* Quod etiam confirmat textus juris Municip. art. 49. ibi: *Ex bonis etiam puerorũ de anno in annum rationem facere tenebitur, tamdiu quoad verus tutor prouisiõni intendere valebit, vel illi suos attingãt annos.*

Possunt autem ⁴ non solũ propinqui pupillorum, sed etiam Magistratus, ratiões à tutoribus præsertim datiuis, quotannis repetere, juxta quod in Curia etiã Regali inter Annam Suwierczew-

czewska & Czechowicz, Ciues Drohicienses, Anno 96 feria sexta post festum S. S. corporis Christi: Et inter Kielczewski, & successores Sebestiani Stano, ciues Lublinenses, Año quo suprà, infra Octauas corporis Christi **5** sti iudicatum est. Exceptis tamen naturalibus tutoribus, quos expectatio successione pupillorum manet. Nam hi neq; rationem reddere, neq; satisfacere coguntur. per textũ Sp. Sax. lib. 1. artic. 23. & jur. Municip. art. 26

6 Porro † in actionem tutelæ veniunt ea omnia, quæ fecit tutor, cum facere non deberet. vt inquit. Vlpian. in l. 1. in pr. ff. de tutel. & ratione distr.

Præstare siquidem debet dolum, culpam, & quantã in rebus suis diligentiam. vt notat glossa. d. artic. 23. per textum. d. l. in pr. Et certo ex præscripto legum, etiã pe-

cunias pupillares intra sex menses in vsuras collocare tenetur. per textum in *Nouella Constit. 73.* Quod quàm graue sit & periculosum, quis non videt? Si † tamen hu, **7** iuscemodi pecuniæ, & aliæ res pupilli absq; culpa & negligẽtia tutoris perierint, æquitatis ratio dicitur, vt tutor de eo non teneatur, sed vnica manu iuramento se expurget, quod & tractus iuris Municipalis artic. 26. satis clarè innuere videtur his verbis: *Adueniente tempore pubertatis easdem scilicet pecunias cum omnibus perceptis reddat, nisi probauerit ipsas in utilitatem eorũ se impendisse, vel absq; sua culpa violentier & casu fortuito easdem perdidisse.*

Quod Curia etiam Regalis tenet, & ita inter Waczlawowicz, & Vrsulã Zyngnati vxorẽ, Anno 96 Sab-

bato ante festum S. Agnetis, nec non in causa hæredum Iacobi Kraina, & Erasimum Cziplar Anno 91, pronunciatum fuit. Cæterum ⁸ tutela finitur multis modis.

Et primò quidem finitur pubertate, constitutis nimirum curatoribus, ad quos omnia negotia pupillorum pertinere dignoscuntur. per expressum textum *in pr. instit.*

⁹ *quib. mod. tut. fin.* Quamuis ⁸ ex generali quadam ubiq; locorum suscepta consuetudine, officium tutoris & curatoris confundi solear, ita vt qui semel legitimi tutores dati sunt, ijdem etiam curatores permaneant, vsq; ad legitimam ætatem adulatorum, puta 25. annos, secundum jus ciuile. vt *in pr. instit. de Curat.* vel secundum jus Saxonum 21. annos. vt gloss. *jur. Municip. artic. 26. notat.*

Quod non omninò rationi

ni dissonum esse videtur.

Tutela enim & cura magnam inter se habent differentiam, ita quod appellatione tutoris veniat etiam curator. per singularè textum. *in l. pater Scuerinam. §. Conditionum verba. ff. de condit. & demonstrad.*

Secundò finitur tutela morte, vel capitis diminutione vtriusq; puta si tutor vel pupillus in seruitutem redigarur, aut alteri se arroget.

Deniq; si ex certis causis tutor à tutela remoueatur, vel si ad certum tempus datus sit. *toto. tit. instit. quib. mod. tut. tel. fin.* quæ glossa etiam *jur. Munic. d. art. 26.* copiosè recēset.

OBSERVATIO

LX. *60*

Tutorem habenti an alius tutor dari possit?

SUMMARIA.

Tutorem habenti tutor dari non potest.

One

- 2 Uno tutore renunciante, alius dari potest.
- 3 Tutores pupillis qua persona petere cogantur?
- 4 Mater & auia praferuntur omnibus tutoribus praeter testamentarios.
- 5 Femina ab omnibus officijs Civilibus arceri debent.
- 6 Auia & mater quibus casibus ad tutelam admittantur?
- 7 Mater consolans ad secundas nuptias, a tutela & educatione liberorum remouetur.
- 8 Mater inhonestè viuens remoueri potest a tutela.
- 9 Tutores sunt aut testamentarij, aut legitimi, aut datiu.

tutela. vel curat. hab. &c. Et in l. cum iure. 9. Cod. qui pet. tut. vel curat.

Et est ratio, quia tutor habet potestatem in personā & res pupilli, quam alius superueniens inuito eo habere non potest. Si tamen † prior aut reijciat tutelam, 2 aut se indignum faciat hoc munere, non est dubium, quod alius à Magistratu, ad postulationem eorum, quibus id incumbit, dari possit. toto. tit. ff. & Cod. qui petant tut. vel curat. Et in curia Regali in causa successorū Bolenowski contra Kurzelowitam ciuem Sandomiriens. Anno 96. die 10. Octobris: tū & in causa Ioannis Sczipierski, cum successoribus Alberti Gnatowski, ciuium Zakroczymensium, Anno 99. post Octauas SS. corporis Christi, iudicatum fuisse memini. Sunt autem † 3 quaedam personæ, quæ ne-

Regula iuris est: Tutorem † habenti tutor dari non potest. per textus. in l. licet. 4. in princ. Cod. in quibus casibus

cessu habent pupillis petere tutores; alioquin aut lucro priuantur, aut puniuntur, ut est mater, & liberti. Mater enim expellitur à legitima filij hæreditate, quasi existens indigna accipere hæreditatem legitimam, negligens ei constitui tutorem. Liberti autem ex his causis accusati, apud præsidem puniuntur, ut emendentur, si apparuerint, vel propter negligentiam vel propter malitiam non petijisse. Reliqui verò cognati pro arbitrio, & voluntate petunt. ut est textus in l. 2. ff. qui petant tut. vel curat.

4 Verum qua ratione id fiat, ut mater, & quæ alias omnibus tutoribus tam legitimis quam dativis, solis testamentarijs exceptis, præferatur. ut in textu auth. matri & auie. Cod. quando mulier tut. off. fungi pot. habetur, tutores nihilo minus liberis petere teneatur?

for-

fortè quis dubitare posset: Ac proinde ut res clarior fiat, sciendum est, mulieres regulariter onus tutelæ subire non posse, eò quod tutela munus sit virile. ut patet ex l. 1. dicto tit. quand. mulier tut. off.

5 Fœminæ & verò ab omnibus officijs civilibus & publicis arceri debent. l. 2. ff. de reg. jur. Mulieres enim naturalis pudor non omnibus perperam se se manifestare concedit. ut in l. optimam. 14. Cod. de cont. stipul. Imp. Iust. tradit.

6 Mater & tamen & auia excipiuntur, quamvis mater non aliter olim tutelam liberorum suorum suscipere poterat, quàm secūdis nuptijs iuramento renunciaret. ut videre est in textu d. auth. matri & auie. cuius hæc sunt verba:

Matri & auie secundum ordinem tutelam etiã ante agnatos subire permittimus, si inter gesta nuptijs alijs, &

Sci

Sc̄ti Velleiani auxilio renunciauērit; solis testamentarijs tutoribꝯ eas precedentijs, legitimis & datiujs postpositis. Sed hoc juramētum tanquam ming honestum, jure nouissimo omnino sublatum est. per auth. sacramentum. his verbis: *Sacramentum quidem non exigetur, sed contractis secundis nuptijs, expelli eam à tutela conuenit, salua minoribus omnia alia (prout juris est) cautela*. d. tit. Cod. quan. mul. tut. off. fung. Quod item in auth. eisdē. Cod. de secund. nupt. repetitū.

7 Vnde ꝑ manifestē liquet, quod mater conuolans ad secundas nuptias, propter quas, vt Imp. Iust. No. Constit. 22. Cap. 4. tradit) contristatur anima defuncti, non solum à tutela, sed etiam ab educatione liberorum suorum remoueri possit. per textū in l. 1. in verbis: *Edu-*

catio pupillorum, nulli magis quam matri eorum, si in vitricum eis induxerit, committenda est. Quando autem inter eam & cognatos & tutores super hoc orta fuerit dubitatio: aditus praesens provinciae inspecta personarū qualitate, & cōjunctione perpendet, ubi puer educari debeat. Cod. ubi pupil. educ. deb.

Quod multo magis ꝑ dicendum est, quando inhonestē luxuriose uicit. vt not. gloss. in d. auth. Sacramentum. in verbis contractis secundis. Ne uidelicet plus habeat priuilegij turpitudine mulieris, dum impudicē uiuit, quā habet castitas, dum honestē nubit. per textum in Nouella Constit. 39. Cap. in verbis: *Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria*. Obiter ꝑ autem notandum est, tutores alios dici testamentarios, alios legitimos, au-

os deniq; datiuos. Testamē-
tarij propriè dicuntur, qui à
defuncto patre in testamen-
to liberis constituuntur. Le-
ge etenim. 12. tabularum
per nissum erat parentibus,
vt liberis suis, quos in pote-
state habent, tam masculini
quam foeminini sex, tutor-
es dare possent. vt videre est
in l. x. ff. de testam. tutela. Qui præ-
feruntur etiam matri & auix,
vt supra dictum est. Et in
Curia in causa cuiusdam
Karcz tutoris testamentarij,
Francisci Woinarowicz,
contra Agnem Woinaro-
wa, ciuium Leopoliensium
Anno 91 pronunciatū fu-
it. Legitimi verò dicuntur
agnati, quib9 parente inte-
stato mortuo, defertur tu-
tela. vt patet ex. l. intestato. et l. legiti-
mos. ff. de legit. tut. Datiui deniq;
què sunt, qui à magistratu
deficientibus testamentarijs
& legitimis, dantur. l. 2. et se-
que

quentib. ff. de tut. et curat datis ab his
qui ius. dandi hab. vbi etiam
plura de tutoribus cognos-
cere licet, quod & glossa
fur. Municip. art. 26. vers. vnde tutor.
latissimè tractat.

OBSERVATIO LXI.

An tutor res pupillae
alienare possit?

SUMMARIA.

Tutores res pupillarum si-
ne decreto iudicis alienare
non possunt. 1

Tutor quas res pupillae alie-
nare queat? 2

Iusta causa in alienatione
bonorum pupillae requiritur. 3

Decretum in alienatione
bonorum pupillae necessarium
est. 4

Authoritas veri tutoris
in alienatione bonorum pu-
pillae interuenire debet. 5

Pupillus quibus modis res
à tutore alienatas consequi
possit? 6

Be-

7 *Beneficium in integrũ restitutionis pupillo quando detur?*

8 *Rei vindicationem intra quod tempus pupillus instituere debeat?*

9 *Adulti etas Iure Saxonũ quanto temporis spacio censetur?*

Ndubitati iuris est, quod tutores res & bona pupillorum sine decreto iudicis vendere, aut alio quouis modo alienare non possint. vt videre est in *Oratione D. Seueri Imperat.* que in l. i. ff. de rebus cor. qui sub tut. vel cura sunt, non alien. ponitur his verbis: *Præterea patres conscripti interdiciam tutoribus vel curatoribus, ne prædialia rustica vel suburbana distrahant, nisi vt id fieret, parentes testamento vel codicillis cauerint. Quod si forte as alienum tantum erit,*

vt

vt ex rebus exteris exolui nõ possit, tunc Prætor Urbanus vir clarissimus adeat, qui pro sua religione æstimet, qua possint alienari, obligariue debeant; manente pupillo actione, si postea poterit probari, obreptum esse Prætori. Si communis res erit, socius ad diuisionem prouocet, aut si creditor, qui pignori agrum à parente pupilli acceperit, jus exequetur, nihil nouandum censeo.

Quamuis enim hic de prædialibus & rebus soli tunc tantum modo agatur, posteriores tamen Imperatores, ad omnes omnino res pupillorum hoc rescriptum extendi voluerunt. vt videre est in l. lex que. 22. Cod. de admin. tut.

Exceptis tamen ijs rebus quæ seruando seruari nõ possunt: quales sunt vestes detritæ, & superuacua animalia. per textum l. fin. Cod. quæ. decreto

opus non sit. Necessè est itaq;
 vt in alienatione rerum mi-
 noris tria concurrant potif-
 3 simum. Primò, *†* iusta & ne-
 cessaria causa, qualis est æs
 alienū pupilli, quod aliun-
 de solui non possit, nisi di-
 strahsi illius rebus. per ex-
 pressum textū in *l. ob es. 12. Cod.*
de præd. & alijs reb. minor. non alien.

Quod glossa ibidem pro-
 ducit ad similes causas, vt
 potè dotem, donationem
 propter nuptias, famem &
 inopiam alimentorum, non
 solum ipsius pupilli, sed etiā
 coniuctarum personarum;
 item sterilitatē fundi, si vi-
 delicet ita sterilis sit, vt nul-
 los omninò aut valde exi-
 guos fructus faciat, & plus
 incommodi quàm cōmo-
 di adferat. per textum in
l. si fundus. ven. ff. de reb. eor. qui sub
tut. non alien. Quibus adtipu-
 latur etiam glossa jur. Mu-
 nicipalis. art. 26. vbi octo
 fe-

ferè casus, quibus alienatio
 rerum pupillarum à jure est
 permessa, recensentur. Se-
 cundò *†* requiritur decretū
 4 magistratus, qui iustane &
 legitima causa ditrahendi
 subsit, an non, cognoscat.
 per textum. in *l. siquidem 11. dict. tit.*
Cod. de præd. minor. Tertiò *†* ne-
 cessaria est autoritas veri
 5 tutoris. toto tit. ff. de autor. tut.
 Et per express. textum in *l. vlt. ibi:*

Sin autem minoris forte
persona fuerit inserta, neces-
se sit legitima defensionis, id
est tutoris venditioni perso-
nam adesse, Cod. si propter publ.
pensit. vend. fuer. celeb. Horum
 verò aliquo deficiente inua-
 lida & prorsus nulla est alie-
 natio, habetq; *†* minor eo
 6 nomine non solum tutela
 personalem actiōem aduer-
 sus tutorem. vt toto tit. ff. de ad-
 ministrat. tut. videre licet, sed
 etiam rei vindicationem ad
 res suas à quocunq; posses-
 so-

fore reuocandas. per textus satis claros, in l. magis puto. §. §. pen. in verbis: *Manet actio pupillo, si postea probari poterit, obreptum esse pratori, sed videndū est, utrum in rem, an in personam dabimus ei actionem, & magis est, ut in rem detur, non tantum in personā, aduersus tutores vel curatores*, dicta tit. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Et in l. 10. in verbis: *Prædiorum quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti præses opprem feret.* dicta tit. Cod. de præd. minor. Et hac de re in

6 Curia in causa successorum cuiusdam Bolewski, contra Kurzelowitam ciuem & Pharmacopolam Sandomiriensem, Año 96. die x. Octobris, disputatum fuisse memini, vtrum videlicet personali actione potius, quam rei vindicatione, pupilli ea, quæ à tutoribus a-

lie-

lienata sunt, consequi debeant. Quinimò etiamsi supradicta omnia circa alienationem rerum minoris interueniant, si tamen is postea maior factus lasum se esse doceat, in integrū restitutionem locum habere, textus in l. siquid. xi. d. tit. Cod. de præd. minor. testatur his verbis:

Si verò iure interposito decreto venditionem vili pretio eius possessionis, cuius vires ignorabat, fecit juxta perpetui edicti auctoritatem, in integrum restitutio, causa tamen cognita, probetur.

Acq; ita in Curia Regia inter prædictum Kurzelowitā, & dictos Bolewski successores, tum temporis iudicatum memini. Quod nihilominus ita verum est, nisi pupillus maior factus, ratam habuerit huiuscemodi alienationem, idq; aut expressè, ut videre est toto. tit. Cod.

si

si maior fact. alien. factam sine decret. rat. hab. aut tacite, si nimirum intra vigesimum nonum annum, hoc est, quadriennio post completos xxv. annos (quæ jure Civili perfecta & legitima ætas dicitur. vt videre est toto tit. ff. de minor. 25. annis) nõ vtatur hoc beneficio in integrum restitutionis. per textum in l. fin. ibi: *quadriennium continuum tantummodo numerari ex die, ex quo annus utilis curreat, qui incipit currere, ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit.*

Cod. de tempor. in integr. restit.

8 At ¶ ordinarium illud rei vindicationis beneficium nequaquam tantò temporis interuallo amittitur, sed in causis onerosis toto quinquennio, in lucratiuis verò inter presentes decennio, inter absentes vicennio, post impletos viginti quinque an-

nos

nos consumitur. per expressum textum. in l. fin. Cod. si maior. fact. alien. fact. sine decret. rat. hab.

De jure verò Saxonum ¶ 9 quia perfecta & adulta ætas censetur, cum quis complevit vigesimum primum annum. vt patet ex textu Sp. Sax. lib. 1. artic. 42. in verbis: *Post vigesimum unum annum homo discretionis attingit annos; idcirco cõsequens est, quod etiam hoc jure beneficium in integrum restitutionis; ultra vigesimum quintum ætatis annum completum durare non possit. Quamvis enim in jure Saxonico de restitutione in integrum nihil omninò habeatur; at tamen æquitatis ratio suadet, vt quando pupillus per vindicationem (quæ iuxta præscriptum juris Saxonici intra annum & diem, post completum decimũ quartum ætatis annum intentari*

ri

ri debet) res sine decreto à tutore alienatas repetere neglexit, eo remedio illi subueniatur, & ad ius civile recursus fiat. Semper enim eatenus obseruari debet jus commune, donec Statuto contrarium sit expressum. vt supra obs. de donat. inter vir. & vxor. num. 7. dictum est.

OBSERVATIO LXII.

Vtrum tutori contra pupillum actio dari possit?

SUMMARIA.

- 1 Tutor in rem suam obligare pupillum, aut res pupillares emere non potest.
- 2 Pupillus tutori ex administratione tutelae obligatur.
- 3 Officiū nemini damnosum esse debet.
- 4 Nemo cum alieno damno locupletari debet.
- 5 Tutela iudicium est bonae fidei.

Tutor expensas in litem pupilli nomine factas quando repetat?

An ea, quae tutor negotijs pupillaribus impeditus lucrari non potuit, in actionem tutelae veniant?

Tutor vsuras, quas in rem pupilli impendit, consequitur.

Sed an tutori aduersus pupillum, si quid forte de suo in res ipsius impendat, contraria tutelae actio competat, consequenter quaeri potest? Et quamuis regulariter sine tutoris auctoritate pupilli non obligentur, nec in rem suam obligare tutor pupillum, aut res pupillares etiam per interpositam personam emere possit, per tex. Sp. Sax. lib. 1. art. 24. attamen receptum est, ut tutori suo pupillus civiliter obligetur ex administra-

Tutor Non tione

tione scilicet tutelæ. *Provo-*
cãdi etenim (vt inquit Vlp.
 in l. i. in pr. ff. de contr. tut. & util. act.)
fuerant tutores, vt promp-
tius de suo aliquid pro pupil-
lis impendant, dum sciunt
se recepturos id, quod impen-
derint. Nimis siquidẽ du-
 rum esset, tutorem contra
 suam utilitatẽ pupillo pro-
 uidere debere. teste glossa,
 in l. quicquid. Cod. arbitr. tutel.

3 Quinimò ¶ rationi atq;
 æquitati minimè congruit,
 vt officium tutoris debeat
 illi esse damnosum. per text.

4 in l. 7. ff. quemadm. testam. aper.
 Vel ¶ vt pupillus cum ali-
 eno damno locupletetur.
 per text. in l. iure natura. 206. ff. de
 reg. juris: Et ideo in Curia
 Regali, in causa *Waczlawo-*
wicz tutoris, cõtra *Vrsulam*
uxorem cuiusdam dicti *Fy-*
ganti, Anno 96. Sabbato
 ante festum Sanctæ Agne-
 tis, solutio eorum, quæ tu-
 tor bona fide in negotia pu-
 pillæ,

pillæ de suo exposuerat, in-
 iuncta est. Cum autem ¶ 5
 hoc iudicium sit bonæ fidei,
 vt notant DD; in l. Sancimus.
 28. Cod. de admin. tuto. meritò e-
 tiam non nisi ea, quæ bona
 fide à tutore sunt gesta, vel
 exposita, hoc iudicio repeti
 possunt. Proinde ¶ si lites 6
 iniustas minusq; necessari-
 as faciant, expensas eo no-
 mine nequaquam reputa-
 bunt. per expressum textũ
 in l. non est ignotum 6. his verbis:

Non est ignotum, tutores
vel curatores adolescentiũ,
si nomine pupillorum vel
adultorum scientes calum-
niosas instituant actiones, eo
nomine condemnari oporteo-
re, ne sub pretextu nominis
eorum propter suas simulta-
tes, securè lites suas exercere
posse existiment. Cod. de admin.
 tut. Sed si bona fide lites mo-
 ueant, etiã si causa postmo-
 dum cadant, nihilominus
 ju-

justum est, ut sumptus in eam factos percipiant. Sufficient enim tutori, bene & diligenter negotia gessisse: et si euentum aduersum habuit quod gestum est. per textum in l. quid ergo §. 7. ff. de contr. tut. & vtili act. Licet etiam hoc casu, si plus futurum sit in persequendo detrimento, quam in obtinendo emolumentum DD. existiment, tutorem nullomodo sumptis perere posse. arg. l. mediterranea. §. Cod. de ann. & trib. lib. 10. ibi: *Ut plus haberet dispendij translatio, quam deuotionis illatio.* Ac praeterea et in hanc actionem venire etiam ea, quae tutor pupillaribus negotijs impeditus lucrari non potuit. DD. in d. l. quicquid. 7. Cod. arbitr. tutelae. notant.

8. Nam et usuras eius pecuniae, quam in rem pupilli iuste & legitime impendit, consequetur. per textum. l. 3. §. 1. & sequ. ff. de contr. tut. & vtili actione.

OBSERVATIO
LXIII.

De testamentis.

SUMMARIA.

1. *Pater in Testamento vni liberorum plus quam alteri relinquere possit.*

2. *Inaequalitas causa est discordia.*

3. *Pater legitimam cuiuslibet filiorum relinquere debet.*

4. *Liberis etiam secundi matrimonij plus potest relinquere pater, quam ex priore matrimonio procreatis.*

5. *Inaequalitas inter liberos quando locum habeat?*

6. *In testamento quae solennitates requirantur?*

7. *Testamentum etiam minus solenne inter liberos locum habet.*

8. *Testamentorum duo genera in iure reperiuntur.*

9. *In condendis testamentis consuetudo spectari debet.*

OB.

N 2

Te.

10 *Testamenta domi ab agros
tis plerunq; fieri solent.*

11 *Testamenta de bonis immo-
bilibus fieri non possunt.*

12 *In legato ad pias causas te-
stamentum etiam minus so-
lenne valet.*

13 *Princeps ex plenitudine po-
statis supplere potest solenni-
tates testamenti.*

14 *Statutum Regni, quod Rex
ad agros mittat.*

Tam verò vt de
testamenti quæ-
dã adiiciantur,
huius operis postulare vide-
tur ratio. Qua in re non in-
elegans primum sese offert
quæstio. Vtrum ꝑ videlicet
pater uni filiorũ plus quam
alteri in testamẽto designa-
re aut legare possit? Et quã-
uis naturali ratiõẽ inspecta,
pater inter filios æqualita-
tem seruare debeat, vt potẽ
qui etiam intestato parenti

æquo

æquo jure successuri essent,
per textum in l. inter filios. ii. Cod. fa-
mil. ercisc. & auth. in successione. Cod.
de suis & legit. hered. Inæquali-
tas ꝑ enim (experientia te-
ste) perpetua causa discor-
diæ est, verumtamen explo-
rati juris est, patrem in testa-
mento vni filiorum plus
quam alteri, relinquere pos-
se, dum modo ꝑ legitimam
quilibet illorum consequa-
tur, per expressum textũ in
l. parentibus. Cod. de inoff. testam.
cuius hæc sunt verba: *Pa-
rentibus arbitrium diuidendi
de hereditatis inter liberos
adimendum non est; dum-
modò non minus is, qui pie-
tatis sibi conscius est, partis,
quæ intestato defuncto po-
tuit ad eam pertinere, quare
tam (quæ legitima appellatur)
ex iudicio parentis obtineat.*

Quinimo ꝑ etiam filijs se-
cundi matrimonij potest
pater plus relinquere, quam

fi-

filijs ex priore matrimonio procreatis. per express. text.

in Auth. de nuptijs. Cap. illud quoq;

5 Proinde ¶ non obstant jura supra allegata de æqualitate inter liberos seruanda: Hæc enim ita demum locū habent. si expressa volūtas patris testantis in contrarium non apareat. *arg. auth. testamento. in verbis. ita demū si parens hoc designauit expressim.*

Cod. fam. erisc. Et hoc est, quod etiam Imperator Leo in l. vi liberis. 17. his verbis: *Ut liberis tam masculini quam foeminini sexus, siue sus iuris, siue in potestate constitutis, quocunq; jure intestata successionis, id est, aut testamento penitus non condito, aut si factum fuerit, contra tabulas bonorū possessione petita, vel in officio si querela rescisso, æqua lance pariq; modo prospici possit.*

Cod. de coll. tradit. Vnde manifeste-

festè liquet, quod in dubio, quando videlicet succedunt ab intestato, æqualitas inter liberos seruari debeat, secus quando ex testamento, in quo voluntas testatoris in contrarium expressa inuenitur. Ac insuper ¶ licet in condendis testamentis certæ solennitates, vt potè præsentia septem testium, subscriptio ac sigillatio eorundem, & testatoris, atq; alia, quæ in l. hac consultissima. 21. Cod. de testam. tradita sunt, requirantur; attamen ¶ inter liberos etiam minus solenne 7 testamentum, saltē coram duobus testibus, locum habet. per expressum textum in d. l. hac consultissima. in verbis:

Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos à parentibus viriusq; sexus habeatur, non volumus.

Et hoc in testamento quoque

quæ nuncupatio Interpret.
Iuris procedere asserunt.

8 In jure enim ꝛ Ciuili duo
potissimum genera testa-
mentorum reperiuntur. vt
*in l. patris. 20. §. 1. ff. de vulg. & pup.
subst. videre est. Vnum, quod
fit scriptis coram septem te-
stibus ad id rogatis, qui vt
semper adsint scriptioni ip-
sius testamenti, non est ne-
cesse, sed tantum vt audiant
à testatore, hanc esse ipsius
voluntatē. per d. l. hac cōsultissima.*

Alterum dicitur nuncupa-
tium, quod fit viua voce
sine scripturæ solennitate,
cū videlicet testator corā
septem testibus vltimam a-
perit suā voluntatē, quam-
uis id in scripturam quoq;
redigi possit. vt *in d. l. hac con-
sultissima. §. per nuncupationem.*
habetur. Ceterum ꝛ in cō-

9 dendis testamentis consue-
tudo cuiusq; loci, maximè
verò domicilij ipsius testa-

to.

toris spectāda est. per text.
in l. si non speciali. 9. Cod. de testament.

Et huiusmodi testamen-
tum vbiq; locorum, etiam
extra illud territorium, in
quo conditum est, valet, ita
vt ex eo bona vbiq; lo-
corum sita, ab hærede in
tali testamento scripto, peti
possint. Semper enim in
his quæ solēnitatem aliquā
requirūt, id sequimur, quod
in regione, in qua actum est,
frequentatur. per textum
*in l. semper. 34. ff. de reg. juris. Et tex-
tus Sp. Sax. libro. 1. art. 30. expres-
sè testatur, quod hæreditas
secundum jura loci, in quo
sita est, adiri debeat. Quod
Curia quoq; inter Knaust
actorem, & Dackkonios ci-
tatos, Anno 96. feria quar-
ta ante festum S. Simonis
& Iudæ Apostolorum, & in
causa successorū Ioachimi
Plonski & Plonska, Anno
1600. feria quarta post fe-
stum*

stum conuersionis Sancti
Pauli Apostoli sequi voluit.

10 Solet autem ꝑ plerunq; fieri
testamentū ab ægrotō do-
mi, conuocato ad hoc legi-
timo Magistratu. Ea enim
quæ voluntariæ sunt juris-
dictionis, vt est factio testa-
menti, etiam extra locum
iudicij, corā iudice, vel ma-
gistratu gesta, non secus in-
telligenda sunt, ac si coram
iudicio, & apud acta gesta
essent. *argum. l. 1. ff. de off. consul.*
Seco est in illis quæ sunt ju-
risdictionis contentiosæ, &
cognitionem requirunt.

Nam in his locus publicus
iudicij destinatus seruari de-
bet. per expressum textum
in l. pen. in verbis: *Ubiunq;
prator salua maiestate im-
perij sui, saluoq; more maio-
rum, jus dicere constituit, is
locus recte jus appellatur.*

ff. de iustit. & iure. Sanè quantū
attinet testamēta, nulla lex
de-

demonstrari potest, quæ il-
la apud acta publica, in pu-
blicoq; loco fieri præcipiat,
sed tantum vult testamenta
iudicio offerri, & quamuis
priuatim sint cōfecta, actis
publicis insinuari. per text.
in l. testamēta omnia. 18. Cod. de testam.

Nam & ratio æquitatis
id ipsum suadet, propter in-
firmos, qui testari volentes,
in publicum prodire non
possunt. Et ideò Magistra-
tus semper curare debet, vt
tām ipse, quàm testes præ-
sto adsint testari volentib;.
vt in textu. l. curent. 22. ff. de testibus.
dispōitur. At ꝑ jura Saxonū
tām Prouinciale, quā Mu-
nicipale, de rebus immobi-
libus testamenta fieri non
posse disponunt. Nam iu-
xta præscriptum istorū iu-
riū, alienationes bonorum
immobilium coram iudi-
cio bannito fieri debent.

*per textum Sp. Sax. lib. 1. artic. 21. &
suprà objection. de donat. omnium*

bon. copiosiq; dictū est. Excep-
 12 pro ꝑ legato ad pias causas,
 prout in Curia in causa Ad-
 uocati & Scabinorum Ci-
 uitatis Camenerensis, con-
 tra seniores artis sutoriæ,
 ciuitatis eiusdē, Anno 91.
 pronunciatum est. Summa
 etenim ratio est, quæ pro re-
 ligione facit, vt in l. sunt persone.
 43. ff. de religioſ. & sumpt. funer.
 habetur. Nec obstat quod
 D. olim Regi Stephano, in
 causa Petri Sucholewſki, ci-
 uis Warſawienſis, contra
 Dororheam Antonij Caſi-
 miri relictam. Anno 83.
 Sabbatho, in craftino feſti
 11 Sanctæ Mariæ Magdalenæ,
 testamentum de bonis im-
 mobiliibus in præſentia te-
 ſtium ab ægroto domi con-
 ditum, ſaltem coram Secre-
 tario Regio recognitum, &
 ad iudicium bannitū trans-
 miſſum, approbare viſum
 13 fuerit. Id enim ꝑ ex pleni-
 tu-

tudine poteſtatis, & autho-
 ritatis ſuæ Regiæ (qua alia
 omnia iudicia & ſubſellia
 conſtant) ſe feciſſe teſtatur.

*Omnium ſiquidem (vt inquit
 textus. in l. omnium 19. Cod. de teſtam.)
 testamentorum ſolemnitatē
 ſuperare videtur, quod in-
 ſertum mera fide precibꝫ in-
 ter tot nobiles, probatasq;
 personas, etiam conſcientia
 principis tenet. Hinc ꝑ illud
 profectū eſſe videtur, quod
 14 in Regno obſeruat, vt Rex
 ad homines equeſtris ordi-
 nis ægrotos, de rebus qui-
 buſcunq; diſponere volen-
 tes, mittendi habeat facul-
 tatem, illudq; quod coram
 delegato Regis recognitum
 eſt, adeo firmum atq; vali-
 dum cenſeatur, ac ſi iudicio
 actisq; publicis inſinuatū
 eſſet; prout in Statuto Re-
 gis Sigismundi Auguſti an-
 no 1550. Petricouix lato,
 videre licet.*

OBSERVATIO
LXIII. *64*

Collatio bonorū inter
hæredes an de jure locum
habeat?

SUMMARIA.

- 1 *Liberi in diuisione hereditatis à parentibus percepta conferre tenentur.*
- 2 *Ea quæ ex testamento ad liberos perueniunt, non veniunt in bonorū collationē.*
- 3 *Falcidia quæ dicatur?*
- 4 *Militia causa à parentibus data, an cōferri debeant?*
- 5 *Lucrum quid propriè dicatur?*
- 6 *Dignitatis adipiscēda causa percepta num conferantur?*
- 7 *Emancipati liberi, jure Saxonū bona conferre tenentur.*
- 8 *Arma bellica non veniunt in bonorum collationem.*
- 9 *Sumptus in studia filiorum à patre facti, & ornāmēta*

mihi

muliebria filia comparata, bonorū collatiōi non subsunt 10
Dos & donatio ante nuptias veniunt in collationem bonorum.

Emancipatio eximit liberos ex patria potestate. 11

Emancipatio quibus modis fiat? 12

Vprà dictum est, quod pater in testamēto vni liberorum plus, quam alieri, assignare possit; Num verò ea, post mortem deinde patris, cæteris coheredibus cōferri debeant, quæri non incommodè potest. Regulariter quidem † liberi omnia à parentibus percepta, in diuisione hereditatis conferre tenentur. *toto tit. ff. & Cod. de collat. bonor.* Vult enim lex, liberos defuncto æquis portionibus succedere, per textum in *auth. nouissima. Cod. de inoff. testam. & Nou. 18. cap. 1.*

Oo

Ve-

Veruntamē ea locum ob-
tinent in his, quæ à viuis pa-
rentib9 liberi sunt cōsequu-
ti, secus est in his, quæ ex
te tamēto ad eos perueniūt.

- 2 Hæc enim jure † proprio
illi habent, neq; coheredib9
conferre tenentur. per ex-
press. textum in l. in quar-
tam ibi: *In quartam hære-
ditatis, quam per legem Fal-
cidiam heres habere debet,
imputantur res, quas jure
hæreditario capit, non quas
jure legati, vel fidei commis-
si, vel implende conditionis
causa accipit; nam hæc in
quartam non imputantur.*
ff. ad l. Falcid: Nam sicut à lega-
tarijs & fideicommissarijs,
liberi à patre exherediti, ju-
re reperunt Falcidiam, seu
3 legitimam, quæ olim † fu-
it quarta pars hereditatis.

l. illud. 20. Cod. de coll. Iure autem
novo, pro numero libero-
rū triens vel semis. Nouel.

de-

de triente vel semisse; ita in-
ter se, si ab intestato succe-
dant, tenentur quoq, res à
parentibus viuis perceptas
in medium conferre, ne si
id non faciant, inæqualitas
inter ipsos inducatur. Porro
non omnia, quæ à parētib9
viuis alicui liberorum da-
ta sunt in collationem veni-
re debent. Quid enim † si
pater viuens filio militiæ
causa aliquid dederit, an &
illud in diuisione heredita-
tis cōferri debeat? Sanè om-
ne lucrum, quod ea militia
acquirit, & tempore mora-
tis defuncti patris ad eum
peruenit, conferri debet per
expressum textum in d. l. illud.
ibi: *Quod tam in alijs, quā
in his, qua occasione mili-
tiæ vni hæredum ex defuncti
pecunijs acquisita lucratur
is qui militiam meruit, lo-
cum habebit; ut lucrū quod
tempore mortis ad eum per-*

uc-

venire poterat, nō solum te-
stamento cōdito quarta par-
ti ab intestato successione
computetur, sed etiam ab in-
testato conferatur: ita tamē
ut filius ex eo lucro vicissim
deducat estimatiōem oneris,
quod militia causa subyt.

5 *Lucrum* † enim id proprie
dici solet, quod fit onere de-
ducto. l. Mutius ff. pro Socio.

Ac proinde quod de lucris
militiæ à filio factis dictum
est, idē omninō dici potest
de omni lucro, quod filius
fecit ex pecunia patris, ut id
omne mortuo patre in col-
lationem veniat, operis ta-
men & sumptib9 deductis.

6 Sed † mirum adhuc cui-
piam videri possit, cur filius
ea, quæ adipiscendæ digni-
tatis causa à patre accepit,
conferre nō teneatur? pro-
ut text. in l. x. §. sed an. ff. de collat.
disponit his verbis: *Sed an*
id, quod dignitatis nomine à
pa-

patre datum est, vel debetur,
conferre quis in nomine o-
gatur, videamus; Sait Pa-
pinian9 libro tertio decimo
quæstionum, non esse cogē-
dum. Hoc enim propter
onera dignitatis præcipuum
haberi, text9 ibidem tradit;
fortè quòd dignitatibus &
munerib9 publicis obeun-
dis, maiora insunt onera,
quàm militijs. Verum † ju-
re Saxonum emancipati li-
beri post parentū obitum,
ad divisionē hereditatis cū
nō emancipatis minoribus ad-
mittuntur, nisi prius cum ju-
ramento, bonorū cum quib9
emancipati fuerint, præ-
ter utensilia & res expedito-
rias, fecerint collationem.
Sp. Sax. lib. x. art. 13. Res etiam
† expeditoria, seu arma bel-
lica, etiam à nō emancipatis
non cōferuntur per expre-
tex. Sp. Sax. d. lib. 1. art. 10.
in verbis: *Si pater suo filio*

vestimenta, equos, aut arma donauerit tempore quo donationem perficere potuerit. Et cum filius eisdem valeat uti, huiusmodi donata post mortem patris cum fratribus diuidere, aut domino patris, seu patris heredibus, si ipse in generatione non fuerit equalis, reddere non tenetur, etiamsi filius à patre in bonis non sit emancipatus. Quod itidem ¶ de sumptibus, quos pater in studia filio impendit, & de ornamentis muliebribus filiae à patre comparatis, dicendum esse videtur. Nam & hæc in collationem venire nō debent; quamuis dotem ¶ filia, quam à patre accepit, prout & filius ante nuptias donationem, conferre teneantur. per textum in d.l. illud. §. adhuc. Cod. de collation.

Quod & in Curia praxis perpetua tenet. Et in causa

loa.

Ioachimi Plonski contra Plonska Warsouiae Anno M. D. C. feria quarta post festum conuersionis Sancti Pauli Apostoli, ita iudicatum est. Nec desunt, qui contrarium omninō sentiunt, ut potè, quod liberi emancipati, ea cum quibus emancipati sunt, non conferant, & nihilominus ad diuisionē hereditatis paternæ admittantur; quod & Magdeburgenses Scabini sequi maluerunt. ut notat glossa Sp. Sax. d. lib. 1. art. 13. Obiter autem ¶ notandum est, quod ¶ quamuis naturaliter liberi ex iustis nuptijs procreati, maneant in patris potestate; toto. tit. Instit. de patr. potest. attamen per emancipationem ab ea eximuntur. §. pretera. Instit. quib. mod. jus patri. potest. sol.

Emancipatio ¶ verò, olim ¶ quidē fiebat per imaginarias venditiones & manumif-

missiones; postmodum vero ex Constitutioe Iustini-
ani coram iudicibus vel ma-
gistratibus competentibus
esse cepit. d. §. preterea. Ac ho-
dic huiusmodi emancipa-
tiones non sunt in usu.

Nam filius, qui ex domo pa-
tris discedit, & proprios la-
res constituit, pro emanci-
pato habetur; sic & filia in
matrimonium elocata, desi-
nit esse sub potestate patris,
& sub mariti potestate ma-
neret, quod etiã tradit gloss.
Spe. Sax. d. lib. artic. 13.

OBSERVATIO LXV.

De Successionibus ab
intestato, & an prãmortui
fratris filij, cum patruo ad
successioem alterius patrum
ab intestato vocentur?

SUMMARIA.

1 Iure 12. tabularũ fratrum
si

filij à patrum excluderentur.

Fratrum filij, jure novo, 2
cum patrum ad successioem
vocantur in stirpes.

Iure Saxonum, fratris pra- 3
mortui filij, per patruum à
successioem defuncti patrum
excluduntur.

Frater distinctus excludi- 4
tur à patre utrinq; coniuno
cto.

Indistinctorum fratrum 5
filij cum fratribus defuncti
distinctis, pariter ad succes-
sioem vocantur.

Ius representationis in fra- 6
trum filijs, ex Constitutioem
Imperatoris Caroli quinti
observatur.

Praxis Regni, quod fratrum 7
filij in stirpes succedant.

Votum patris est, ut suc- 8
cessio ad filios perveniat.

Fortuiti casus, ubi par est 9
in utramq; partem ratio,
ibi neuter ladi videtur.

Fratrum filij praferuntur 10
pat

patris defuncti jure Civili,
at jure Saxonico secus.

- 11 In successione non attenditur differentia sexus.
- 12 In Regno masculi feminas excludunt à successione.
- 13 Lege Mosarica frater repellebat sororem à successione.

Successiva & nō inutilis in materia successioneis quaestio occurrit: utrū premortui fratris filij, cum patruo, id est, fratre defuncti, ad successioneis alterius patris, ab intestato vocentur, vel ab eo excludantur? Et quavis ¹ jure veteri, lege nimirum, 12. tab. fratrum filij, tanquam remotiores, ut potè in tertio gradu constituti, à patris gradu proximioribus excluderentur. prout id ex textu. Instit. de leg. agnat. success. in §. si plures. ibi: Si plures sint gradus agnatorum: aperte lex 12. tab. proximum

vocat. Itaq; si (verbi gratia) sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et manifestè liquet.

Quod item, in l. post consanguineos 2. §. legitima hereditas. 4. ff. de suis. & legit. hered. haud obscure innuitur; attamen ² jure nouo, Constitutioe nimirum Iustiniiani, vnà cum patruis admittuntur ad successioneis patris defuncti, idq; in stirpes, propter jus representationis, quo referunt personam patris sui, & collocantur in loco ipsius, gradu nimirum secundo: unde consequens est, quod tantū ex hereditate accipiant, quantum pater illorum accepturus esset. per express. text. in auth. de hered. ab intestat. veni. constit. 113. §. si autem. cuius haec verba.

Si autem defuncto fratres fuerint, & alterius fratris aut sororis premortuorum filij, vocabuntur ad heredi-

tatem istum de patre & matre thij masculis & feminis: & quancumq; fuerint, & tantam ex hereditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus esset accipere, si superstes esset &c. Verum & jure Saxonom, quandoquidem repræsentatio in solis descendentibus, non autem collateralibus, locum habet. per dextum Spec. Sax. lib. 1. artic. 3. necessario sequitur, quod ad normam legis 12. tab. fratris præmortui filij, per patrum à successione defuncti patris excludantur, idq; propter vulgatam regulam: Qui proximior gradu, propior ad successionem. quæ colligitur ex textu Sp. Sax. lib. 1. art. 3. ex his verbis: Qui autem se in proximiori gradu huic, de cuius hereditate agitur, probauerit, præfertur ei qui ul-

teriore obtinet gradum:

Quod autem fratrum filij sint remotiores, patris verò proximiores, textus d. lib. 1. art. 3. ibi: In colli & corporis membro, eorum proles, quæ de eodem patre & de eadem matre originem produxerunt, constituitur. Indistinctorum autem fratrum filij in membro annexionis brachij & corporis ponuntur, itidem & sororum. Patris istum primum gradum obtinet, fratrum videlicet sororumue proles, qui & nepotes appellantur. &c. clarè admodum docet. Nam & frater distinctus, id est, ex vno tantum latere con-

iunctus, excluditur à fratre utrinq; cōiuncto: ut videre est in text. lib. 2. artic. 20. idq; ob eam causam, quòd fratres indistincti collocentur in membro colli & corporis, ut infra dicitur. Distincti

verò, seu ex vno latere tantū coniuncti, tranleunt in remotiorē gradum, id est, in membrum annexionis brachij & corporis: uti & indistinctorū fratrum filij collocantur, vt patet ex verbis art. 3. lib. 1. *Si autem de eisdem parentibus nō sunt progenerita scilicet proles non in eodem membro constituuntur, sed transeunt in gradum remotiorem.* &c.

5 Indistinctorū ¶ itaq; fratrum filios, cum fratribus defuncti distinctis pariter ad successionem vocari, nullum dubium est, propter vulgatam Regulam: quod pares gradu pariter ad successiōem admittantur, quæ ex d. artic. 3. lib. 1. his verbis: *Qui à primo gradu, usq; ad ultimum se aequè in gradibus computant, aequè hereditatem dimissam percipiunt* &c. colligitur. Quod etiam his

ver-

verbis: *Indistinctorum fratrum pueri, aequè similes sunt cum distinctis fratribus in hereditate percipienda.* dist. artic. 20. lib. 2. expressè cōprobatur. Porro ¶ quamuis 6 Imp. Carolus. V. in cōventionē Norimbergæ Anno 1521. celebrata, hanc asperitatem legis 12. tab. & rigore iuris Saxonici, ad clementiorem æquitatis sententiā, & benignitatem iuris noui Iustiniani redigendo, nulla consuetudine loci in cōtrarium obstante, jus representationis in fratrum filijs obseruari, & cum patris ad successionē defuncti in stirpes vocari voluerit; attamen in terris Saxonix Constitutionem hanc nunquam fuisse receptam, Interpret. istius iuris patenti testantur, quòd nimirum Constitutio illa juri scripto nequaquam derogare poterit.

7 erit. Cæterum ꝑ in Regno, tam inter personas equeſtris ordinis, quàm inter ciues, & oppidanos, hanc ſuccedendi rationem in ſtirpes obſeruari, continua praxis oſtendit. Cuius rei decretũ à D. olim Sigismundo Auguſto Rege, Anno 1556. *Warſouie* in cõuentione generali, pridie feſti Natiuitatis Domini, inter Stanislaũ Materna Actorem, & Catharinã Zolãdkowa, latũ extat. Et piæ olim memoriæ Stephanum Regem, hãc ſententiã uti benigniorem, in quadam cauſa ſequutum fuiſſe, ab eximio & Nobili viro D. Szczerbicz Sac. Regiæ *Mtis.* Secretario, & Decretorum Notario accepi. Nec immeritò. Summa enim benignitatis ratio ſuadet, ut hi, quorum pater pari jure cum alijs fratribus defũcti cenſendꝰ eſſet, propter

pter caſum & euentũ mortis, beneficio ſucceſſionis, quod natura patri illorum (ſi ſuperſtes extiſſet) promittebat, non priuarentur. 8

Votum ꝑ enim (vt inquit text. *l. de emãcipatis. 13. Cod. d. leg. hered.*) patris fuit, vt ſucceſſio ad filios eius perueniret. Neq; propterea injuria affici patruos exiſtimo, cum æquẽ accidere poſſit, vt & illos liberis relictis, ſors hæc maneat. Homini etenim nihil certius morte, & nihil incertius hora mortis. vt in *l. 1. ff. de cond. & demon.* refertur. Vbi ꝑ 9 autem fortuiti caſus par in utramq; partem ratio ſub eſt, neuter lædi videtur. arg. *l. ſi pater. 12. in fine. Cod. de inoff. teſt.*

Hinc facile colligi poteſt, quod ꝑ fratrum filij propter 10 jus repræſentationis, etiam patruis defuncti, (cum quibus aliàs ponuntur in pari, id eſt, tertio gradu,) præ

pter

loop P P

fe

ferantur, pro quo expressè facit textus in *auth. post fratres. Cod. de legit. hered. ibi: Hi autem fratrum filij, (cum pares sint defuncti fratribus) præferuntur procul dubio eiusdem defuncti patruis, & alijs similibus.* Iuris verò Saxonici Interpretes fratris filios pariter cum patruis defuncti, ad successionem vocant, eam potissimùm ob causam, quòd hoc jure repræsentatio in collateralibus locum non habeat, ut suprà dictum est. Ego verò existimo, fratrum filios, patruis defuncti præferri, non propter jus repræsentationis, (quod in eo tantum casu Imp. Justinianus procedere voluit, quando videlicet fratrum filij, cum proprijs thijs, id est, patruis, ad successionem defuncti patruis vocantur, prout id ex dict. *Nov. Cõstit. us. §. si autem.* clarè admodum patet) sed quod

quod hæreditas plèiori jure debeat descendètib9, quàm ascendètib9, idq; argum. *authen. cessante. Cod. de legit. heredit.*

Quam sententiã Scabinos Liplèes, cõtra communem praxin, & consuetudinem terrarum Saxonie, in pronuntiando sequi, *Scheid. in tit. Instit. de hered. quæ ab intestato. defer. vers. de tertio ord. success. in fine tradit.* Obiter t̄ autem notandum est, quod quando mentio fit patruorũ & fratrum filiorũ, idem de amittis & fratrum filiabus, intelligi debeat; in his enim successioneibus omninò cessat sexus & agnatiõis ratio, ut inquit *text. d. auth. post fratres. Cod. de legit. heredit.* Licet autem ea in re, pro diversitate temporum aliter atq; aliter dispositum fuisse, Justinianus in §. *ceterum. Instit. de legit. agnat. suc. testetur;* ipse tamen simplicitatem legis 12. tabul. legibus (ut ibidem inquit) amittam

cam amplexus, simili modo omnes agnatos siue masculos, siue foeminas, cuiuscunq; grad9, ad similitudinem tuorū, inuicem ad successiōem vocari vult. Cuius rei pulchra admodum ratio, in leg. pen. Cod. de legit. her. exprimitur, vt sup. obs. de Hergeneth in fine, dictum.

Nam & alibi, vt potē in leg. Maximū vitium. Cod. de lib. pret. idem Imp. Iustin admodū acerbē in eos inuehitur, qui differentias huiuscemodi inducunt. *Tales enim (vt ibidem ait.) quasi accusare naturam videntur, cur non totos masculos generauit, & unde generentur, non fiant.*

Sed hęc quamuis iure ciuili nouo obtineant; attamē in plerisq; locis ius vetus adhuc obseruari videmus.

12 Nam & in Regno, † masculi nobiles à successiōe paterna foeminas, (dum modo

do illis dos assignetur excludunt; quod etiam terrigenæ Prussiae nobiles in Comitij Regni generalib9 Anno 1598 Vartouia celebratis, lege perpetua sancitū esse voluerunt; cum antehac tam masculi quàm foeminae pari iure ad successiōem vocarētur, prout adhuc in Ciuitatib9 Regni & terrarum Prussiae, heri videmus. Etsi verò minimē negari possit, hanc consuetudinem contra ius naturale esse introductam; attamen fauoris publici maximum habere videtur argumentū. Cum publicē intersit (vt in l. 1. §. 13. ff. de vent. insp. habetur) vt ordinum dignitas, familiarumq; salua sit. Familia autem propriē consistit in masculis, foeminarum verò proles transit in aliam familiam, vt in lege, familiae 196. in verbis: *Faminarum libe*

ros in familia earum nō esse palam est, quia qui nascuntur, patris nō matris, familia sequuntur. ff. de verb. signific. 13 habetur. Quibus lex quoque Mosaiica suffragari videtur, qua frater repellebat sororē à successione patris, ut videre est Numer. cap. 27.

OBSERVATIO LXVI.

Fratrum filij utrum succedant patruo in capita, an in stirpes?

SUMMARIA.

- 1 Communis opinio, quod fratrum filij inter se succedant in stirpes, non in capita.
- 2 Azonis & Zasij contraria probatur sententia.
- 3 Ius representationis quando locum habeat in fratrum filijs?
- 4 Ius Sax. accedit posteriori sententia.

Obiectionum Accursij & aliorum solutio. 5

Constitutio Imp. Caroli quinti eandem probat sententiam. 6



Ed an fratrum filij inter se succedant patruo in capita vel in stirpes, magna est DDm: juris contentio.

Sane & communiter omnes tenent, propter jus representationis, in stirpes illos succedere debere, non in capita, idque probant. per textum dict. auth. cessante. his verbis: Cessante successione linea descendens, eius, quæ sola sit ascendens, vocatur primò fratres, fratres isq; premortui filij in stirpes. Cod. de legitim. hered. tum quod post fratres demum & fratrum filios, fieri debeat divisio successione in capita, & non in stirpes, ut in auth. post

Ob.

fra

fratres. Cod. de legit. hered. & d. Nouel. Constit. 118. §. si vero &c. exprimitur. Vnde inferūt, quod quamdiu fratres, vel fratrum filij extabunt, nō in capita, sed in stirpes succedatur, vt Accursius ibidem §. si autem. in verbis: fratres fuerint. & in l. lege 12. tab. in verbis: sed in capita. Cod. de legit. hered.

2 Mihi verò † probabilior videtur Azonis, Zasio, & aliorum sententia, quod non in stirpes, sed in capita succedere debeant. Neq; enim Imp. Iustiniani aliam fuisse mentem, textus ipse in dict. Nouel. 118. indicat his verbis: *Sed & ipsis fratrum filijs tunc hoc beneficium cōferimus, quādo cum proprijs vocātur de i. i. id est patris masculis & fæminis, siue paterni, siue materni sint.*

3 Vnde † liquido constat, quod per hoc jus repræsentationis strictè (de eo tantū

modo casu, quando cum patris concurrunt) accipi debeat. Nam quando soli inter se ad patris successio nem vocantur, tunc non ex persona patris, sed ex sua succedunt, & idè non jure repræsentatiōis, sed jure suo utuntur. Nec scio quæ æquitatis suadeat ratio, vt illis qui pari gradu coniunguntur, sed numero sunt plures, beneficium illud æqualis adimi; illis vero, qui non gradu coniunctiores, sed numero essent pauciores, attribui debeat. Et certè hoc non esset jus hæreditatum ad naturalis æquitatis rationem reuocare, quod Imp. 4 Iustin. in d. Noll. 118 se facturum profiteretur, sed subtilitatem potius & fictionè quandam sequi. Naturalis etenim ratio vult, vt omnes gradu æquales, pares accipiant hæreditatis portio-

nes, prout videre est in
 L. post consanguineos. 2. §. legitima. 4.
 his verbis: *Legitima hære-
 ditantum proximo defertur,
 nec interest, unus solus sit,
 an ex duobus prior pluribus-
 uè, an duo pluresuè ab eodẽ
 gradu venientes, qui vel ca-
 teros antecedat, vel soli sint.*

*Quia is est proximus, quem
 nemo antecedit, Et is ultio-
 mus, quem nemo sequitur, Et
 interdum idem primò postre-
 musq; qui solus occurrit,*
 ff. de suis & legit. hære. compro-
 batur. Longè siquidem di-
 uersa est ratio, quãdo ijdem
 cum patruis concurrunt.

Nam hoc casu, cùm gradu
 sint remotiores, nequaquã
 jure suo uti possunt, sed per-
 sonam patris sui assumunt,
 & in locũ ipsius ascendunt:
 ideoq; ex hæreditate patris
 defuncti tantum, quantum
 pater eorũ accepturus erat,
 percipiunt, vt sup. obs. præ-
 ce-

cedenti luculentius dictum
 fuit. Huic t sententiæ acce-
 dit jus quoq; Saxonum, vt
 videre est, spc. Sax. lib. 1. art. 13.
 in verbis: *Quando ad hæ-
 reditatem soror non perti-
 net, neq; frater, omnes qui
 se in vno gradu cognationis
 existere probauerunt, equã
 percipiunt portiõem.* Vnde
 clarè admodũ patet, quod
 omnes in gradu æquales,
 pares accipiant portiones.
 Nec obstant t textus juris, 5
 qui à Dd. in contrarium ad-
 feruntur. Omnes etiam il-
 li textus, in quibus mentio
 fit fratrũ fratrisq; præmor-
 tui filiorum, coniunctiuè,
 simul & semel, du n videli-
 cet fratrũ filij cum fratrib; 5
 defuncti, ad succelsionẽ vo-
 cãtur, nõ verò disjunctiuè
 seu seorsuè, puta quando
 rã n cũ patruis, quã n inter
 se succedunt, accipi debet.
 Qua ratione t Imp. quoq; 6

Carolus quintus permotus, in Comitibus Imperij Spiræ Anno 1529 habitis, perpetua lege lanciuit, vt fratrum filij in capita, non in stirpes, patruo succedant, ita nimirum, vt quot sint capita, tot etiã fieri debeant portiones hereditatis, teste Minsing. *Obfer. Camera Imperij Cent. 3. obs. 94.*

OBSERVATIO LXVII.

Num fratres vel sorores ex vno latere coniuncti, in successiõe demortui fratris, patruis & auunculis, amitibus, & materteris præferantur?

SUMMARIA.

- 1 *Fratres ex vno latere coniuncti, excludunt patruos, & auunculos, secundum jus Civile.*
- 2 *Iure Saxonum pariter vocantur cum patruis.*
- 3 *Medij fratres ab indistinctis,*

etis, vno membro sunt remotiores, juxta dispositiõem juris Saxonici.

Primus gradus cognationis secundum Saxones, quis dicitur?

Cognatio iure Saxonum finitur septimo gradu.

Scabinorum Lipsensium sententia, quam Curia sequitur.

IN eadem successiõnis materia utilis admodum occurrit quæstio: Vtrum fratres vel sorores, ex uno tantum latere cõiuncti, in successiõe demortui fratris, patruis & auunculis, amitibus & materteris, præferantur? Et iure tamen Ciuili nõ est dubium, fratres ex uno latere coniunctos, excludere patruos & auunculos in successiõe defuncti. per textum in *auth. post fratres. Cod. de leg. hered.*

cuius verba hæc sunt: *Post fratres autem ex utroq; parente, & eorū filios, admittuntur ex uno latere fratres sororesque, cum quibus & filij eorum, si qui ex eis jam decesserint.* Et additur ibidem: *Hi autem fratrum filij (cum pares sint defuncti fratribus, jure scilicet representationis.) præferuntur procul dubio eiusdem defuncti patris, & alijs similibus, puta auunculis, amitis & materteris.* ut glossa ibid. in verbis: *filij horum.* indicat.

Quod item text. in *auth. de her. ab intest. venien. cap. 3. verb. si igitur.* probat his verbis: *His autem (scilicet fratribus utrinq; coniunctis.) non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente coniuncti sunt defuncto, siue per patrem solum, siue per matrem.* Et in versicul.

si autem. illud palam esse dicitur: quia *θετορις* (id est patris, & idem intellige de auunculis, amitis & materteris) defuncti, masculis & fœminis, siue à patre, siue à matre præponantur. Verū jus Saxonū † discrepat hac in parte à jure civili. Nam isto jure fratres medij, siue ex uno tantum latere coniuncti, cum patris & auunculis, amitis & materteris, ad hæreditatem defuncti pariter vocantur, idq; ex ea potissimum ratiōe, quod patris & auunculi, & horū similes, in pari gradu nempe tertio, cum fratribus & sororibus, ex uno latere defuncto coniunctis, constituantur. Manifesti etenim est juris, † quod medij fratres ab indistinctis fratribus uno membro sint remotiores. per textum *Sp. Sax. lib. 1. artic. 3.* in verbis: *In colla & corporis*

si

ris

ris membro eorū proles, quæ
 de eodem patre & de eadem
 matre originem produxe-
 runt. Si autem de eisdem
 non sunt progenita, non in
 eodem membro, (adde cum
 fratribus & sororibus ijsdē
 parentibus natis) consti-
 tuuntur, sed transeūt in gra-
 dum remotiorem, id est fra-
 tres sororesuē uno tantum
 latere coniuncti non obti-
 nent locū in membro col-
 li, vbi fratres sororesuē ut-
 trinq; coniuncti collocan-
 tur, sed transeunt in gradum
 remotiorem, nempe in mem-
 brum annexionis brachij &
 corporis, ubi fratrum foro-
 rumvè indistinctorum pro-
 4 les locum obtinet, qui ꝑ in
 jure Saxonum dicitur esse
 primus gradus cognationis.
 per dict. artic. 3. lib. 1. cū in ju-
 re Civili is quartus gradus
 5 appelletur. Et idē ꝑ nō est
 mirum, quod jure Saxonū

cog.

cognatio septimo gradu fo-
 niatur, vt patet ex textu di-
 articul. 3. lib. 1. quæ jure civili
 ad decimum usq; extendi
 solet, ꝑ. hoc loco. Instit. de success.
 cognat. attamen in idem res
 recidit. Nam si is, qui jure
 Saxonū est primus gradus,
 jure Civili dicitur quartus,
 vt in l. iuriscons. 10. ꝑ. quarto grad. 15.
 in verbis: Eodē gradu sunt
 & illi, qui vocantur fratres
 patruales item sorores pa-
 trueles, amitini, amitinae,
 consobrini consobrinae, hi
 autem sunt qui ex fratribus
 vel sororibus nascuntur.
 ff. de grad. & affinit. videre licet.

Consequens est, ut etiam
 qui hoc jure septimus ap-
 pellatur illo non nisi de-
 cimus, dici possit. Ac pro-
 inde cum hoc jure, tam pa-
 trui & his similes, quā fra-
 tres medij, sint pari condi-
 tione, nempe tertio gradu;
 meritō aequali quoq; jure

Qq

gau.

gaudere debent; nam sicut frater ex uno tantum latere mihi cōiunctus, & mei fratris utrinq; coniuncti filij, quia sustinent tertium gradum, ideò pari sunt conditione, quò ad meam successiōem; ita etiã cum fratres medij, & patruum cum similibus in eodem gradu cōcurrant, non est mirum quod par jus ad successiōem defuncti prætant. Quam sententiam in terris Saxoniæ perpetuò seruari, interpretes istig juris tradunt; At Lipsenses Scabinos ius civile hac in parte sequi, & quod frater ex uno latere coniunctus excludat patruum, sæpius pronuntiatae decisiones illorum testantur.

Quos Curia quoq; nostra, in causa liberorum Ioannis Pellionis, cum Alberto Parzymiasko Suburbano Crasnostawien; Anno 1593 fe-

ria

secunda post Dominicã Invocavit Quadragesimalem, sequi maluit.

OBSERVATIO LXVIII.

Vtrum ad successiōnem nepotum, deficientibus ascendentibus, sorores dimidiæ paternæ, an verò germanæ maternæ, admitti debeant?

SUMMARIA.

Fratres utrinq; coniuncti præferuntur ex uno latere coniunctis.

Plures rationes vincunt ut nam.

Prærogativa duorum vinculoꝝ in cognatione quousq; extendatur?

Limitata causa, limitatū producit effectum.

Iure Sax. cur indistinctus frater excludat distinctū?

Descendentes à fratre distincto, remotiores sunt de-

sceno

scendentibus ab indistincto.

7 Matertera indistincta præferuntur amitis distinctis.

8 In feudis duplex vinculum non attenditur

Ræcedenti nō incōmodē & hæc adiūgi potest quæstio: Vtrum ad successiōnem nepotū, deficientib9, ascendentib9, sorores dimidiæ paternæ, an verò germanæ maternæ, admitti debeant? Et quamvis † tam jure Ciuili, quam jure Saxonum, in successiōne collateralium vtrinq; coniuncti præferantur ex altero tātū latere cōiunctis, vt videre est in auth. cessante. Cod. de legit. her. & seq. Post fratres autem ex vtroq; parente, & eorum filios, admittantur ex vno latere fratres sororesuè &c. Et in Sp. Sax. lib. 2. art. 20. *Fratres sororesuè indistinctorum fra-*

trum

trum sororumuè, in successiōne hereditaria, fratrib9 vel sororib9 a patre aut matre, in generatione præferuntur distinctis. attamen rationes (cur nimirum hoc fiat) dictorum iurium diuersæ sunt. Iure etenim Ciuili hoc idē fit, quia fratres vel sorores vtrinq; cōiuncti videntur duplici jure, seu vinculo coniunctionis, à patre scilicet & à matre. per auth. de consanguin. & uter frat. et Const. 84. Cap. 1. in fine. ibi: Et excludant duplici utentes jure, eos qui vno solo uti possunt. Dux namq; † rationes vincunt unam. per text. in §. sed hodie. Inst. de adopt. Et duo vincula fortius ligant, quàm vnu n. text. in cap. 1. de treuga. & pace tenen. & in l. penult. §. si verò pater. Cod. de adopt. Hinc est quod prærogatiua duplicis istius vinculi non extendatur ultra ipsos fratres, eorumq; liberos, in quibus jus repræsen-

Q q 2

ca-

tationis tantūmodo locum
habet. per text. in *auth. de hered.
ab intestato venien. Const. 118. Cap. 3.*

Neq; pluralitas ista vincu-
lorum extendi potest ad al-
lium casum, nisi in quō jus
auth. loquitur, siquidem
4 juxta regulam: Limitata †
causa limitatum producere
debet effectum. *argum. l. in ag-
ris limitatis. 16. ff. de acquir. rer. dom.*

5 At jure Saxonum † frater
indistinctus fratrem distin-
ctum excludit, ideò quia ip-
se indistinctus est gradu pro-
ximior. per allegatum in
Obser. præced. textum lib. 1. artic. 3.
Vbi expressè dicitur, quod
frater indistinctus nō sit in
eodem gradu cum fratre
distincto constitutus, sed
transeat in gradum remo-
tiorē, & per consequens,
si est in gradu remotiori, à
successiōe, quæ semper pro-
ximiori defertur, excludi de-
bet, per clarum textum.

Sp. Sax. lib. 1. artic. 17. ibi: Si quis

alij

*alij in generatione fuerit in-
equalis, hereditatem eius
non percipiet. Quod si plu-
res eiusdem gradus inveni-
untur, hereditas inter ipsos
pro personarum numero,
id est, in capita diuidi debet.
§. si plures. Instit. de legit. agnat. succes.
in verbis: tamen dubium non
est, quin si plures sint eiusdē
gradus, omnes admittantur.*

Huiusmodi autem diffe-
rentia, an quis ex altero, vel
utroq; parente junctus sit,
extenditur etiam ultra fra-
tres & horum filios, ad reli-
quos omnes agnatos, juxta
observationem juris Saxo-
nici, hoc nimirū modo, ut
semper † in cōputatione
graduum descēdentes à fra-
tre distincto sint remotio-
res, quàm descendentes ab-
indistincto, propterea quòd
hic in secundo, ille in tertio
gradu cōstituatur. per dict.
tex. lib. 1. ar. 3. Quoniã verò

in

7 *fin casu quaestionis propo-*
sita matertera, id est soror-
es maternae indistinctae, in
successione nepotum, id est
sororis suae filiorum steri-
liter defunctorum, cum a-
mitis, id est sororibus pa-
ternis, ex uno latere coniun-
ctis, concurrunt, & iuxta co-
putationem graduum jure
Ciuli pares sint, nempe in
tertio gradu; idcirco quem-
admodum fratres & sorores
utrinq; coniuncti, excludunt
à successione ex uno tantum
latere coniunctos, quamuis
in eodem gradu sint consti-
tuti, idq; ex ea ratione juris
Ciulis, quod duo vincula
fortius ligent, quam unum,
ut supra dictum est; ita ma-
tertera quoq; utrinq; con-
iunctae, amitis ex una tantum
parte coniunctis, praeferi
debent. Quod in Curia, in
causa ciuium Cracouiensium
Elisabethae Przybytkowa, &
Bar-

Barbarae Herculesoma filij,
 Anno 1596 Cracouiae feria
 quinta post festum Epipha-
 niorum, Decreto Regio ap-
 probatum fuit. Verum *f* 8
 in materia feudali, huius-
 modi vinculi duplicitas mi-
 nimè attenditur. Cum hoc
 jure nulla sit differentia, an
 quis ex uno vel utroq; late-
 re sit defuncto coniunctus.

Ratio est, quia in feudis nō
 consideratur vinculum ex
 parte matris, semperq; jus
 agnationis, nō cognationis,
 spectari solet, ut notat Geil.
lib. 2. obser. 151.

OBSERVATIO LXIX. 69

De illegitimis, & eorū
 successione.

SUMMARIA.

Illegitimi qui dicantur? 1
Illegitimorum triplex diffe- 2
rentia.
Naturales qui sint? 3


Na -

- 4 Naturales quomodo succedant parentibus? to complexu procreatis alimenta debentur.
- 5 As duodecim continet nuncia, quibus hereditas dividitur. Iure Sax. neq; illegitimus legitimo, nec econtrā, succedere potest. 16
- 6 Inter virum & uxorem nulla est sanguinis coniunctio, sed principium adfinitatis. Interpp. Sententia, quod legitimi à successione illegitimorū, ex damnato complexu natorum, excludantur. 17
- 7 Parentes liberis naturalibus quomodo succedere debeant? Ubi lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus. 18
- 8 Fratres naturales invicem sibi non succedunt. Macula parentum derivatur in tertiā usq; prolem. 19
- 9 Spuriij qui dicantur? Ubi eadem ratio est, idem jus statui debet. 20
- 10 Vulgò quæsi an parentibus succedant, vel econtrā? Iniquum est alieno odio aliquem pragruari. 21
- 11 Spuriij ad successionem maternam admittuntur. Non omnium, quæ à maioribus tradita sunt, ratio reddi potest. 22
- 12 Naturales matri succedūt, etiam illustri. Ratio cur legitimi illegitimis non succedant? 23
- 13 Spuriij illustri matri non succedunt. Sacra scriptura illegitimā prolem abominatur. 24
- 4 Notbi, seu ex damnato coitu nati qui dicantur, an succedant? Praxis terrarum Sax. in eo casu recedit à jure Saxonico. 25
- lure Canonico, ex damna-

26 *Maijeburgenses dispositionē juris Saxonici tenent.*

Praxis Curiae Magdebur-

27 *gēsium sententiā sequi solet.*



Equitur iam

quæstio, quæ non ut superiores ad legitimorum, sed ad illegitimorum successionem pertinet. Vtrum videlicet illegitimi seu naturales tantū, legitimis & naturalibus simul, vel e contra, succedere queant? Qua t̄ in re ante

1 omnia sciendum est, illegitimos in genere dici, qui nō ex iustis & legitimis nuptijs procreati sunt. ut in *auth. quibus mod. naturales eff. legit. Cap. c. §. 1.* habetur. Horum t̄ in iure

2 Ciuili triplex constituitur differentia. Primò t̄ etenim

3 appellantur naturales ingenuarum scilicet concubinarū filij, quos sola natura genuit, non honestas cōiugij, textus in *Cap. 15. caus. 32. ques. 4.*

Na.

Natura siquidē (ut inquit Imperat. Iustiniang in dict. *auth. quib. mod. nat. eff. legit. d. cap. c. in pr.*) ab initio, dum de filiorum procreatione sanciret scriptis nondum positis legibus, omnes similiter liberos, similiter autem produxit in genuos. Primis namq̄, parentibus primi filij, similiter quidem liberi, similiter autē legitimi à creatura fiebant. Et hi t̄ diuersimodē ad suc, 4 cessionem parentum, & e contra parentes ad illorum, admitti solent, prout ex *d. auth. quib. mod. natura. eff. legit.* manifestē liquet. Aut enim pater relinquit cum naturalibus tantum, naturales & legitimos simul, id est ex legitimo matrimonio procreatos liberos, & decedit testatus, eo casu naturalibus tantum, unā cum matre eorum plus una uncia in testamento assignare non pos

test

test; vel intestatus decedit, tunc liberi ex legitimis nuptijs procreati, excludunt à successione paterna naturales tantum, nec quicquam præter alimēta, eis debetur.

Aut non relinquit liberos naturales & legitimos simul, & testatus decedit, tūc relicto uxori legitimæ eo, quod illi dotis nomine debetur, & ascendentibus, si fuerint, quatuor uncijs, seu tertia parte bonorum potest relinquere naturalibus liberis tantum, quantum voluerit. Vel moritur absq; liberis legitimis intestatus, & succedunt naturales in duabus uncijs, id est sexta parte hereditatis. As enim *f* duodecim habet uncias, quibus omnis hereditas dividitur, ut in textu *f* *hereditas. Instit. de hered. instit.* habetur. Si tamen eo casu uxor legitima supervit

defuncto, nō quidem succedit marito, (ut potē, cum *f* inter virum & uxorem nulla sit sanguinis coniunctio, sed tantum causa & principium affinitatis, teste glossa in l. non facile *f*. sed quoniam, in verbis: ex nuptijs. ff. de grad. & affinit.) sed facit, ne liberi naturales tantum patri succedant, alimenta tamen eis præstari debent, textus in Cap. disertis. vers. si quis autē d. auth. quib. mod. natur. eff. legit. idq; fit propter honorē matrimonij, ne dum liberi illegitimè nati, se vivente patri succedunt, uxor legitima scandalizetur. Ex aduerso *f* quemadmodum parentes ad huiusmodi liberorum naturalium tantum, successione admittantur, pulchrè admodum Imp. Iustinian. in d. auth. quib. mod. natur. eff. legit. disponit his verbis: *In quibus autem casibus naturales filii-*

filios vocauimus ad succes-
 sionem, in ijs quoq; & ipsi
 decentē naturalibus paren-
 tibus deuotionem seruent;
 eademq; mensura, sicut pa-
 rentes prospiciunt natura-
 libus filijs, secundum nostrā
 legem, & ipsi parentibus cō-
 pensent, siue in successiōib9,
 siue in alimentis, sicut supe-
 rius sanctuimus. Fratres ve-
 rō † & alij collaterales per
 lineam paternam cōiuncti,
 inuicem sibi non succedūt,
 idq; propterea, quia nulla
 agnatio inter eos est, per tex-
 tum in §. vulgo questiti. Insti. de
 success. cognat. Secundo dicitur
 spurij, † seu vulgò con-
 cepti, qui patrem demon-
 strare nequeunt, vel possunt
 qui tem, sed eum habent,
 quē habere nō licet. vt in l. 23.
 ff. de statu hom. traditur. Vnde
 liquidò constat, tales dup-
 lici appellatione censerī, ut
 potē ex complexu, cui lex
 pœ

pœnam irrogat; (puta in-
 cestuoso, adulterino, & ne-
 fario) vel cui lex Civilis
 pœnam non imponit, pro-
 creatos, quales sunt filij le-
 gitorum, seu publicarum
 meretricum, qui vulgò qua-
 sitici appellari solent. per tex-
 tum in cap. nisi cum. 10. extra de res
 nunciat. vers. vnde patet. Proinde
 tales, † quia patrem in-
 certum habent, nullo mō-
 do ad successiōem patris,
 vel ascendentiū ex linea
 paterna, admitti possunt.
 Sicut ex aduerso pater, &
 ascendentes ex linea pater-
 na, à successiōe vulgò qua-
 sititorum excluduntur. per
 textum in l. si spurius. ff. vnde cognati.
 Similiter & fratres huius-
 cemodi, quemadmodum et
 naturales inuicem sibi non
 succedunt, quia nullo cog-
 nationis, aut agnatiōis vin-
 culo coniunguntur, ut sup-
 rà dictum est. At † in suc-

cessiōe matris, quæ semper certa est, etiam vulgò quæ-
sitos admitti, nullum dubi-
um est, per expressum text.
in §. nouissimè. Instit. de SC. Orphit.

Quibus ad stipulatur text⁹
in l. si spurius. 4. ff. vnde cognati.
his verbis: *Si spurius inte-
stato decesserit, iure cōsango-
vinitatis, aut adgnatiōis hæ-
reditas eius ad nullum perti-
net; quia consanguvinitatis,
itemq̄, adgnationis iura à
patre oriuntur, proximitatis
autem nomine, mater eius,
aut frater eadem matre na-
tus, bonorum possessionem
eius ex edicto petere potest.*

Quod usq̄; adeò verū est,
ut etiam cum liberis, ex le-
gitimo matrimonio natis,
in bonis maternis succedāt.
per textum in l. hac parte. 2. ibi:

*Itaq̄, etiam vulgò quæsitū
liberi matris, & mater ta-
lium liberorum, item ipsi fra-
tres inter se ex hac parte bo-*

*norum possessionē petere pos-
sunt; quia sunt in vicem sibi
cognati. ff. vnde cognati. Eodem
modo f& naturales, de qui-
bus suprā diximus, matri¹²
succedunt, perinde ac si ex
legitimo procreati essent
matrimonio. per expressum
text. in l. si qua illustris. 5. ibi:
*Sin autem concubina liberæ
conditionis constituta, filiū
vel filiam ex licita cōsuetu-
dine ab homine libero ha-
bita procreauerit, eos etiam
cum legitimis liberis ad ma-
terna venire bona, quæ iure
legitimo in suo patrimonio
possidet, nulla dubitatio est.*
Cod. ad SC. Orphitian. Quod e-
tiam si mater persona sit il-
lustris, idem puto si nobilis
in naturalibus tantum, ex
concubina videlicet natis,
non f autem spurij, id est¹³
vulgò quæsitis, locū habet.
prout in d. l. si qua illustris. in verbis:*

Si qua illustris mulier filium ex iustis nuptijs procreauerit, & alterum spurium habuerit, cui pater incertus sit, quemadmodum res materna ad eos perveniant, sine tantummodo ad liberos justos, sine etiam ad spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat; videre licet. Nec immerito. Cum (ut ibidem Imp. Iustin. tradit.) in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus observatio castitatis praecipuum debitum est) nominari spurios, satis iniuriosum, satisque acerbum, & nostris temporibus indignum judicemus. Et his facile colligi potest, quod qui eademmodum naturales & vulgò quaesiti, matri succedunt,

ita mater quoque ad illorum successionem admittitur. & est textus in §. fin. Instit. de S. C. Tertulliano. Tertium verò genus illegitimum est, qui procreantur ex damnato complexu, cui videlicet lex Civilis poenam irrogat, ut sunt nothi, qui ex adulterio: incestuosi, qui ex collateralibus vel adfinibus in gradibus ab Ecclesia prohibitis: & nefarii, qui ex ascendentibus, vel descendentibus in infinitum nascuntur. Hi omnes, quemadmodum nec naturalium nomen merentur, ita nec ad successionem bonorum paternorum aut maternorum, admitti possunt. per glossam, in verbo: admitti. §. novissimè. Instit. de S. C. Orphit. & in auth. ex complexu. Cod. de incestis nuptijs. verbo indigni. imo nec alimentis praebere debent. per expressum textum. in d. auth. quib. mod. natur. effic. cap. fin. in verbis: Primum quidem omnis qui

ex complexibus (non enim hoc vocamus nuptias) aut nefarijs, aut incertis, aut damnatis processerit, iste neq; naturalis nominatur, neq; alendus est à parentib9, neq; habebit quodquam ad presentē legem participium.

Verumtamen ꝛ etiam hu-
 35 iuscemodi soboli alimenta præstanda esse æquitas Canonica suadet. *ve in Cap. cum haberet. 5. in fine. ibi: Sollicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque liberis suis (ex adulterio videlicet natis) secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret. iii. de eo. qui dux. in matr. quem adul. poll. videre licet.* Nec, re enim (ut inquit Ictus Paulus in l. necare. 4. ff. de agnosce. & alend. lib.) videtur, nō tantum is, qui partum perfocat, sed & is, qui abijcit, & qui alimonia denegat, & is qui publicis locis misericordiaz cau-

causa exponit, quam ipse non habet. Quod non solum in terris Ecclesiæ, sed ubiq; locorum observari, pietatis naturalis ratio dicitur. Cum & aliàs in ijs casibus, in quibus agitur de mortali peccato juri canonico standum sit. per textū. *in Cap. item. tit. de iudicijs.* Porro ꝛ quantum attinet jus Saxo-
 16 nicum, firma constituenda est regula: Quod nec illegitimus legitimo, nec econtrā, legitimo illegitimo succedat. per expressum textū *Sp. Sax. lib. 1. artic. 51. Illegitimum enim legitimos non posse acquirere liberos, textus Spec. sax. dicto lib. 1. artic. 38. expressè disponit.* Quod quavis glossa & Interpretes eiusdē juris non de eo casu, quando ex illegitimo natus matrimonio, justas post modū contrahens nuptias cum uxore legitima, legitimos pro-

procreat liberos, intelligendum esse putant; ut potest, quod hac ratione legitima matrimonia impedirentur, si illegitimus, nulla postmodum legitima proles ex legitimo matrimonio futura sit. *Æquitas* autem *Carolina* suadet, matrimonia semper debere esse libera, ita ut nemo ab ijs, quovis statuto vel rigore juris positivi abstrahatur. per textum in cap. cum locum. extra. de sponsalibus. & cap. Ecclesie Sancte Mans. extra. de Constit.

Sanè jus quoque naturale omnino vult, filium patri debere esse heredem, per text. in Cap. jus naturale. 1. distinct. & l. cum ratio ff. de bonis damnis. Indubitati verò juris est, quòd jura sanguinis & naturæ, nullo jure Civili dirimi possunt. l. jura. 8. ff. de divers. reg. jur. Ratio denique ipsa docet, illegitimos ob id legibus à successionem repelli, ut nimirum vitium paternum referretur,

quod secus est, ubi legitima soboles minimè facit impedimentum. ut in textu l. fin. Cod. de natur. liber. & mat. habetur. Verum de eo casu prædicta accipienda esse, glossa, & alij docent; quando illegitimus vel nullam habet uxorem, vel eam habet, quam de jure habere non potest, ut nimirum talis legitimus non possit procreare liberos, & bona ad fiscum pertineant. Cuius rei exemplum ponit glossa juris municip. artic. 59. versic. curia id. his verbis: *Sicut si presbiteri filius uxorem superducat, bonaque acquirat, procreando pueros cum uxore, pueri illegitimi erunt, non tamen paterna bona hereditare possunt, pater enim secundum leges indignus est, quod hereditatem eius pueri tollant.*

Ex quo Interpretes eiusdem juris generaliter con-

clu-

cludunt, quod legitimi liberi à successione illegitimorū ex damnato tantum complexu (puta incestuoso, nefario & adulterino) natorū remoueantur; non etiam aliorum illegitimorum, ut potè naturalium & vulgò quæstorum, de quibus supra dictum fuit. Verumtamen ¹⁸ non desunt, qui hanc distinctionē glossæ, & Interpretū juris, lucidis & expressis verbis textu nequaquam satisfacere asserant, quamuis eam sententiam, ut liberi ex legitimo thoro nati, parentibus illegitimi succedere possint æquitate plenā esse libenter fateantur. Cum enim textus superius allegati indistinctè loquatur, nulla ratio est, cur nos distinguere debeamus. *per text. l. præ. c. 3. ff. de offic. præsid.* maximè verò, quod jura omnem concubitum,

præ

præter solum uxorium, tanquam illicitū damnēt, ut in *cap. nemo. & cap. meretricis. 32. qu. 4.* videre licet, idq; nō tantum jure Canonico, verū etiam jure Ciuili, & Cōstitutionibus Imperij locum habere palam est. Tum ¹⁹ quod eadem omninò ratio subsistat, macula nimirū parentum, quæ derivatur in tertiā usq; prolem, ut glossa. d. art. 51 per textū ibidem, in verbis:

Si quis in quatuor suis generationibus, hoc est ex duobus auis, aut duabus auis, ac patre & matre, indiffamati juris est; illum in jure suo nemo infamare potest, si non solus ei prius personaliter derogauit, expressè probat. Cui etiam concordat text. juris municip. art. 4. cum gloss. ibid.

Vnde consequens est, quod in his etiam idem omninò jus statuendum sit. Vbi ²⁰ enim eadem ratio juris est, idem jus statuendum esse

tex-

textus in l. ultima, Cod. ad l. Falcid. testatur. Mihi quidem nimis dura videtur hæc juris
 21 Saxonici dispositio. Cum iuxta præscriptum legum, iniquum sit alieno odio alium prægrauari. ut in l. si quis. 33. §. legis. Cod. de inoff. testam. habetur. Et ut delictum patris innocenti filio pœna esse debeat, toto tit. Cod. ne filius pro patre & c. tum quod nota patris maculare nomen non possit, prout I Ctus Papinianus in l. qui ad tempus. 1. §. 2. ff. de Decurion. respondit; attamen quamvis dura lex sit, quia ita scripta est, seruari debet, per expressum textum in l. prospexis. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manum.
 22 Siquidem non omnium, quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi possit.
 23 textus in l. 20. ff. de legib. Neq; tamen omninò hæc dispositio juris Saxonici caret ratione. Licet enim talis macula non ipso. um culpa, sed

parentum vitio contingat, eosdem tamen, quod prædecessor illorum, vel etiam ipsi ex illegitimo thoro procreati sint, magno defectu laborare, & famam illorum apud honestos & graves viros labefactatam esse, plus quàm manifestum est. Cum & sacra scriptura huiusce modi prolem nec hominibus honorabilem, nec DEO amabilem esse testetur, prout. textus in cap. si gens. 10. distinct. 56. seuerè ad modum disponit. Et Salomon lib. Sap. Cap. 3. inquit. Quod ex scortatione plantatur, non agit radicem profundam, neq; fundamentum firmum ponet. Nam liberi cõcepti ex illegitimo thoro, erunt testes malitiæ aduersus parentes cum fuerint interrogati. Et res Syrach Cap. 23. de Scortatoribus tractans. Liberi eius (inquit) non agent radices, rami eius nõ

proferent fructum, ad posteritatem maledicetur, & ignominia eius non delebitur.

25 Quam sententiã tuzi duram & equitati minus consonam, in terris Saxonie interpretes istius juris non observari testantur, ut notat S hae de uinus in suis comment. Instit. tit. de heret. qui ab intestato defert. cap. de successione liberorum naturalium. Verum Mag. leburgenses jure Saxonico nixi, ita perpetuò pronunciare solent. Quod videlicet liberi legitimi, ex illegitimis parentibus nati, illis non succedant, sed bona eorũ tanquam vacantia fisco applicentur, iuxta dispositionem juris municip. artic. 59. Quorum sententiã praxis quoq; Curie Regalis sequi solet, cuius rei exempla cuius palam obuia esse possunt, & non ita pridem anno 1601 inter successores Damieckie

& Lissowski stipatorem Sac. Regie Mtis: ea de re cõtra uersa fuit.

OBSERVATIO LXX.

Naturales & illegitimi an & quomodo legitimari possint?

SUMMARIA.

Naturales & illegitimi per subsequens matrimonium legitimantur.

Matrimonium etiam in articulo mortis contractum facit ut liberi sint legitimi.

In legitimatione per subsequens matrimonium requiritur, ut liberi ex concubina nascantur.

An ad legitimationem requirantur dotalia instrumenta?

In causis matrimonialibus jus Canonicũ seruari debet.

Quales illegitimi per sub-

sequens matrimonium legitimentur.

7 Illegitimi ex adulterino videlicet complexu nati, an per subsequens matrimonium legitimentur?

8 Clericorum liberi, an per subsequens matrimonium legitimari possint?

9 Clericorum liberi ab omni successione paterna & materna, & e contra, remouentur.



Onsequenter quæri potest, An & quomodo naturales & illegitimi legitimari possint? Huius rei tres modi in jure Civili proponuntur. vt in auth. quib. mod. nat. eff. sui. cap. tribus. 7. videre licet. Primus & quidē & præcipuus, est per subsequens matrimonium, quando videlicet quis eam, quam extra matrimonium cognoverat, in

in matrimonium ducit. per expressum textū. in auth. quib. mod. natural. eff. sui. cap. reliqui. 5. in verbis: Si quis igitur dotalia scripserit ad liberam in principio, siue ad libertam mulierem, cui omnino licet copulari in concubina schemate sibi, aut legitimorum filiorum jam pater existens, aut filiorum naturalium pater, legitimas esse nuptias, & filios, vel præcedentes, vel conceptos, legitimos ei esse sancimus. Et licet postea nō nascuntur filij ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior soboles legitima consistit. Et additur ibidem elegans admodum ratio:

Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui eum etiam ad dotale provocavit instrumentum, ipse dedit secundis filijs occasionem, qui postea nati sunt legitimi juris. Quapropter absurdum erat,

SI

erat,

erat, benignam occasionem, quam posterius sibi filij inveniunt, ex prioribus sumentes, eam non etiã prioribus legitimum jus simul, & sine calumnia, circa patrum dare successiones. Palam enim est, quia iuniores filij ex lege facti sunt sui, hoc initium dotalibus præbentibus. Cui concordat etiam textus juris Canonici in Cap. tanta. in verbis: *Tanta est vis matrimonij, ut qui antea sunt geniti, post cõtractum matrimonij legitimi habeantur.*

Et in cap. x. extr. qui filij sint legit.

- 2 Quod & usq; adeo verum est, etiam si matrimonium in articulo mortis cõtrahatur, prout communiter DD: in dict. cap. tanta. tenent. Verum & quantumvis jure Civili, ad huiusmodi legitimatone, ut liberi nascatur ex concubina, quæ domi loco uxoris habebatur, necessario

re-

requiri dicat Bartho. in l. fin. in fin. de concub. Quod etiã innuere videtur text. in d. auth. quib. mod. nat. effie. legit. in principio his verbis: *Sancitum namq; est, ut si quis habens mulierem puro & sibi affectu conservatã, deinde filios procreaverit, & postea etiã nuptialia fecerit instrumenta, & legitimos ex ea procreaverit filios, atq; ij, qui prius nati sunt, mancant naturales, & illi connumerentur eius, eo quod occasio omnino eis fuit nasci legitimis.* Sed & hoc requiri, ut interveniant instrumenta dotalia, DD juris tradunt, idq; per suprã allegatũ textum. *d. auth. quib. mod. natura. effie. sui. in d. Cap. reliqui. vers. Si quis igitur dotalia, et l. 10. cum sequ. Cod. de nat. liberis.* ubi semper fit mentio dotalium instrumentorũ; at tamẽ & jure Canonico (quod in causis matrimonialibus. 5 per text. in cap. fin. extr. de secun. nup.

ser-

servari debet) hæc minus necessaria esse videtur. Nam cum eo jure, ad substantiam matrimonij, solus sufficiat consensus, non est cur instrumenta dotalia requiri debeant. Deinde quod ad alterum, quia omnis coitus extra matrimonium, per cap. meretrices, & cap. nemo. 32. qu. 4. expressè prohibetur; nulla ratio suadet, ut plus hac in parte concubinatu, quam alijs illicitis cõplexibus tribuatur. Sed illud fit favore matrimonij, quod omne vitiũ præcedens purgat. 6 ut est gl. in cap. innotuit. 20. extr. de electione. Hinc liquidò colligi potest, quod omnes illegitimi, eo modo legitimi, pro veris & legitimis censeantur, & ad quamvis successione admitti debeant, ut notat DD. in cap. naturalis. sit si de feudo. defuncti cont. & c. lib. feud. 2. Quibus aditipulatur

ius Saxon. ut gloss. lib. 1. artic. 51. notat, & est sententia post Weichbild. Scabin. Magdeburg. parte 1. Cap. 14. distinct. 15. Quam sententiam Curia Regalis perpetuò tenet, & ita lapsissime pronunciatũ est. Cuius rei Decretũ inter koleskj, feria secũda post festum S. Valentini, Anno 99 Varsouia latum extat. Quod t̄an etiã de his, qui ex adulterio nati sunt, intelligi debeat, dubitari possit, propter expressa verba text. d. cap. cum tanta & c. quæ sic se habent: *Si autem vir uiuente uxore sua, aliam cognouerit, & ex ea prole suscepit, licet post mortẽ uxoris eam duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hereditate repellendus, præsertim si in mortem uxoris prioris aliteruterorum aliquid fuerit machinatus.* Neq; enim iuxta præscriptum iuris communis,

jus

Sf 2

com-

commissum adulteriū cum eo, cui se postea nuptijs sociavit, velamento matrimonij extinguitur. per l. cōmunis. C ad. l. Iul. de adulterio. Quibus omnino congruit textus quoq; juris Saxoni. lib. i. artic. 37. in verb: *Uxorem alicuius manifestè adulterans, vel solutā & liberam violans, posteaq; matrimonium secum cōtraxerit, proles ex ea nunquam legitima procreabitur.* Quem articulum, tanquā erroneum & per jus Canonicum reprobatum, licet glossa ibidem non admittat; id tamen mihi non omnidò verum videtur, cum expressa verba d. cap. tanta. apertè contrariū disponāt. Quapropter non de quovis adulterio, sed de his tantum casibus adulterij, qui dirimunt matrimonium, ut potè si quis dat fidem adulteræ, manente eius

legitimo viro, vel qui de facto contrahit cum secunda, vivente prima cōiuge: Aut cum alter eorum machinatus est in mortem defuncti, ob spem futuri matrimonij. per express. text. in d. cap. tanta. & in cap. 3. & 6. tit. qui filij sint legitimi, potius accipiendū esse existimarem. Cū enim istis casibus verum matrimonium iniri non dicatur, consequens est, ut etiam tales liberi legitimari nō possint subsequenti matrimonio, ut notat glossa, & artic. 45. lib. 3. ver. Sacerdotum liberi. Et lib. i. art. 37. in verbis: *uxorem alicuius.* glossa eiusdē juris expressè loquitur de his, qui alterius uxores adulterio polluunt, & tandem eas in matrimoniū ducunt, priori vivente marito, quod videlicet neq; matrimonium teneat, neq; liberi legitimi procreari possint. Cum etenim huiusmodi sobolem tam lex Mo-

saica, quàm Canonica de-
 testetur, testante Domino,
 quod mamzeres & spurij,
 usq; ad decimam generati-
 onem, in Ecclesiam non in-
 trabunt. ut videre est in *Cap.*
per venerabilem. 13. circa fin. extr. qui
filij sine legitimi; sic ut tales etiã
 subsequenti matrimonio,
 quod nullum est, non legi-
 timentur. Quod f multò
 magis dicendum est de filijs
 Clericorũ, & ordinatorum,
 eos nullo modo legitimari
 posse, ut expressè glossa Iu-
 ris Saxonici *lib. 3 artic. 45. tra-*
dit. quod intellige per sub-
sequens matrimonium. Cle-
rici enim & sacerdotes, non
 simplicem fornicationem,
 sed adulterij crimen cõmit-
 tunt: quippè cum ij dican-
 tur mariti Ecclesiarum, ut
 est glossa in verbis. *adulterinus. cap. per*
venerabilem. ext. qui filij sint legitimi.
 Consequens est, ut tales li-
 beri, non tantum pro ad-

ul-

ulterinis, per glossam d. *Cap. per*
venerabilem. sed etiam pro in-
cestuosis & nefarijs habeantur.
 teste glossa in *l. 2. in fine. Cod.*
de Episcopis & Clericis. in verb. filij & c.
 ut potè quod mulier à Præ-
 sbytero carnaliter cogni-
 ta, sit sponsæ illius scilicet
 Ecclesiæ filia. Quod etiam
 notat gloss. d. *art. 45. lib. 3. Sicut*
 itaq; ex adultero (ob quod
 matrimonium impeditur)
 nati non legitimantur, ut
 suprà dictũ est; ita neq; hos
 legitimari posse, DD: com-
 munitè statuunt; his enim
 omnibus, scilicet Clericis,
 nuptiæ secundum sacras re-
 gulas, sunt interdictæ, im-
 mò nec concubinas habere,
 aut luxurijs tradere vitam li-
 cet. ut ex *tex. in auth. de Monachis.*
cap. si quis aut. 8. Et in cap. cum mul-
ta. Et in cap. Clericis. & in cap. Sicut.
extra de cohabit. cleric. patet. Pro-
 inde huiusmodi liberos. 9
 ab omni successione tam

pa-

paterna, quàm materna, & econtra, parentes utriusq; sexus ab illorum repelli, cõmunis est opinio, per textus in obseruatione præc. de incestuosis, adulterinis, & nefarijs, allegatos quod videlicet hi, neq; filiorum nomine digni sint, neq; habeant ullum legis beneficium: quinimo omnium hominum vilissimi vel ex eo censentur, quod pro emenda currum fœni, quem duo boves unius anni trahere possunt, accipiant. prout textus d. artic. 45. lib. 3. habet.

OBSERVATIO

LXXI.

De legitimatione per rescriptum Principis, & obseruationem curiæ.

SUMMARIÆ.

I Legitimatio per rescriptum Principis, an de jure locum habeat?

2. In legitimatione per rescriptum Principis, quæ requirantur?

3. Ea quæ sunt juris divini, & naturalis, Principum voluntate mutari non possunt.

4. Praxis & consuetudo locorum, in legitimatione per rescriptum.

5. Rex in suo Regno ex quocunq; illegitimo coitu natos, legitimare potest.

6. Consensus collateralium in legitimatione, utrum sit necessarius?

7. In feudis antiquis an legitimatio fieri possit per rescriptum Principis, in præiudicium agnatorum?

8. Privilegia Principis sine præiudicio tertij, intelligenda sunt.

9. Legitimatio plena alia est, alia limitata.

10. Legitimatio per obseruationem curiæ, an de jure locum habeat?

I **L**ter verò † legitimandi modus est, qui fit per rescriptū Principis, quem non solum Praxis curiæ Regalis, (ut ex decreto inter Rzu-chomoski & Babski, contra Danielem Kula, Año 1596, feria tertia post festum S. Agnetis lato, videre est) sed omnium ferè locorum & terrarum perpetuò servat. Nam & jure Ciuili talis legitimatio pro vera & legitima habetur, & omnem maculam natalium amouet, reducitq; eos ad illud principium, quando natura sola hominibus sanciebat jura, quo tempore omnes liberi & legitimi nascebantur. per expressum textum. in auth. quib. mod. natural. effic. sui. cap. illud. 9. in verbis: *Sicut enim sunt modi, qui seruos ad libertatem simul & ad ingenuitatem deducunt, & natura restitunt; ita si*
pa-

pater non habuerit legitimam prolem, et voluerit eos restituere natura. *Antiqua ingenuiati, siue ex ingenua nascantur ei, siue ex liberta, & legitimos de cetero, & sub potestate habere, hoc agat per nostrum rescriptum &c.* Namq; hoc modo omnes huiusmodi naturæ digressiones & opiniones in his, qui legitimos non habent filios, corrigi posse, Imp. Iustinian. ibidem testatur, Et glos. *Iuris Saxo. lib. 2. artic. 51. vers. notandum. & juris Municip. artic. 4. in fine.* id ipsum probans, hoc modo legitimatos, pro veris & legitimis censeri, & ad successiones idoneos fieri tradit. Verum † quod huiusmodi legitimatio per rescriptū Principis, non simpliciter, sed cum limitatione quadam fieri debeat, rextus d. auth. admodum clare ostendit. Et primò quidem
di-

diligenter considerandum est, an legitimandus per rescriptum Principis, per subsequens matrimonium legitimari non possit, ut potè quod alteruter parentum jam mortuus sit, vel simili aliqua ratione impeditus, quò minus de jure nuptias contrahere queat, ut in verbis: *d. auth. cap. 9. in pr.* habetur. Nam quando filij naturales per subsequens matrimonium legitimari possunt, ut supra obs. præcedenti dictum est; nequaquam extraordinario remedio succurri illis debet, ne videlicet fornicationis turpitudine, legitimatiois beneficio operiatur, prout *gl. in auth. quib. mod. nat. eff. legit. cap. sit igitur licetia. 2. in verbo: permittimus.* notat. Secundo necessariò requiritur, ut talis legitimatio liberis naturalibus & legitimis non extantibus, petatur,

per expressum textum. *in d. auth. d. cap. illud. in verb: Si quis ergo filios legitimos non habens, sed tantummodo naturales, ipsos quidem legitimos facere voluerit, damus ei fiduciam ad legitimum jus filios educere naturales, legitimis, sicut prædiximus, non existentibus.* Et ratio est, quòd cum legitimati æquiparentur per omnia legitimis, etiam quò ad successionem, & alia juris beneficia, liberi naturales & legitimi summa inde videntur affici iniuria, quibus omnia jura divina & humana successionem deferunt. Illa autè, quæ sunt juris divini & naturalis, Principes sine causa mutare non debent. Quamvis enim legibus soluti sint, legibus tamè vivere debent. Digna siquidem vox est Maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri.

fiteri, ut Impp. Theod. & Valent. in l. digna. 4. Cod. de leg. rescripserunt. Si tamen consensus liberorū naturalium & legitimorum, de quorum praeiudicio agitur, accedat, quod talis legitimatio teneat, nullum est dubium. per expressum textum in l. inter-
 dum. 2. ff. de natalib. restit. ubi dicitur: quod Imperatores non facile soleant quenquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono; vel (ut in l. nam ita damus. 39. ff. de adopt.) his, qui contradicent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis: idem intellige legitimationis. Et † hæc iure quidem Civili obtinent. 4
 Cōtrarium tamen consuetudines locorum, & praxis communis tenet, quod videlicet non obstantibus his requisitis, plenè & perfectè illegitimi per rescriptū principis legitimi efficiantur, ita
 ut

ut neq; facultas legitimandi per subsequēs matrimonium, neq; consensus liberorum legitimorum sit necessarius. Quinimò / quod 5
 magis est, omnes ex quocunq; illicito complexu nati, possunt a Rege legitimari, non solum quò ad honores, sed etiam quò ad successiones. Quod decreto in causa Danielis Kulia cōtra Rzuchowski, & Rabski, in Curia Regni Año 1596. lato, liquidò probari potest. Summus quoq; Pontifex & Imperator in suis terris eam facultatē habent, teste Abb. in cap. per Venerabilem. extra. qui filij sint legitimi. Porro † collaterale 6
 lium consensus, siue agatur de successione bonorum allodialium, id est propriorum, siue feudaliū, in legitimatōne minimè videtur esse necessarius, cum his non tam pleno jure, quem-

admodum liberis legitimis, successio debeat, ac proinde nullum eis fieri videtur præiudicium, si à principe illegitimi legitimètur.

7 Quod si an etiam in feudis antiquis, in quibus agnatis ex pacto & providentia primi acquirètis, non ab ipso agnato, qui legitimatiori consentit, jus quæsitum est, locum habeat, magis dubitari possit? Et certè quavis prima frôte iniquum videatur, hoc jure & beneficio illos privari; attamen si res penitus cõsideretur, nõ omninò id æquitati repugnare videtur. Cum etenim Vassallus in feudo antiquo nihil aliud præter spem succedendi (quæ non dicitur esse in bonis nostris) acquisitum habeat, nihil obstat, quò minus Princeps (justa tamen & legitima interveniente causa) hanc spem agnatis auferre, & naturales in præiudicium illorum legitimare possit. Nec repugnat quod in textu *c. naturales. 2. feudo. tit. si de feud. defunct. contentio sit inter dom. & agnat.* Vassalli dicitur: *Naturales filios, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec solos, nec cum alijs admitti.* Id enim de legitimatone per subsequens matrimonium, non autem per rescriptum Principis, intelligi debet. Nam hoc casu, si Princeps expressè dicat legitimatum, etià quò ad feuda, idoneum esse, nullum est dubium, quod propter plenitudinè potestatis Principis id valeat, quod aliàs non valeret, ut glossa ibidem in verbo. *legitimis.* singulariter notat. Disputate etenim de Principis potestate, instar sacrilegij est, iux. vulgat. l. *disputare.* Cod. crimine sacrilegij. Vnde manifestè liquet, quod in huiusmodi

natis auferre, & naturales in præiudicium illorum legitimare possit. Nec repugnat quod in textu *c. naturales. 2. feudo. tit. si de feud. defunct. contentio sit inter dom. & agnat.* Vassalli dicitur: *Naturales filios, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec solos, nec cum alijs admitti.* Id enim de legitimatone per subsequens matrimonium, non autem per rescriptum Principis, intelligi debet. Nam hoc casu, si Princeps expressè dicat legitimatum, etià quò ad feuda, idoneum esse, nullum est dubium, quod propter plenitudinè potestatis Principis id valeat, quod aliàs non valeret, ut glossa ibidem in verbo. *legitimis.* singulariter notat. Disputate etenim de Principis potestate, instar sacrilegij est, iux. vulgat. l. *disputare.* Cod. crimine sacrilegij. Vnde manifestè liquet, quod in huiusmodi

le-

legitimacionibus naturaliū, præsertim quó ad feuda antiqua, necessariò adijci debet causa, ob quam videlicet in præiudicium agnatorum, tales ad successionem huiusmodi feudi admittantur, vel si nulla subsit iusta & legitima, ius hoc in spe positum, agnatis invitis, & non consentientibus, auferri non debet. Privilegia & enim & beneficia Principum sine præiudicio juris tertij intelligenda sunt. *per express. text. in l. 1. §. si quis à Principe. ff. ne quis in loco publico.* Et ideo clausula adijci solet in rescripto: *Saluo jure agnatorum vel tertij.* Diligenter autem & notandum est, aliam esse plenam legitimacionem, aliam verò limitatam, quæ etiã dispensatio dicitur. Vera etenim siue plena legitimatio est, quando legitimatus plenum jus ingenuitatis &

nataliū consequitur, & pro legitimo in omnibus habetur. Dispensatio verò est, quando tollitur quidẽ defectus nataliū, sed tantum in casu certo, ut potè quoad honores, & dignitates, vel ad successiones, & tunc quò ad illud, non obstante macula natalium, pro legitimo habetur, quamvis quò ad alia, inhabilis sit, ut notat *Geyl. in. obseruat. lib. 2. obseruat. 142. circa finem.* Ultimus & deniq; modus legitimandi per oblationem Curia, (dum videlicet aliquis datur in seruitium Imperatoris, vel Præsidis Provincia) in legibus recèsetur, cuius fit mentio in textu *Instit. de nuptijs §. fin.* his verbis: *Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim ut nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris, qualis est is, qui dum*

naturalis fuerat, postea curia datus, potestati patris subijcitur. Qui modus legitimandi manat ex constitutione Theodosij, quæ in l. 3. Cod. de natur. lib. ponitur. Quod hodie minimè locū habet: duobus etenim tantummodo modis naturales efficiuntur legitimi, ut supra dictum est.

OBSERVATIO LXXII.

Legitimitas quomodo probanda sit.

SUMMARIÆ

1. Legitimus qui dicatur.
2. Mater quare semper certa, & itidē cur pater semper certus probari non possit.
3. Coniecturæ & præsumptiones, ad probandam legitimitatem quales esse debeant.
4. Onus probandi illegitimitatem, quando transeat in adversarium.

Probatio legitimitatis, utrum in loco domicilij, an in loco originis fieri debeat.

Præsumptiva probatio filiationis quæ dicatur.

Possessio filiationis transfert onus probandi in adversarium.

Parentum negatione filius non excluditur à jure filiationis.

Matri non creditur propriam alleganti turpitudinem.

Quæstio legitimitatis in foro Ecclesiastico potius, quàm seculari, tractari debet.



Um difficilis admodum sit probatio legitimitatis, DD. communiter eum & legitimum dici volunt, qui in matrimonio ex uxore natus est. Lex enim præsumit, eum esse legitimum, quem nuptiæ demonstrant. per expressum textum in

l. quia semper. §. in verbis: Pater
 verò est, quem nuptiæ de-
 monstrant. ff. de in ius voc. facit
 etiam textus in l. filium cum. §. ff.
 de his qui sunt sui vel alieni iur. Vbi
 dicitur, quod filius is dica-
 tur, qui ex viro & vxore eius
 nascitur. Quamvis verò †
 2 mater semper sit certa, etiã si
 vulgò conceperit, ut inquit
 Vlpian. in d. l. quia semper. quod
 videlicet per testes, ut potè
 obstetrices, probari possit,
 ut in l. x. §. inspiciendo & alijs. ff. de
 ventre inspici. habetur, (& ideò
 hæc probatio à D D. voca-
 tur necessaria) pater tamen
 certò probari non potest, ut
 notat glossa in d. l. filium cum. &
 in l. Lucius 83. ff. de condit. & demonst.
 Hinc Telemachus (ut refert
 Homerus Odyss. lib. 4.)
 ab Aiace quæ situs, num fi-
 lius Vlyssis esset? respondit,
 matrem dicere se esse Vlyssis
 filium: attamen se necire:
 nondum enim aliquis suum

ip-

ipse novit genitorem. Ra-
 tionè eius rei tradunt D D.
 quod filiatio sensu hominis
 percipi nequeat, sed solo ju-
 dicio intellectus comprehē-
 datur, & ideò testib⁹ directè
 probari non potest; quorū
 dicta certò concludere de-
 bent. per textum in l. testium. Cod.
 de testib. Porro † coniecturæ,
 3 præsumptiones, aliæq; cir-
 cumstantiæ verisimiles hac
 in re, sunt instar plenæ pro-
 bationis, ut potè si cōmuni
 vicinorum opinione is, de
 cuius legitimitate agitur,
 pro filio habeatur: quæ pro-
 batio secundum D D. vo-
 catur probabilis: pro quo
 multum facit text. in l. si vicinis.
 §. c. de nuptijs. cuius is est te-
 nor: Si vicinis vel alijs sci-
 entibus, uxorem liberorum
 procreandorum causa domi-
 habuisti, & ex eo matrimo-
 nio filia suscepta est, quam-
 vis neq; nuptiales tabule,

neq;

neq; ad natam filiam perti-
nentes factæ sunt; non ideo
minus veritas matrimonij,
aut susceptæ filie, suam habet
4 potestatem. Et ideo hoc ca-
su dum videlicet opinio vi-
cinorum aliquem legitimū
esse agnoscit, onus proban-
di transit in adversarium, il-
legitimitatem obijcientem,
teste Ioan. Andr. in reg. infami-
bus, lib. 6. Vnde et etiam con-
5 sequens est, quod probatio
legitimitatis non tam in lo-
co domicilij, quàm in loco
originis, fieri debeat, que
admodum etiam in Curia
Regni, in causa inter Na-
piezkowski, & Simonē Ro-
uenberg ciuem Pokrzymen:
anno 1591. Sabbato post
festū visitationis B. M. V.
6 decisum fuit. Item si quis
eum, de cuius legitimo or-
tu quæstio est, tractauerit,
nominauerit, vel educaverit
instar filij, legitima est pro-
ba-

batio (ut vulgò dicitur) fi-
liationis, quã DD. vocant
præsumptivã, idq; per text.
in l. 2. §. Iulianus. ibi: Grande e-
nim præiudicium adfert pro
filio confessio patris ff. de ag-
noscent. & alend. Cui adstipu-
latur textus quoq; juris Ca-
nonici in cap. per tuas. 10. tit. de
probat. lib. 2. Decret. tit. 19. in verbis:
Quia verò mulier illa, de
dicto Titio suscepisse eum, de
quo agitur, primitus constã-
ter adseruit, Et idem Titius
præfate mulieris præcipue,
de victus instantia, ipsum su-
um filium publicè recogno-
vit, Et filius eius nominatus
communiter fuit, Et habitus
ab ambobus, eiusdem mulie-
ris postmodum juramento
in contrarium præstito, non
est standum: Cum nimis in-
dignum sit (juxta legitimas
sanctiões) ut quod sua quis-
quæ voce dilucidè protestas-
tus est, in eundem casum pro-
prio

7 *prio valeat testimonio in-
firmare.* Ex quibus ma-
nifestè patet, quod posses-
sio filiationis, si videlicet
quis pro filio habeatur à
parentibus, maximam in-
ducat præsumptionem legiti-
mitatis. Cui tam diu stan-
dum est, donec contrarium
ad adversario, illegitimita-
tem obijciente, proberur,
per textum in l. non nudis 14. his verbis:
*Non nudis adseueratiõibus,
nec eument ita professione, (li-
cet utriq; consentiant) sed
matrimonio legitimo conce-
pti, vel adoptione solenni,
filij civili jure patri consti-
tuuntur. Si itaq; hunc, cõ-
tra quem supplicas, alienum
esse probare confidis, per te,
vel procuratorem adfirma-
tionem eius falsam detege.*
Cod. de probatiõib. Facilius ta-
men is, cui obijcitur illegiti-
mitas, ad probandam legiti-
mitatè admitti debet, juxta dis-

dispositionem juris Saxon.
lib. 3. artic. 28. in verbis: *Qui aliũ
dicit illegitimum ortu aut
officio, hoc contra ipsum pro-
ponens, ille cum testibus in
suo jure perfectis, probare de-
bet. Qui vult tamen, quod sit
legitimus & pleni juris cum
testimonio probaturus, faci-
lius audiatur, quàm propter
testimonium cuiuscunq; id
ei abiudicari possit: quem
textum glossa ibidem in
hunc explicat modũ, quod
nimirum iurare debeat, pa-
rentes suos esse legitimè co-
pulos, illũq; esse legitimè
in matrimonio natum, idq;
probare debet vir metlep-
timus, mulier verò sola.
Quamvis, qui ex quatuor
progenitoribus suis, ex du-
obus avis & auis, indiffa-
mati juris est, à nullo incul-
pari possit, per expref. text.
lib. 1. art. 51. & jur. Municip. artic. 4.
Porro † sola negatiõe parè 8
tum*

tum filius non excluditur à jure filiationis. Licet enim mater asseveret, filium suum non esse ex legitimo matrimonio ortum; tamen huiusmodi confessioni, secundum communem DD opinionem, stare non debet. Et est textus admodum singularis in l. Imperatores 29. §. 1. in verbis: *Mulier gravida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium in actis professæ est, quæsitum est; an is in potestate patris sit? Et matre intestata mortua, jussu eius, hereditatem matris adire possit; nec obsit professio, à matre irata, facta.* respondit, (A C. Scævola) *veritati locum superfore ff. de probat.* Nec quicquam repugnat alius textus in l. etiam. 16. ff. eodem ubi dicitur. *quod etiam matris professio filiorum recipiatur.* Nam hoc de eo casu intelligi debet,

quando mater profiteatur aliquem esse suum filium: non autem quando confiteretur esse illegitimum. Diversitatis verò istius hæc est ratio: quòd primo casu præsumptio sit necessaria, ut supra dictum est, secundo verò casu, quia favore matrimonij præsumitur quisque legitimus, quem nuptiæ demonstrant, per supra allegata jura; idcirco non creditur matri propriam alleganti turpitudinem. per clarum facis. text. in Cap. int. dilectos 8. ibi: *immò potius contra se turpitudinem allegabant* &c. lib. Decret. 3. tit. de donat. 24. Cui ad stipulantur textus itidem juris civilis. prout videre est in l. cum profitearis. 4. Cod. de revocan. donat. & in l. transactione finita. Cod. de transact. item in l. idem. 4. ff. de consuet. ob turp. caus. Quod in Curia quoque; Regni inter quosdã cives, año 1597 practica-tum memini. Pro coronide autem

10 tem iustius quaestiois tibi
 ter notandum, quod quaestio legitimitatis potius in foro Ecclesiastico, quam seculari, decidi debeat. per claros textus in cap. Lator. 5. & in cap. causam. 7. in verbis: *Mandamus, quatenus regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali vide licet, utrum mater praedicti R. de legitimo sit matrimonio nata & plenus cognoscatis, & causam huiusmodi terminetis* Sc. tit. qui filij sint. legitimi. 17. Quamobrem quando instituitur quaestio haereditaria, & obijcitur quaestio nativitatis, consequens est, quod haec prius coram Iudice Ecclesiastico terminanda, sit quod etiam notat gloss. iuris Sax. in d. artic. 28. lib. 3. Et in Curia inter Mgrum Civitat. Crosn. & Kiellarowa Anno 1583. feria tertia post festum S. Iacobi

cobi Apostoli, ita pronunciatum esse reperio. Qua de re Statutum etiam Regis SIGISMUNDI Cracoviae, anno 1543, latum, disponit his verbis: *Spirituali tamen Iudicio pertinet quarere & iudicare de legitimi & illegitimitati liberis seu naturalibus.*

OBSERVATIO
 LXXIII.

De feudis, & an Vasallo steriliter defuncto, reliqui eiusdem familiae ad feudum admitti debeant?

SUMMARIA.

- Feudorum in regno usus.* 1
- Feudum quid sit?* 2
- Feudum aliud novum, aliud antiquum, quod & paternum dici solet.* 3
- Feudi paterni ab antiquo distinctio.* 4
- Feudorum species multifariae.* 5

- ria in jure reperiuntur, quæ ad usum regni nō pertinent.
- 6 Feuda hereditaria quæ dicantur?
- 7 Successor in feudo hereditario tenetur solvere debita Vasalli defuncti, in alijs feudis non item.
- 8 Feuda nova non transeunt in collaterales.
- 9 In feudis antiquis etiam agnati succedunt, idq; in infinitum.
- 10 Investitura tenor in feudis inspiciendus est: Quod sit Investitura?
- 11 Vasallus intra annum & diem tenetur petere investituram, aliàs perdit feudum. In feudo antiquo quando succedens defuncto Vasallo est in reali possessione feudi, non petitur nova Investitura, sed antiqua confirmatio.
- 12 In regno cōfirmationes feudorum usurpantur.
- 14 Decisio Curia Regia de successione feudi antiqui facta. Jure Sax. agnati non succedunt in feudo ex jure defuncti, verum ex simultanea investitura.
- Feudi divisio non alienat naturam feudi: jecus de jure Saxon.
- Vasallus alienans feudum sine consensu domini, privatur feudo.
- Alienatio feudi paterni in præjudicium agnatorum non valet, etiam Domino consentiente facta.
- Feudi paterni alienatio inter agnatos conceditur.
- Causæ, ob quas Vasallus feodum committit, & feudo privari potest.
- V**M & t in regno feudorum nō minor, quàm in alijs provincijs, & regionibus sit usus, ut potè quod à Regibus nostris nō solum inferiora feuda, de minutio-

ribus bonis, sed etiam Du-
calia plarumq; concedi so-
leant; Idcirco non alienum
à proposito fore existimo,
si pauca de hac quoq; mate-
ria in medium adferantur.

In primis verò sciendū est,
2 *feudum + nihil aliud esse, nisi
beneficium, quod ex bene-
volentia ita datur alicui, ut
proprietas quidē rei immo-
bilis beneficiatae penes dantē
remaneat, ususfructus verò
illius rei ita ad accipientem
trāseat, ut ad eum, heredesq;
suos masculos, siue fœminas,
(si de his nominatim dictum
sit) in perpetuum pertineat:
ad hoc ut ille & sui heredes
fideliter domino seruiant,
siue seruitiū illud nomina-
tum, quale esse debeat, sit ex-
pressū, siue indeterminate
sit promissū: prout ea defini-
tio in titul. in quibus causis feud.
amitt. lib. 2. feud. exprimitur.*

3 Feudum verò + in genere
lum-

sumptū, quandoq; dicitur
novum, quādoq; antiquū,
seu paternū. Novum idē
dicitur, quòd non ex succes-
sione provenit, sed à pri-
mo investito de novo ac-
quiritur. per express. textū
tit. qui testes sunt necessarij ad nou. in-
vestit. prob. lib. feud. 2. in verbis: *No-
uam investiturā dico, quan-
do feudum primò queritur.*

Antiquum verò siue vetus
eam ob causam appellatur,
quòd ab antecessoribus ac-
quisitū est, & ex successio-
ne provenit, atq; idē fami-
lix, siue ex pacto & provi-
dentia acquisitum dicitur.
Nec refert, quacunq; tandē
formula tenor investituræ
concipiatur, puta siue feu-
dum Vasallo pro se & libe-
ris: siue pro te & posteris:
siue deniq; pro te & suc-
cessoribus, vel heredibus, da-
tum, concessum ē sit. Om-
nes etenim huiusmodi for-

mulæ eandem ferè vim habent, neq; diversitatem aliquam naturæ feudi inducere videntur: saltem quod feudū de novo acquisitum, & adhuc in persona acquirentis remanens, dicatur novum: postmodū vero hoc idem feudū ad descendentes vel collaterales transmissū, appelletur antiquū seu paternum. **4** Quia in re fitidem huiusmodi distinctio observanda est, quod usq; ad quartū gradum descendentiū à primo acquirente proveniens, dicatur feudū paternum: quartū verò demum gradū excedens propriè dicatur antiquum, per expressum textum *tit. de success. feud. §. hoc quoq; ibi: Et olim observabatur usq; ad quartum gradum secundū quosdam: hoc ideò, quia postea non vocatur feudum paternum: quamvis in jure, &*

apud

apud DD. passim ista nomina promiscuè usurpentur; ut potè, quòd eandem naturam habeant, & iisdem legibus definiantur. Sunt & aliæ multæ & variæ feudorum species, quæ cū ad externorum potius mores, quàm ad huius Regni usum pertineant; idcirco ne metas propositi mei excessisse videar, lubens ijs recensendis ad præsens supersedebo. Illud tamen nō præmittendum mihi esse videtur, quod quædam feuda, siue illa antiqua sint, siue nova, dicantur hæreditaria, & ut potè Vasallo pro se & hæredibus concessa; quorum ea est vis & natura, ut nō transeant, nisi ad eos, qui sunt hæredes defuncti Vasalli, id est, qui bonorum etiam allodialium hæreditatem adveniunt. per textum in *Cap. i. tit. an agnat. vel. fil. def. possit retin. feud. re. feud.*

hæc

heredit. in verbis: *Ubi verò filium reliquit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repudiare: sed aut utrumq; retineat, aut utrumq; repudiet, quo repudiato, ad agnatos, si paternum sit, pertinebit.* Et ideò communis est DD: juris sentētia, quod
 7 *†* successor in feudo hæditarario teneatur solvere debita Vasalli defuncti: in alijs verò feudis non item. Diversitatis quippè ratio est, quòd huiusmodi feudum naturam quandã bonorum allodialium sapiat, & ab hæreditate (quæ non hæredis personam, sed defuncti sustinet. l. hereditas ff. de acquir. rerum dominio) nequaquam separari possit, per suprã dictum textum tit. an agnat. vel fil. defunct. possit &c. Alia verò feuda, cùm nihil commune cum hæreditate habeant, quinimò ab eadem mul-

tis

modis separata & distincta sint; meritò onera quòque hæreditatis ferre nō debent. Obiter autem illud quoq; notandum est, quod in feudis *†* novis soli descendentes succedant, ad collaterales verò etiam ad fratres, nequaquã huiusmodi feuda pertineant, nisi de eo expressè in investitura cautū sit, per expressum textum
 in cap. 1. tit. de benefi. frat. succe. lib. feud. 1. in verbis: *Si quis acquisiverit beneficium, & sine filio masculino mortuus fuerit, & fratrem reliquerit: frater non succedat fratri, sed dominus habeat, nisi per investituram à domino ordinatū fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine masculino hærede: vel succedat frater fratri morienti sine filio: vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum: vel utriusq; no-*
 8
 ni-

mine domino sciente. si in
 simul steterint: vel in hostem
 regis acquisierint. Quod i-
 tidem in textu Cap. 1. versicul. Si
 enim Tirij auus. tit. de succes.
 fratr. lib. 2. feud. satis clarè in-
 9 nuitur. At in feudis ꝑ anti-
 quis seculus est, in quibus nō
 solū n ad descendentes, sed
 etiam ijs deficientibus, ad
 agnatos collaterales, succes-
 sio deuoluitur, idq; usq; in
 infinitum. per textum in
 cap. 1. titul. de natur. success. feudi lib. 2.
 feud. in verbis: *Successiōis feu-
 di talis est natura, quod as-
 cendentes non succedunt:*
verbi gratia, pater filio, in-
ferius verò filius patri succe-
dit, non filia, nisi ex pacto,
vel nisi sit fœmineum. Tunc
enim succedit filia matri &
patri, secundum quosdam,
succedit nepos ex filio solus,
& sic usq; in infinitū: ex las-
tere omnes per masculos de-
scendentes usq; in infinitum,

si

si feudum sit paternum.
 Nec obstat, quod in con-
 trarium ex text. cap. 1. §. hoc
 quoq; titul. de his qui feud. dar. possunt.
 à quibusdam obijci solet,
 successionem agnatorum
 non ultra septimū gradum,
 extendi posse: idq; ob eam
 causā, quòd ultra eum gra-
 dum non possit inveniri pa-
 rentela. Licet enim ulterio-
 res gradus cognationis nu-
 merare possimus, ut potè
 quòd generata persona sem-
 per gradum adijciat; atta-
 men propria cognatiōis ap-
 pellatione quempiam de-
 notare, admodum difficile
 est. prout in §. hætenus. Instit. de gra-
 dibus cognationis. disponitur.
 Nam hoc ita demum obti-
 net, si statim post primam
 acquirentē, huiusmodi feu-
 dum in transversales siue
 collaterales devoluat, ut
 potè quòd is sine filijs de-
 cesserit, & solos fratres vel a-
 lios

lios collaterales reliquerit, atq; in investitura de eo expressé cautum sit, quód deficientibus descendentibus, ad collaterales ipsius feudū devolui debeat, ut suprà dictum est. Eo etenim casu, ad septimum tantū gradum jus feudi extendi solet. At quando post primū acquirentem seu investiturā ad filios vel filium immediatē descendit; & postmodum à filio vel filijs ipsius ad agnatos siue collaterales devolutū est, eo casu non est dubium, agnatos etiā ultra septimum gradum, usq; in infinitū ad huiusmodi feudum admitti, quod DD. ibidem tradunt. Et est ratio, (quam adfert Afflict. in *Cap. 1. tit. de feud. Marchie*) quod nimirum eo casu, respectu primi acquirentis omnes agnati seu collaterales dicantur ipsius descendentes, & i

deo

deò meritò successio ipsis debeat usq; in infinitum. Hinc *†* itaq; liquidò constat, ¹⁰ quod in decidendis causis feudalibus ante omnia inspiciendus sit tenor investituræ, ex qua vis & natura feudi cognosci debet. Investitura autē proptre quidem dicitur possessio abusive autem modo dicitur investitura, quando hasta vel aliud corporeum quilibet porrigitur à Domino feudi, se investituram facere dicente. per textum in *cap. 1. in pr. tit. quid sit investitura. lib. 2. feud.* Ac proinde *†* necessitas imponitur cuilibet Vasallo, ut infra annū & diem investituram à Domino petere cogatur, idq; siue dominus ipse mortuus fuerit, siue etiam Vasallus: aliás amittit feudum per textum in *cap. 1. tit. quæ fuer. prim. caus. benef. amitte: lib. 2. feud. in verbis: Prima*

416-

autem causa beneficij amittendi hæc fuit, & adhuc est in plerisque curijs, (sed in nostra Mediolanen. non obtinet) quòd si Vasallus per annum & diem domino suo mortuo steterit, quòd heredem domini sui investituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit, tanquam ingratus existens beneficium amittit: & e converso, si domino supervivente Vasallus decesserit, & filius eius per jam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit. Rationem verò eius rei hanc esse quidam tradunt quòd investituram petere, sit quidam quasi census devotionis & recognitionis ac reverentiae, quæ debet domino præstari. Quavis & si feudum sit antiquum, & filius sive is, qui defuncto Valallo succedit, post mortem ipsius in possessione reali

ali feudi inveniatur, non habet necesse novam petere investituram, sed tantummodo antiquæ confirmationem. Quales confirmationes & etiam in Regno, præsertim in minoribus feudis, quæ de bonis minutioribus conceduntur, locum habent, ita ut non sit opus semper petere novam investituram, sed sufficiat antiquæ confirmatio. Cuius rei intuitu & in Curia quoque regia, inter Tisenhaus & Barcz actores: & successores Simonis de Burg, incolas Livoniae conventos, feria tertia post festum S. Agnetis, Cracoviae, anno domini 1596 quatenus prædicti Conventi, ea bona, quæ per Magistrum Livoniae dicto olim Simonis de Burg, auctoritatorum, eiusque successoribus masculis jure feudi fuerunt collata, & in quorum pacifica posses-

12

13

14

fese

sensione tanquam veri & legiti-
 mimi praedicti aui sui suc-
 cessores, usq; ad litem in-
 choatam fuerant, jure feu-
 di cum suis haeredibus ha-
 beant & possideant, recte
 decisum fuit. Actorea parte
 nequicquam in contrarium
 allegante, quod filij dicti Si-
 monis Burg primi investiti,
 divisionem eius feudi inter
 se fecerint, & quod uno ex
 dictis fratribus steriliter mor-
 tuo, alterius fratris filij, mo-
 derni scilicet conventi, in
 feudi ipsius sorte, sine nova
 & speciali investitura succe-
 dere non potuerint. Nam
 cum feudum illud paternum
 fuerit, ut pote ab auo illorum
 acquisitum, merito ad illos
 quoq; tanquam ipsius nepo-
 tes, sine nova & speciali
 investitura, devolui debue-
 rat, prout etiam in Cap. x. titul.
 de natur. success. feud. lib. 2. feud.
 iste casus clare admodum

explicatur his verbis: *Pater-
 num autem voco, quicumq;
 ex superioribus id acquisivit:
 dummodo scias, quod si quis
 habens beneficium, quatuor
 superstitionibus filijs decedat, &
 feudum ad unum solum ex di-
 visione deveniat, & iste su-
 perstitibus filijs duobus vel
 tribus decedat, qui patruales
 dicuntur, ad quorum unum
 feudum similiter pervenit, si-
 cut etiam ex alijs superiori-
 bus, vel primis fratribus su-
 persunt masculi, si ille qui
 feudum habet, decesserit nul-
 lo filio relicto: an ad omnes,
 vel ad quos perveniat, quæri-
 tur? Respondeo ad solos, &
 ad omnes, qui ex ista linea
 sunt, ex qua iste fuit. Sed hæc
 de jure quidem communi feu-
 dorum ita se habent: secus
 de jure Saxonico. Nam eo
 jure non attenditur jus
 defuncti, sed tantummodo
 simultanea investitura, ita*

ut agnati non succedant de-
 functo etiam in feudo anti-
 quo seu paterno, nisi sint si-
 multaneè investiti; quini-
 mò simultaneè investitus
 remotior, pari jure succedit
 cum proximior, non ob-
 servata gradus prærogativa,
 prout in *textu Sax. feud. Cap. 32.*
 16 habetur. Eodem modo ꝛ
 quamvis de jure commu-
 ni per divisionē feudi, non
 mutetur natura feudi, per
lex. in cap. Si quis miles. tit. de succ. feud.
 attamen jure Saxonū, post
 divisionē feudi factam, fra-
 ter fratri in eo feudo non
 succedit, nisi de novo sint
 simultaneè investiti. *d. cap. 32.*
lib. feud. Sax. Verumtamē hac
 in parte jus Saxonicum feu-
 dale in regno non observa-
 tur; & in decidendis causis
 feudalibus ad consuetudi-
 nes & statuta regni, vel ad
 jus commune feudorum,
 tanquam fontem & origi-
 nem

nem, recursus fieri solet.
 Ex his facilè colligi potest,
 quod divisio in bonis feu-
 dalibus fieri possit etiam si,
 ne consensu domini, neq;
 tamen ob id feudum amit-
 tatur, quamvis in alienatio-
 ne feudi secus sit. Eo enim
 casu ꝛ feudum, uti ab ingra- 17
 to aufertur. per express. text.
in Cap. 1. §. Si quis. tit. de prohi. alien-
nat. feud. per Lothar. lib. 2. feud. ju-
xta quod in Curia quoq;
 Regali in feudis Lithvanicis
 aliquoties decisum fuit: &
 non ita pridem anno 1602
 feria quarta ante festum S.
 Andreæ Apostoli Cracovię
 inter Instigatorem & Pret-
 flus, in controversio idip-
 sum fuisse memini. Quæ
 tamen ita intelligenda sunt,
 quod feudū novum absq;
 cōsensu domini directi ali-
 enatum, redeat in mediatē
 ad dominū antiquum verò
 ad filios vel agnatos alienā-
 tis,

tis, ut videre est in textu
*cap. x. titul. Si Vassallus feud. prin. cui
 defer. et. & ibi, & in materia*
 feud. D D. passim tradunt.

Cuius rei ea videtur esse ra-
 tio: quia in feudo novo de
 solius domini; in antiquo
 verò etiã de agnatorũ præ-
 iudicio agitur, qui non ex
 persona alienantis feudum,
 sed jure proprio, ex pacto &
 providentia primi acqui-
 rentis, feudum petunt. In
 feudo autẽ novo, filius pa-
 tris personam repræsentedat,
 & ex illius jure venit: ideoq;
 ob alienationem à patre fa-
 ctam, feudo à domino pri-
 vari potest, teste Aluarotto
*in c. Tytius. in pr. & §. fin. tit. que
 fuerit prima. caus. benefic. amittend.*

Quamvis in eo, qui portio-
 nem aliquam beneficij alie-
 nat absq; scientia domini,
 id non procedat. Is enim
 beneficiũ quidem retinet,
 sed fidem promissam serva-

re

re non videtur. per textum
*in Cap. x. §. item que. titul. que fuit pri.
 caus. benef. amitt. lib. 2. feud. Ac pro-*
 inde ꝑ alienatio quoq; feu- 18
 di antiqui, seu paterni, non
 valet etiam domini volun-
 tate, nisi agnatis consentien-
 tibus, ad quos beneficium
 sit quandoq; reversurum;
 nec in filiam Vasallus feudũ
 poterit confirmare agnatis
 non cõsentientibus, vel po-
 stea ratum non habẽtibus.
 Et licet ꝑ prohibeatur bene, 19
 ficij alienatio inter agnatos,
 tamen si paternum sit, con-
 ceditur ut sunt expressa ver-
 ba textus, in *Cap. x. de alienatio-
 ne feudi patern. lib. 2. feudor.* Porro
 sunt ꝑ & alix multæ causæ, 20
 ob quas Vasallus feloniam
 committit, & feudo priva-
 ri potest, quæ omnes ex cau-
 sa quidẽ ingritudinis de-
 scendunt, nullo tamen cer-
 to modo definiri possunt.

X x 2

Quo

Quomodo enim Vasallus, quàm humiliter, quàm devotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum suum debeat se habere, potius ex naturalibus, & bonis Curiarum consuetudinibus percipi, quàm lege aut scripto aliquo possit cõprehendi. *ut in text. Cap. 1. titul. in quib. caus. feud. amit. lib. 2. feud. habetur.*

Generaliter verò id receptum est, quod ex quibus causis filius ob ingratitude à patre exheredari possit; ex iisdem Vasallus quoq; feudum amittere queat. *per exp. text. in cap. 1. §. item qui dominum: in verbis: Prædictis modis beneficium debere amitti, tam naturalis, quàm civilis ratio suadet: quæ potest colligi, si quis novam Cõstitutionem, justas exheredationis causas enumerantem, & alias Cõstitutiones veteres, justas ingratitude & repudij cau-*

sas, quibus matrimonia rectè contracta solvantur, & donationes jure perfectæ res vocantur, subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia natura novas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut alia emergant cause, quibus videatur justè adimi posse feudum: ideoq; iudex solers & discretus, & equitati obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispensans, provideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis seu maior, ut proinde sciat, utrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum. tit. quæ. su. pri. caus. benef. amit. 2. feud. Quas itidè privationis causas DD. passim in tractatibus feudorum sigillatim commemorant, & satis prolixè recensent, quas in eo passu consulere cuius licet.

OBSERVATIO LXXIII.

Verum

sas,

Vtrum nobilitas per
exercitium mercaturæ am-
ittatur?

SUMMARIA.

- 1 Nobilitas quibus modis amittatur?
- 2 Nobilitati exercitium mechanicarum artium cur deroget?
- 3 Mercatura vtrum derogare possit nobilitati?
- 4 Leges Regni, & jus Civile nobilitati mercaturam officere statuunt.
- 5 Distinctio D.D. de mercatura, quomodo deroget natalibus nobilium?
- 6 Consuetudinis magna est autoritas.
- 7 Distinctio inter mercaturam uberem, & tenuem.
- 8 Leges Regni mercaturam sordidam in nobilibus damnant.



Non incōmodè
his adiungi potest
ardua de amittenda

da nobilitate quæstio: Num videlicet mercatura eidem derogare possit? Sanè juris & manifesti est, quod nobilitas amittatur per turpitudinem vitæ, quæ in muneribus & officijs sordidis consistit: per sordida item exercitia, & artificia, & per omnes artes viles & mechanicas, quæ magis corporis ministerio, quàm industria animi perficiuntur. ut in textu l. nobiliores. Cod. de commercijs. & l. ne quis. Cod. de dignitatib. videre licet. Rationem & verò huius rei, Philosophi alij aliam reddunt: ut potè, quòd talium artiũ Professores præ assiduo labore, umbratilem ac sedentariam vitam ducant: vel (quod magis placeat) ingenij robur, ac animi excelsi vim, quæ nobilibus inesse debet, mercede conducti amittant. Sed & an de mercatura idem intelligendum

dum sit, Iurisconsultis non satis de eo convenit, & sapius in cōtroverso id fuisse memini. Qua in re, quamvis non solum exempla tot Principum, Regum, & Imperatorum, qui citra diminutionem status sui mercaturam exercere soliti erant, & etiamnum exercent, adduci possint; sed etiam ratio ipsa, mercaturam confirmandæ societatis humanæ causa introductam esse suadeat: Cùm (experientia teste) nihil magis Civitatibus ea sit non tantum utilius, sed etiã honestius: nec solum honestius, verùm etiam magis necessarium.

† Veruntamen † prædictis non obstantibus, leges nostræ, & praxis in Regno observata, contrarium suadet. Quod etiam à jure Civili non alienum est. Id enim

textus in l. nobiles. Cod. de Commer-

cijs.

cijs.

cijs. & mercat. hæud obscure innuit his verbis: *Nobiles natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendiq; commercium.* Cui concordat etiam textus in l. ne quis. Cod. de dignitat. ubi negotiatores ab omni dignitate repelluntur: quinimo nec militiæ nomē dare possunt. tot. titul. Cod. Negotiatores ne militent. Solent enim (ut inquit Ulpianus. in l. iustissime §. proponitur ff. de Edictio edicto) *ad lucra impia proniores esse:* Et sacra scriptura, Mercatorem manus à scelere puras vix habiturū, dicit. Ecclesiast. 24. Nec desunt † qui hanc questionē, & varietatem opinionum, 5

distinctione temperandam esse existimant. Quidam

enim

enim tradunt, mercaturam eo casu praedudicare nobilitati, si quis per se eam exerceat: secus si per alios, ut quia opera & ministerio servorum utatur. Quod facile refellitur per expressum *text. in l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad Civitat. pertinentium.* Nam quod quis suo nomine exercere prohibetur, id per alium agere non potest: de quo etiam Accursius ibidem notat. Alij vero id ita, demum verum esse statuunt, nisi consuetudo vel necessitas cuiuscumque loci contrarium observet. Quemadmodum id in Italia, Britannia, Lusitania locum habere, Bodinus de Repub. scribit. Quamvis vero magna sit vis & autoritas consuetudinis cuiusque loci; non tamen usque ad eo suo validitatem momento, ut aut rationem vincat, aut legem. *Imperat. Constant. in l. consuetudines. 2.*

Cod. quae sit longa consuetudo. definit. Ac proinde in his etiam locis, in quibus talis est consuetudo, ut mercatura nobilitati non deroget, illud animadvertendum esse existimarem. Vtrum quis magnam & uberem, an vero tenuem & quaestuosam exerceat mercaturam: *Mercatura siquidem (teste Cicero) si tenuis est, sordida putanda est; si magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda.* Et ideo huiusmodi negotiationem seu mercaturam, nihil derogare splendori natalium, & nobilitati, glossa etiam in verbo publicae, in Clementina, de vita & honestate Clericorum. testatur. Pro regula etenim generali tenendum est: *Omnia exercitia, in quibus est turpis lucri seu quaestus*

occafio & captatio, ac præterea omnia officia, in quibus est turpis quædam operarum locatio, nobilitati præiudicare, prout etiã Tiraquell. in fuo tractatu de nobilitat. cap. 37. num. 4. & 34

8 num. 50. notat. Nec ꝑ multum ab eo leges & Constitutiones Regni recessiffe videntur. Nam & illæ sordidam & quæstuosam mercaturam, ut potè quæ pondere aut mēfura minutim perficitur: & alias actiones viles damnant, prout de eo Statutum Regis Alexandri in Radom Anno 1505 factum, disponit his verbis:

Quorum tamē (scilicet nobilium) parentes, & ipsimet vivant, & vixerint ad instar aliorum nobiliū in Regno: & non exercuerint, vel exercent eas artes, & actiones, quas cōmuniter ciues, & qui in civitatibus moran-

rantur, exercere solent. Per contrarium enim usum, nobilitas ipsa in popularem & plebeiam conditionem transire solet.

OBSERVATIO LXXV.

Vtrum bona eorum, qui mortem sibi adferunt, confiscari debeant?

SUMMARIA.

Bona eorum, qui metu pa- 1
narum, mortem sibi adsci-
scunt, fisco applicantur.

Qui tadio vitæ, aut impa- 2
tientia doloris, manus sibi
infert, non punitur confisca-
tione bonorum.

Textus juris Saxonici, de 3
his qui vitam sibi adimunt,
quomodo intelligendus sit?

Cadavera eorum, qui mor- 4
tem sibi consciverunt, an sep-
ultura tradi debeant?

His qui impatientia dolo- 5
ris, aut simili ex causa se ipo-
sos

fos exanimarunt, sepultura
denegari non debet.

Vnesta certè,
non infrequens ta-
men quaestio pra-
cticari solet: An bona eius,
qui sibi ipsi mortē consci-
vit, fisco applicari debeant?

In hac quaestione distin-
ctio juris civilis tenenda est,
quæ in l. 3. in pr. ff. de bonis eorum,
qui mort. sibi consciuer. proponi-
tur his verbis: *Qui rei pos-
tulati, vel qui in scelere de-
prehensi, metu criminis im-
minentis mortem sibi consti-
tuerunt, heredem non ha-
bent. Papinian. tamē lib. 16
responsorum ita scripsit: ut
qui rei criminis non postu-
lati, manus sibi intulerint,
bona eorum fisco non vindi-
centur. Et subiungitur ibi-
dem diversitatis ratio: Non
enim (inquit textus) facti
sceleritatem esse obnoxiam:
sed cōscientia metum in reo*

ve-

velut cōfesso teneri placuit.

Quod † tamen ita verum
est, si tædio vitæ, aut impa-
tientia doloris, aut alio si-
mili casu vitam sibi ade-
merit: non autem si nulla
huiusmodi præcedēte cau-
sa hoc fecerit. per expressū
textum in d. l. 3. §. 6. in verbis:

*Sic autem hoc distinguitur:
interesse qua ex causa quis
sibi mortem consciuit, sicuti
cum quaritur, an is, qui si-
bi manus intulit, Et nō pe-
petrauit, debeat puniri quæ-
si de se sententiam tulerit?*

*Nam omnimodo puniendus
est, nisi tædio vitæ, vel im-
patientia alicuius doloris
coactus est hoc facere. Et me-
ritò (inquit J. C. Marcia-
nus) si sine causa sibi manus
intulit, puniendus est. Qui
enim sibi non pepercit, mul-
to minus alij parcet. Et hoc
idem Imperat. Antoninus
in l. 1. Cod. de bon. cor. qui mort. sibi*

Y y

con-

consciū. Statuit talibus verbis: Eorum demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati, admissiq; criminis, metuq; futura sententia manus sibi intulerunt. Ea propter fratrem vel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut radio vita, aut furore, vel insania, aut aliquo casu, vitam suspendio finisse confiterit; bona eorum tam ex testamento, quàm ab intestato, ad successores pertinebunt. Quæ t̄ distinctio-
 3 netextus etiam Iuris Saxo. lib. 2. artic. 31. temperādus esse videtur, cuius hæc sunt verba: Qui per sententiam iudicis interficitur, vel qui se ipsum interficit, eius succedat cognatus. Et ita summa juris utriusq; æquitate in Curia Regali, inter Kręski Stupatorem Sac. R. Mttis, & successores cuiusdā dicti

Sceika, incolæ Civitatis novæ Varsouien. Año 97 die xi. Aprilis: Et à DD. Assessoribus Curia eiusdē anno 99, feria sexta post festum S. Bartholomæi Apostoli, inter Wilhelmum Grym, & Kin, Scotum, pronun-
 4 ciatum fuit. Porro t̄ Coronidis instar circa præsentem quæstionem, etiam hoc notandum est, quod licet regulariter propter memoriã humanæ conditionis, mortuorum corpora sepulturæ tradi debeant. per textum in l. 27 ff de cõdit instit lib. 28. tit. 7. in verbis *Laudandus est magis, quàm accusandus hæres, qui reliquias testatoris non in mare, secundū ipsius voluntatē abiicit, sed memoria humanæ conditionis, sepultura tradidit.* In hoc tamē casu, dum videlicet quis sibi ipsi consciuit mortem, sepultura honesta, & publi-

ca oratione omninò privari debet. iuxt. cap. placuit. 23. qu. 5. cuius is est tenor: *Placuit, ut qui sibi ipsis, voluntarie, aut per ferrū, aut per venenum, aut per precipitiū, aut per suspendium, vel quolibet modo violentā inferunt mortem, nulla prorsus in oblatione commemoratio fiat, neq; cum Psalmis ad sepulturā eorum cadavera deducantur.* Et. Verum ut ego saepius in civitatibus Germaniæ factum vidi, tales supra rastrū educi, & in campo sepeliri, aut in profluentem proijci, id quod etiam gloss. in d. artic. 36. monere videtur. Quod tamen non de his, qui ex impatientia doloris, aut correpti phrænesi, seu alia mentis insania, mortem sibi cōsciscunt; sed de his, qui ex desperatione, vel metu pœnæ, manus sibi inferunt, intelligi debet. Illi

enim

enim sicut bonis suis non proscribuntur; ita etiam sepultura decenti & honesta minimè privari possunt. Hi autem, quia non solum corpus, sed & animā suam nefariè perdunt, idcirco merito hac ignominiosa sepultura afficiuntur, prout notat Iodocus Damhod. in praxi rerum crimin. Cap. 88. num. 6.

OBSERVATIO LXXVI. 75

Præscriptio longissimi temporis quando locum habeat?

SUMMARIA.

Præscriptio 30. annorum omnem tollit actionem. 1

Præscriptiones cur introductæ? 2

Longissimi temporis præscriptio etiā malæ fidei possessoris prodest. 3

Iure Canonico semper bona fides requiritur. 4

Yy 2

In

5 In bonis Ecclesie immobili-
libus, qualis prescriptio lo-
cum habeat?

6 Ecclesia Romana centū an-
norum prescriptioe gaudet.

7 Res D E O dicata nunquā
prescribi possunt.

8 Decime sunt res Deo di-
cata, & nullo modo sacer-
dotibus auferri possunt.

1 **P**rescriptio +
longissimi tempo-
ris, id est 30. anno-
rum, secundū jura Civilia,
omnem omnino actioem,
sive illa sit in rem, sive in
personam, tollit. ut patet ex
l. sicut in rem. 3. C. de prescript. 30. vel
40 annorum. lib. 7. titu. 39. quam
propter singularem eius di-
spositionem, prout in te est,
adijcere, non abs re fore exi-
stimavi: Sicut in rem specia-
les, na de universitate ac
personales actiones, ultra
triginta annorum spatium
minimē protendantur: sed

si qua res, vel jus aliquod po-
stuletur, vel persona quali-
cunq; actione, vel persecu-
tione pulsetur: nihilominus
erit agenti 30 annorum pra-
scriptio metuenda. Eodem
etiam jure in eius persona
valente, qui pignus vel hypo-
thecam non à suo debitore,
sed ab alio per longum tempo-
pus possidente, nititur vin-
dicare. Quae ergo antea
non motae sunt actiones, 30
annorū jugi silentio, ex quo
jure competere ceperunt, vio-
lendi ulterius non habeant
facultatem: nec sufficiat pre-
cibus oblati speciale quoda-
dam (licet per annotatio-
nem) promeruisse respōsum,
vel etiam in judicijs allegas-
se: nisi allegato sacro rescri-
pto, aut in judicio postulatio-
ne deposita, fuerit subsequen-
ta per executores conven-
tio: non sexus fragilitate, nō
absentia, non militia contra

si

hanc

hanc legem defendenda, sed pupillari etate duntaxat, (quamvis sub tutoris defensione consistat) huic eximens da sanctioni. Nam cum ad eos annos pervenerint, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, necessario eis similiter ut alijs, annorum triginta intervalla servanda sunt. Haec autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quae perpetuae videbantur, non illae quae antiquis temporibus limitabantur.

Post hanc vero temporis definitionem, nulli movendi ulterius facultatem patere censemus, etiam si se legis ignorantia excusare tentaverit. Ac licet jus Civile aequitati naturali repugnare hac in parte quibusdam videatur; verior tamen eorum est sententia, qui non tam contra, quam praeter naturae jus, (ut nimirum quod

juri naturali deerat, per jus civile suppleretur) jura haec de praescriptionibus inventa, & aequitati maxime consentanea esse statuunt, idque in odium desiderium hominum, & sui juris contemptorum, ut habet textus in l. fin. c. de annal. except: propter bonum vero publicum, ne scilicet quarundam rerum diu & fere semper incerta dominia essent. ut l. i. ff. de vsucap. & vsurp. & Instit. cod. in prin. dicitur. Ac ut etiam aliquis esset litiu finis. l. vlt. ff. pro suo.

Quamobrem & communiter omnes DD. juris, hanc longissimi temporis praescriptionem etiam mala fidei possessori prodesse tradunt. per textus in l. i. § ad haec. c. de annali praescript. & auth. mala fidei. c. de praescript. longi. temp. in verbis: Mala fidei possessore alienante, cessat longi temporis praescriptio, si verus dominus ignoret suum

4 jus & alienationem factam, speratur ergo triginta annorum defensio. Quamvis tamen jure Canonico semper bona fides requiratur, per manifestum text. cap. vlt. ext. de prescriptionib. lib. 2. tit. 26. cuius is est tenor. Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, Synodali iudicio definimus, ut nulla valeat absq; bona fide prescriptio, tam Canonica, quam Civilis: cum generaliter sit omni constitutioni, atq; consuetudini derogandum, quae absq; mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui prescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienam. Quam sententiam uti æquiolem, & melioribus rationibus fultam, Camera Imperialis sequitur, prout notat. Andr. Geil lib. 2. obs. 18. num. 4. juxta quod in Curia etiam Regali,

li, in causa civium Nurensium dictorum Bogudowie anno 1597. die 7 Maij, practicum memini. Porro in bonis Ecclesie immobilibus, actionibusq; ei competentibus, quamvis jure Codicis, non nisi centum annorum locum habeat prescriptio, ut habetur in l. fin. Cod. de sacros. Eccle. in verbis: Longissimum vita hominum tempus eligimus, & non aliter eam actionem finire concedimus, nisi centum annorum curricula excesserint. Et in Nouell. 9. ibi: Sed centum tantummodo annorum lapsu temporalem exceptionem eis opponi sancimus, videre licet. Verumtamen hoc Privilegium in centum annorum in quadraginta postea mutatum esse. Nouell. Constit. iii probat, his verbis: In illis naq; (ut dictum est) negotijs, religiosos contractus, memorato

51
quas

quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prerogativa constitutio nostra contulerat. Quod etiam auth. quas actiones (ex eadem Novella desumpta) tradit in verbis: Quas actiones &c. Cod. de sacrosan. Eccles. Nec desunt qui per d. Nouell. 111, solummodo d. l. fin. C. de sacros. Ecclesijs, non autem d. Nouell. 9. correctam esse existimant: ac proinde in occidentalibus, manente praescriptione centum annorum; orientalibus tantummodo Ecclesijs praescriptionem quadraginta annorum competere ex eo inferunt, quod videlicet d. Nouell. cx1. Theodoro Orientalium praetoriorum Praefecto inscripta sit. Quod veritati minimè consentaneum esse videtur. Neque enim illud de Praefecto praetoriorum Orientali, ad indu-

ducendam specialitatem, multum facere potest: multae siquidem huiusmodi Novellae ad Orientis praefectos inscriptae in jure reperiuntur, quas ad Occidentales non pertinuisse, nemo dixerit. Verum haec omnia de Ecclesijs particularibus, non etiam de Romana Ecclesia in specie, quae est caput omnium Ecclesiarum, accipienda sunt: haec enim sola centum annorum praescriptione gaudet, per expr. ⁶ text. in d. auth. quas actiones, in verbis: *Sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spacio vel privilegio. Quod etiam Accursius in d. l. fin. in verbo: annorum. Cod. de sacrosan. Ecclesijs. innitendo juri Canonico, probat. per text. in Cap. cum vobis 14. in verbis: Licet igitur tam legali quam Canonica sit definitio statutum, ut contra Rom. Eccle-*

clesiam, quæ gaudet privilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio locum sibi valeat vindicare. extr. de præscriptionibus. Cui etiam ad stipulatur textus, in cap. nemo. 16. qu. 3. ibi: *Sed et veneranda Romana leges divinitus per ora piorum principum promulgata, rerum eius præscriptionem, nõ nisi per centum annos admittunt.* Ad extremum ꝛ sciendum est, quod res DEO dicatæ, & merè ad cultum DEI. pertinentes, quales sunt supellex sacra, & proventus primitiarum, ac decimationum, nulla præscriptioe tolli possint. Quæ enim ab initio nõ valent, nec tractu temporis convalescunt. per express. textum in l. quæ ab initio ff. de reg. jur. Illud si quidem plus quàm manifestũ est, quod res sacre, religiose, & sanctæ, divini juris fiat, & nullius in potesta-

te

te esse possunt. per textum in §. nullius. Instit. de rerum divisione. Decimæ verò ꝛ DEO mandante sacerdotibus & Levitis separatæ sunt, ut de sorte Dni. viverent, qui in eius sorte connumerantur. Num. cap. 18. Proindè nullius Privilegio, nec Põtificis rescripto laicis concedi possunt. Rescripta enim & Privilegia contra jus elicita, nisi talia sint, quæ non lædant alium, & prosint petenti, nullius momenti esse censentur. per tex. in rescripto. 7. Cod. de precib. Imperat. offeren.

OBSERVATIO LXXVII.

De præscriptioe rerũ
mobilium & immobilium

SUMMARIA.

Iure Civile res mobiles & immobilis quando præscribantur?

In præscriptione possessio cõ-

ti-

tinua requiritur.

3 *Differentia inter præscrip-
tionem & Usucapionem.*

4 *Bona fides & certus titu-
lus in præscriptione adesse
debet.*

5 *Publiciana actio qua dicao-
tur?*

6 *Iure Saxon. res mobiles præ-
scribuntur anno & die.*

7 *Dies in iure Saxonico accio-
pitur pro termino sex septis
manarum.*

8 *Res immobiles & heredis
tas 31 annorum & diei spa-
tio præscribi potest.*

9 *Fiscus quando præscribat?*

10 *Præscriptio currit à tempo-
re scientiæ.*

11 *Ignorantia duplex, juris &
facti.*

12 *Ignorantia juris quibus nõ
noceat.*

Sed an præscri-
ptio rerum etiam
mobiliu vel im-
mobiliu, eodem tempo-

ris

ris intervallo finiatur? Et f¹

jure quidem Civili res mo-
biles præscribuntur trienio:

immobiles verò, ut sunt

res soli, longo tempore hoc

est decem annis inter præ-
sentes, & viginti inter absen-

tes. Institution. de usucap. in pr. & l.
unica. c. de usucapion. trans. for.

Qua f² in re posselsio conti-
nua & nõ interrupta requi-
ritur, quod ex definitione

usucapionis, quæ habetur
in l. 3. ff. de usucap. & usurpation.

colligi potest, ubi dicitur:
Quod usucapio sit adiectio

dominij per continuatiõem
possessionis, temporis lege de-
finiti. Congruit textus in

Instit. de usucap circa princ. quam-
vis præscriptio quasi posses-

sione interdũ contenta sit,
ut in his rebus, quæ possi-

deri nequeunt. per text. in
l. 4. §. si viam. 27. in verbis: quia

nec possideri intelligitur jus
corporale &c. ff. de usucapio.

Zz

Vr-

3 Vnde ꝛ liquidò constat, usufruptionē dici rerum corporalium; præscriptionem verò incorporalium. Nunquam enim res incorporales dicuntur usufruari, sed præscribi duntaxat. l. r. c. de annat. si except. lib. 7. tit. 40. quamvis res corporales secundū jus novissimum etiam præscribi rectè dicantur. Requiritur ꝛ etiam in hac præscriptione bona fides, & certus aliquis titulus juris, ut scilicet possessor rei, titulo emptionis, vel aliquo alio (quales multi in jure reperiuntur, ut videre est in l. r. §. r. ff. de public. in rem actio.) rem acquirat, & alienantem verum eius dominum esse credat. Exempli gratia: Si hæres rem defuncto cōmodatam aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hæreditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut do-

donaverit, aut dotis nomine dederit, quin is, qui acceperit, usufruere possit, dubium non est: quippè cum ea res in furti vitium non ceciderit, quum utiq; hæres, qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum nō committat. prout est textus in §. furtivæ. 2. Instit. de usufruc. & longi temp. præscript. ubi plura quoq; de his videre licet. Quæ bona fides etiam ipso tempore acquisitionis adesse debet: prout in l. cum qui. 7. §. fin. ff. de public. in rem act. libe. 6. titul. 2. traditur his verb: *Nec quisquam putet, hoc nos existimare, sufficere initio traditionis ignorasse rem alienam, uti quis possit Publiciana experiri, sed oportere & bona fide emptorem esse.* Dicitur ꝛ autē Publiciana in rem actio, si quis id, quod traditur, ex justa causa non à domino, & nondū usufructum, qua-

quasi usucaptum petit. ut
 Instit. de action. §. namq; 4. & l. 1. ff.
 de public. in rem actio. luculenter
 traditur. Porrò jus Saxonū
 6 longè aliter se habet. † Nam
 hoc jure res mobiles (qua
 tenus non adhærent hære-
 ditati) præscribuntur anno
 & die, id est sex septimanis.
 ut notat glossa Spec. Saxon.
 lib. 1. artic. 28. Et clarior est
 textus lib. 2. artic. 44. his verbis:
Quicumq; per annum & di-
em bona sine justa contradi-
ctione possederit, in eis justā
habet possessionem. Item lib. 3.
 artic. 38. ibi. *Quicquid homo*
per annū & diem non posse-
dit, pro hoc impetitus statim
tenetur respondere. † Dies
 7 autem hic accipitur pro spa-
 tio sex septimanarum, idq;
 ad instar peremptorij termi-
 ni pro tribus edictis, quat-
 uordecim diebus invicē se
 distantibus, à Iudice impe-
 trati, prout traditur. sp. Sax.

lib.

lib. 2. art. 24. in princ. & lib. 3. art. 3.
 Secus est † si res mobiles ad
 iunctæ sunt immobilibus, 8
 quæ hæreditatis nomine pe-
 tuntur: quia tunc præscri-
 ptio fit secundum naturam
 hæreditatis, puta spacio 31
 annorum & diei. Immobi-
 lia etenim tanto temporis
 intervallo præscribi posse,
 expressus textus Spec. Sax.
 lib. 1. artic. 28. testatur his ver-
 bis: *Proprietas & fundus*
non nisi post trigesimum &
unum annum diemque ad-
versus Saxonem in Saxo-
nia præscribuntur. Quibus
 adiungi possunt etiam ea,
 quæ observatione præcedē-
 ti dicta sunt. Et praxis Cu-
 riæ Regalis id ipsum probat,
 prout ex decisione in causa
 successorū cuiusdam Graba-
 ski cum quodam cive Lan-
 cien: feria quarta post festū
 S. Bartholomæi Apostoli
 Anno 99. à DD. Assesso-

Z z z

ri-

ribus facta liquet. Sed hæc præscriptio in absentibus tantummodo locū habet: contra præsentibus enim bonorum alienationem audientes & tacentes, unius anni & diei currit præscriptio, per

textum Spec. Saxon. lib. 2. artic. 6.

9 Nisi ꝑ fortè etiam Fiscum ob favorem & Privilegium eiusdem, hac præscriptione gaudere dicamus, prout id innuere videtur *textus d. lib. 1.*

10 artic. 28. Sciendum ꝑ tamen est, quod præscriptio non currat, nisi à tempore scientiæ, quâ duplici modo DD. juris cōsiderare solent. Aut enim ꝑ quis ignorat eum, de

11 cuius hæreditate agitur, esse mortuum: tunc quia committitur ignorãtia facti, nõ nocet præscriptio. per text. in l. error. 7. Cod. de jur. & facti ignor. Aut ignorat jus suum: eo casu locus est præscriptioni. Ius enim publicum & Con-

sti-

stitutiões Principū, nec ignorari à quoquam, nec dissimulari debēt. prout Impp. Valen. & Arcad. in l. pen. Cod.

de juris. & facti ignor. rescripserunt:

Exceptis ꝑ tamen certis personis, quæ jura scire

12

non possunt, ut potè militibus, foeminis, & minoribus. per text. in l. 1. & l. fin. Cod.

de juris & facti ignorant. & l. reg. 9. ff.

eadem: item rusticis. ut in

l. si quis. 5. §. 22. in verbis: Vel

per rusticitatem edicti præ-

toris vel S Cti aperuit. ff.

ad S Ctum Syllan. & in l. ex

quacunq. 2. §. fin. in verbis: rusticis

tati enim hominis parèdum

est. ff. si quis in jus vocat. non icrit.

OBSERVATIO LXXVIII.

Injuriarum quomodo
agi possit?

SUMMARIA.

Injuriarum agi potest ci-

1
vii

viliter & Criminaliter.

2 *Actione una intentata,*
non datur recursus ad aliã.

3 *Judicium criminale & ci-*
vile competit ex eodẽ facto,
non tamen ad idem perse-
quendum.

4 *Explicatio l. 2. §. 1. ff. de*
injurijs, & l. 4. ff. de publi-
cis judic.

5 *Actio actionem quando*
non perimat.

¶ **G**eneraliter de
quavis injuria, si-
ve levi sive atro-
ci, potest is, qui eam passus
est, agere vel civiliter, vel cri-
minaliter. per express. text.
in §. Summa. Institution. de injurijs.
in verbis: *In summa scien-*
dũ est, de omni injuria eum
qui passus est, posse vel crimi-
naliter agere, vel civiliter.
Ita tamẽ ut seorsim agatur,
& utraq; actio tendat ad
vindictã, non autẽ ad rem.

ut habetur. in l. cum emancipati.
2. §. emancipatus. 4. de collat. bonorum
ubi dicitur: *Quod si filius*
emancipatus iniuriarũ ha-
beat actionem, nihil conser-
re debeat, cum magis vindi-
ctã, quã pecunia habeat per-
secutionem. Unde conse- 2
quens est, quod una harum
actionum intentata, non
possit fieri recursus ad aliã.
per express. text. in l. quod scitum. 6.
in verbis: *Nec enim prohi-*
bendus est privato agere ju-
dicio, quod publico judicio
præiudicatur: quia ad pri-
vatã causam pertinet. Pla-
nẽ si actum sit publico judi-
cio, denegandum est priva-
tum. Similiter ex diverso,
ff. de injurijs. Et est ratio: quia
æquum nõ est bis eiusdem
facti vindictam petere, & i-
dem admissum pluribus le-
gibus puniri. Quod etiam
gloss. juris Sax. lib. 3 art. 43.
versic. auch soltu mercken.

ut

no-

notat. Et Curia Regalis id ipsum pro jure tenet, prout etiã in causa Martini *Wesolowski*, cum civibus *Derschauen* anno 91, pronuntiatum fuisse constat. Nec quicquam obstant ea, quæ ex legibus in contrariũ ad ferri possunt. Et primo quidem ex *l. nunquam ff. de obligat. & l. nunquam ff. de regulis juris. Ubi dicitur, quod pluribus actiõibus præsertim pœnalibus concurrentibus, una aliam nõ consumat.* item ex *l. cum ex uno. ff. de obligationibus.* quæ cum ex delicto plures actiões nascuntur, omnibus experiri permittit. His enim ita responderi potest, quod ea sit quidẽ legũ ordinaria natura, ut singulis delictis singulas pœnas infligat, per text. in *l. Sanctio, in fin. ff. de pœnis.* & *l. Senatus ff. de accusat.* plerumq; tamen pro delicti & criminis gravitate, plures pœnas imponere solent, idque

quæ vel coniunctim, vel sub alteratione. Quoties itaque lex coniuncti plures pœnas infligit, unius impositione altera non consumitur. *d. n. nunquam.* Secundo verò casu, in potestate Iudicis est, utram pœnam imponat, per text. in *l. si fugitivi. Cod. de servis fugit. & in l. 1. § ex-pilatores. ff. de effractoribus.* Alioqui pœnarum & actionum electione actori aut reo permessa, ille duriorẽ, hic mitiorem semper eligeret. Et hæc quidem obtinent, quoties eadem lege diversæ pœnæ imponuntur. Sed si diversis legibus diversæ pœnæ statutz sint, in potestate itidem Iudicis erit, quam pœnam imponere velit, si nimirum lex posterior priorem non expressè abroga-verit, alioquin posterioris legis pœnã imponere debet. argumento *l. vlt. de constit. principum.*

3 & l. quoties. ff. de obligat. Nisi lex
 utramq; imponi voluerit; ut
 in specie d. l. 3. Cod. de fugitiuis,
 & l. qui sepulchrum. Cod. de sepulchro
 violato. Secus t̄ verò est, quan-
 do Iudicium Civile & cri-
 minale ex eodem facto dan-
 tur eidem contra eundem,
 non tamen omninò ad idē
 persequendam: veluti pro-
 pter seruum occisum com-
 petit actio legis Aquiliae de
 damno, & accusatio ex lege
 Cornel. de sicarijs. ut in l. præ-
 tor. 3. §. 1. ff. de iniurijs & in l. 23. ff. ad
 leg. Aquil. exprimitur his ver-
 bis: Si dolo seruus occisus sit:
 & lege Cornelia agere do-
 minum posse constat, & si
 lege Aquilia egerit, præjudi-
 cium fieri Cornelia non de-
 bet: Ita ut etiam alterum
 post alterum possit institui,
 ut habetur. in l. vnica. C. quan-
 do civilis actio crimin. præjudic. &c.
 his verbis: A plerisque
 prudentium generaliter de-

fi

finitum est, quotiens de re
 familiari & Civilis & cri-
 minalis competit actio, u-
 traq; licere experiri: siue
 prius criminalis, siue civilis
 actio moueatur: nec si ciui-
 liter fuerit actum, crimina-
 lem posse consumi, & similia
 ter e contrario &c. Nec ob-
 stat t̄ l. 2 §. 1. ff. de iniurijs. & l. 4. 4
 ff. de publicis iudicijs. quibus in
 locis dicitur: Actione legis
 Aquiliae & similibus, fieri
 præiudicium iudicio publico.
 Id enim non ita accipien-
 dum est, quasi iudiciū pub-
 licum propter intentatam
 prius actionem l. Aquiliae
 denegetur, sed quod proba-
 tiones in hac actione pro-
 ductæ, noceant etiam in iu-
 dicio publico. Exempli gra-
 tia Si agens l. Aquilia pro-
 bauerit te occidisse seruum
 meum, hæc probationes tibi
 postea nocebunt etiam in
 iudicio criminali l. Corne-

lia.

5 liæ. Porrò † ab hac regula, quod actio actionem non perimat, excipiuntur quædam: & primò quidem iudicia contraria, quorum uno electo, alterum perimitur, exempli gratia: non potest quis accusare testamentum tanquam falsum, & ex eo petere legatum. l. 6. c. de falsis. Secundò, iudicia quasi contraria, quorum unum ex eventu alterius pender, ut puta si vindicem dominiū eius, quem plagio intervertisse dicor, prius terminanda est quæstio civilis de dominio, quàm criminalis de plagio: quia si servus meus iudicabitur, plagium amplius dici non potest. per text. in l. præses. 8. C. ad l. Fabiam de plagiar. Tertiò, crimen falsi: Nam si testamentum in causa civili falsum esse dicatur, similiter prius terminabitur causa Civilis, quàm

quàm de crimine cognoscatur. l. pen. & ult. C. ad l. Cornel. de falsis. & l. 2. C. de ordin. iudic.

OBSERVATIO LXXIX.

De iniuria reali, & verigeldo.

SUMMARIA.

Realis iniuria quomodo fiat? 1

Injuriarum actio Civilis qua dicatur? 2

Criminaliter injuriarum quando agi dicitur? 3

Pena extraordinaria definitio. 4

In criminalibus causis circumstantia consideranda sunt. 5

Iure Saxonum quando levis committitur iniuria, quid juris sit? 6

Reus injuriam resarciens ante latam sententiam, absoluitur ab impetitione actoris, & Observatione Iudicij, per 7

per sententiam interlocutoriam.

8 *Differentia inter multā, emendam, & verigeldum.*

9 *Realis injuria gravior quomodo puniatur?*

10 *Iure Civili vulneranti hominem liberum, qualis pœna imposita sit?*

11 *In Regno de injurijs æstimandis, juris Saxonici dispositio non attenditur.*

12 *Verigeldus juris Saxonici quid in se contineat?*

Mnis injuria fit aut re, aut verbis, aut literis, de quibus sigillatim ad præfens dicendum est. Et primò *¶* quidem re committitur injuria, quoties manus inferuntur alicui. per text. l. i. §. x. ff. de injurijs. quod fit quando quis pugno pullatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit. §. inju-

ria. Instit. eodem. vel si quis domum suam vi introitā dicat. §. sed et lex. Instit. eod. De tali igitur injuria, sicut & de alia quavis, ei, qui eam passus est, civilis vel criminalis datur actio: prout obs præcedenti dictum est. Porro *¶* civiliter pro injuria tunc agitur, quando actor adiudicari sibi pœnam petit, quæ tamen non ex arbitrio eius, sed æstimatione facta per judicem, & benè perpenſa qualitate facti, loci, & personæ, reo imponitur, per text. in l. cōstitutionib. 37. §. i. ff. de injur. Criminalis *¶* verò est actio, quando actor delinquentē pœna corporali, aut alia quapiam simili petit aſſici: quod itidem iudicis arbitrio relinquitur. per text. in §. in summa sciendum. Instit. d. tit. de injurijs. in verbis: *Sin autem criminaliter agatur, officio Iudicis extraordinaria pœ-*

4 *na reo irrogatur. Hæc t au-*
tem extraordinaria pœna
in l. ult. ff. de iniur. definitur his
verbis: De injuria (inquit
ibidē I Ctus) num. extra oro-
dinem ex causa & persona
statui solet. Et servi quidem
flagellis. casi, dominis restri-
tuntur: liberi verò humili-
oris quidem loci fustibus sub-
ijciuntur: ceteri autem vel
exilio temporali, vel inter-
dictione certæ rei coercen-
tur. Quamvis communi-
ter D D juris criminaliter
etiam tunc agi existiment,
cùm pecunia applicatur fi-
sco: quod juri Saxonum
omnino repugnare videtur.
Id enim statuit, actionem
criminaliter non aliter dici,
nisi quando pœna corpora-
lis infligitur delinquenti:
prout ex generali regula e-
iusdem juris colligi potest,
quæ ex Sp. Sax. lib. 3. artic. 32.
exprimitur his verbis: In

quos

quocunq; judicialiter actor
verigeldum aut emendam
acquirit, in eodē iudex mul-
ctam, siue pœnam, si vult,
obtinebit. Vnde cõsequens
est, illam actionem, in qua
judici multa applicatur,
non posse dici criminalem.
Nam hoc casu una eadem-
quæ actio esset ex parte cri-
minalis, & ex parte civilis,
quod fieri non potest. Cùm
una eademq; res diverso ju-
re censerì non possit. per
textum in l. cum qui ædes. ff. de vsucap.
Ac præterea notandum est,
quod in criminalibus, pro-
ut in civilibus causis, qua-
litas facti, loci, & personæ
diligenter perpèdi debeant.
Atrox enim injuria (teste
Iustinian. in . §. atrox. Instit. eodem)
æstimatur vel ex facto, ve-
luti si quis ab alio vulnera-
tus sit, vel fustibus cæsus:
Vel ex loco: veluti si cui in
theatro, vel foro, vel in con-

spe-

spectu Prætoris injuria facta sit: vel ex Persona: veluti si Magistratus iniuriam passus fuerit: vel senatori ab humili persona injuria facta sit. Iure ꝛ quoq; Saxonum, si levis & parva sit realis injuria, puta cum quis pugno pulsatus, aut modicè vulneratus est, reus multam & emendam præstando liberatur, vt notat Chilian. Konig in Practica cap. 58. num. 6. per text. Sp. Sax. lib. 1. art. 68 his verbis: *Qui alium baculauerit, ita quod loca tumescant lesa, vel cuti eius cruentas scissuras sine carnis vulneratione imposuerit, si hoc coram iudice, præcone, vel sculteto ꝛ villanis, cum scissuris recentibus proponetur, ꝛ si ille ad emendandum, vel excusandum se non præsentauerit tempore deputato, cum scissura hac aut eius cicatrice in proscriptio-*

ptio-

tionem condemnatur. Et clarius idipsum exprimitur in textu lib. 3. artic. 37. ibi: Qui alium sine vulnere percusserit, aut baculauerit, corripiturq; ꝛ si cum clamore violentiarum iudicio præsentetur, ob hoc vita aut sanitatis non patietur detrimentum, multam etenim ꝛ emendam præstando liberatur.

Vnde ꝛ liquidò constat, quod is, aduersus quem instituitur actio injuriarum, ante latam sententiam offerendo id, in quo condemnari debet, possit evitare infamiam, & pœnas, quæ ob illatam injuriam statui solent, absoluanturq; per sententiam interlocutoriam, quæ vim definitivæ sententiæ habet, ab impetitione actoris, & observatione iudicij. ut Bartol. in l. si cum. §. quæ injuriam. ff. si quis caut. in iud. sist. docet. Sicut ex aduerso, qui

injuriam illatam non solum non resarcit, sed etiam vocatus pro ea in Iudicium contumax existit, proscribitur. Et si in ea proscriptione comprehensus iudicio praesentetur, ultimo supplicio subijcitur, si actor factum & proscriptionem poterit edocere. per *d. text. lib. 1. art. 68.*

8 Obiter ꝑ autem hic observanda est differentia, inter emendam, mulctam, & verigeldum. Emenda siquidem dicitur, quando melioratur vel purgatur noxa, quam quis in hominem commisit, & haec parti laesae adiudicari solet. Verigeldus vero est, quando purgatur factum in homine ex negligentia commissum, ut si quis alteri inferat injuriam, vel interficiat alium ex improviso, aut in defensa, expurgaveritq; sese, ut juris est, verigeldo nihilominus absolvitur.

Mulcta deniq; datur Deo, vel Iudici in sede DEI residenti, propter id, quod contra mandatum Dei in proximum deliquit. ut *Cod. de mod. mulct. traditur*: Eae vero poenae & emendae, secundum uniuscuiusq; generationem taxatae & statutae sunt jure Saxónico, ut in *textu lib. 2. arti. 16.* habetur; & *lib. 3. artic. 45.* (ubi diversi status hominum & emendarum recensentur) videre licet. Quod si ꝑ gravior iniuria realis committatur; tunc ex magnitudine 9 criminis, & atrocitate delicti, vel vulneris, poena infligi debet, ita nimirum, ut si quis alium mutilaverit, aut enormiter vulneraverit, convictus manum amittat: pro alijs vero omnibus injurijs, pro quibus duello quis vincitur, poenam demereatur capitalem. per *express. textu. Spec. Sax. lib. 2. art. 16.* Hoc autem

Mulc-

ita

ita verum est, si criminaliter actum, & delictum ex proposito & dolo malo commissum fuerit. Si vero in rixa absque dolo malo vulnus inflictum sit, & agatur civiliter; eo casu reus luit poenam dimidio verigeldo, quod in d. artic. 16. lib. 2. traditur his verbis: *Qui in ore, naribus, auribus, lingua, manibus, genitalibus, pedibus mutiletur, aut eorum usu privatus, huiusmodi membra si sint persolvenda, quodlibet horum cum dimidij verigeldi summa persolvetur.* Quod tamen fecus est de jure communi, secundum quod vulnerans liberum hominem condemnatur arbitrio iudicis. per textum in l. ex hac. 3. ff. si quadr. paup. fecisse dic. ubi dicitur. *quod non deformatatis ratio habeatur, cum liberum corpus aestimationem non recipiat: sed impensarum*

in curationem factarum, & operarum amissarum, quasque amissurus quis esset inutilis factus. Et tamen idem in Regno quoque non multum attenditur hac in parte juris Saxonici dispositio. Omnes etenim huiusmodi injuriae, iuxta praescriptum legum & Statutorum Regni, aestimari solent. Ac proinde, quando in praxi mentio fit verigeldi, non de verigeldo Saxonum, sed de eo, qui unicuique, constitutionibus ac Statutis Regni praescriptus est, intelligi debet. Et si tamen verum, nullus jam ferè in praxi Curiae Regni huius verigeldi Saxonici sit usus; attamen operae precium facturum me existimavi, si ad captum tyronum pauca quaedam de eo adjiciantur. Et in primis sciendum est, quod secundum communem illius juris interpretum opinionem

nem, integer verigeldus cō-
tineat xxiii sexagenas an-
tiquas. Quales verò ille an-
tiquæ sexagenæ fuerint,
non satis liquet. Licet enim
ex textu ipsi9 juris *lib. 3. art. 45.*
liquidò cōstet, verigeldum
continere decem & octo li-
bras, quarum quælibet con-
ficiat viginti solidos, juxta
glosã juris municipi. *artic. 47.*
in verb: *Burgrabij multa:*
in eo tamen, quid solidi no-
mine veniat, totius rei car-
do vertitur: Ego omninò
existimo, solidum hîc nihil
aliud esse, nisi duos grossos
in Regno currentes, quorù
unus octo denarios novos,
vel sex antiquos in se con-
tinet: qui etiamnum (et si
rariores sint) vulgari sermo-
ne podwoine appellari so-
lent. Moueor autem non
parum hac in re, autoritate
Fachsij, qui differentias ju-
ris Ciuilis & Saxonici col-
le-

legisse dicitur. Is enim soli-
dos viginti ex argenteis gro-
sis x xvi, & octo denarijs
nouis constare tradit; ar-
gēteos verò grossos, pro gr-
ollis Bohemicis (vulgo Cz-
eskie dictis) intelligo. Vnde
computatione horum om-
nium facta, siue volueris ha-
sce xvi i i libras, in solidos,
qui duos grossos, (ut suprã
dictum est) in se continent,
redigere; inuenies numerũ
solidorum, id est grossorum
binariorũ cccxlx: qui repe-
titus efficit septingentos &
viginti grossos simplices, o-
cto denarios novos, vel sex
antiquos in se continentis:
hos si resolvas per triginta
in florenos, habebis x xiiii
florenos Polonicos. Sive et-
iam juxta autoritatem Fa-
chsij, argenteos grossos vi-
ginti sex, & octo denarios,
redigere volueris ad viginti
solidos, facilè reperiēs, quod
inde

indegrossi Polonici quadraginta proveniant. Si verò eundem numerum quadraginta octodecim vicibus (qui numerus est librarum) repetieris, totidem grossos, puta septingentos & viginti prodire, necessum est. Vnde nullum est dubium, verigelatum juris Saxonici continere xxiiii florenos Polonic. triginta grossis computandos. Neq; id mirum videri debet, quod ab Interpretibus xxiiii Sexagenae nominentur, ita enim antiquitus sexagena dicebatur, quae sexaginta crucigeros continebat, quos idiomate germanico *freuter* / id est medios grossos vocant: prout nec illud hanc supputationem multum afficere potest, quod Scabini Cracouien. in iudicijs solidum duodecim obolis, id est duobus solidis Polonicis aestimare soleant.

Id

Id enim non tam ex juris aliquo fundamento, quam ex recepta quadam consuetudine, habere dignoscuntur.

OBSERVATIO

LXXX. 30

De iniuria verbali.

SUMMARIA.

Verbalis iniuria quomodo committatur? 1

Injuriam facit, qui exprobrando vitia naturae, aliquem obiurgat. 2

Verbum mentiris, est iniuriosum. 3

Injuriarum non tenetur, qui adversario in iudicio crimen aliquod obijcit. 4

Injuria proficiscitur ex animo & proposito injuriandi. 5

Injuria verbalis punitur arbitrio Iudicis. 6

Iure Saxonico iniuria verbalis punitur emenda. 7

Emenda apud Saxones non 8

cxo

exceedit 30. solidos.

9 In Regno injuria verbalis
revocatione vindicatur.

10 Actio revocatoria utrum
sit criminalis, an Civilis?

11 Iure Canonico ob verba-
lem injuriam, nulla pœna
imponitur.

12 Iniuria quibus tolluntur
modis?

1 **V**erbaliſt autem injuria cõmittitur, quoties non manus inferuntur, ſed convitium fit. l. i. §. i. ff. de injurijs. et §. i. Inſtit. eodem. Convitium autem (teſte Labieno in l. item. §. §. 4. ff. cod.) dicitur vel à concitatione, vel à conueſtu, hoc eſt à collatione vocum, cùm in unum complures voces conferuntur.

Neq; tamen omnem vociferatiõem intelligi oportet, ſed eam, quæ moribus improbat, quæq; ad infamiam vel invidiam ali-

cuius ſpectat. d. l. item. §. §. cod.

Proinde ꝑ & ſi quis alteri naturæ ſux vitia exprobrare præſumat, ut pote, ſi nothũ, ſpurium, ſurdum, murum, gibboſum, claudum, luſcũ, cæcum, &c. appellet; injuriarum actione tenetur, teſte Barth. in l. cum qui. 18. ff. de injurijs. Sed ꝑ & ſi quis alteri dicat: Tu mentiris, ac poſtmodum addat: ſalvo honore tuo; nihilominus injuriam feciſſe videtur, ſecundum Alexandr. & alios in l. turpia. ff. de legat. 2. Et gloſſa juris Saxonici lib. 3. artic. 45. verſ. tertio fit exceſſus, idipſum hæud obſcurè tangit. Præſumitur enim nequaquam honori ipſius conſulere voluiſſe, quem prius verbis inhoneſtis & injurioſis laceſſivit. Quod tamen fallit in eo caſu, quando quis ad huiusmodi convitia provocatus, injuriam verbalem,

contrarijs verbis referre cogitur. Quamvis enim jura passim ac temerè talia fieri non permittant, ne videlicet à verbis deveniatur ad verbera; attamen si nō vindictæ, sed injuriæ propulsandæ causa, verbis æquivalentibus id fiat, à legibus nullam impositam esse poenam D D. passim tradunt. *argum. l. ut vim ff. de justitia & jure.* Cùm viris bonis, honoris non minor, quàm mortis cura esse debeat. per text. in *l. isti quidē §. 2. ff. quod meto caus. gest.*

4 Item si quis in judicio litem habens, crimē aliquod adversario obijciat, idq; nō animo iniuriadi, sed ut per id causam suam meliorem reddat, se fecisse protestetur; nequaquā injuriarum teneatur. Quemadmodum in Curia Regni in causa Ilmanowski contra Rabroszki, Anno Dni. 1596 feria sexta

ante festum sanctæ Margarete pronunciatum fuisse liquet. Non enim videtur facere injuriam, qui suo jure utitur. *l. nullus. ff. de regul. juris.*

Quapropter pro generali Regula hoc tenendum est:

Injuriam ꝛ verbalem nunquam committi, nisi verba animo & proposito injuriandi prolata fuerint. p exp. text. in *l. si non cōvicij §. Cod. de injur. in verb: Si nō convicij consilio te aliquid injuriosum dixisse probare potes; fides veri à calumnia te defendit.*

Quod & praxis curiæ Regalis maximè attendere solet: cuius rei simile decretū in causa inter Annam cuiusdam Chyrurgi uxorem; & citem dictum Suba, Anno Dni. 1585, feria quinta in vigilia festi S. Iacobi Apostoli latum extat. Si ꝛ autem ex proposito & dolo malo injuria verbalis pro-

5

6

ante

Bbb

ll

ficiscatur; jure quidē Civili, siue civiliter, siue criminaliter pro ea agatur, pœna judicis arbitrio (sicut & in injuria reali) relinquitur. Quæ habita itidē ratione circumstantiarum, reo imponi solet.

- 7 Jure t̄ autem Saxonico tenenda est Regula, quā communiter practici ejusdem juris tradunt: Quod pœna injuriæ verbalis non excedat xxx solidos, siue criminaliter, siue civiliter actum fuerit. teste Chilian. Konig in sua practica. cap. 58. Maxima t̄ etenim emenda apud Saxones, non nisi ad 30. solidos extenditur, ut notat glossa *Sp. Sax. lib. 1. art. 60.*

- 9 Porro t̄ in Regno de huiusmodi verbalibus injurijs usitatus est agendi modus, quo is, cui convitium factum est, ad revocationem, seu (ut vulgò dicunt) reclamationē injuriosorum ver-

borū agit. *Æquum enim est, ut is, qui famam & honorē alterius convicijs publicè proscindit, eandem, verba sua revocando, & mendacia se dixisse profitendo, palàm quoq; restituat.* Nā sicut ad restitutionem rei allicuius quilibet tenetur; tāto magis ad restitutionem bonæ famæ injurians adigi debet, cuius non minor, quàm vitæ ratio habenda est, per textum suprā allegatum. Iuxta quod in Curia etiam judicari frequentissimè solet: prout & in causa Margarethæ Pasiolowa, cū Zophia Czeskoma, Anno 1593, feria secunda post festum S. Dorotheæ virginis, decisum fuisse liquet. Verum in eo magna est Interpretatum juris disceptatio. Vtrum t̄ videlicet hæc actio 10 revocatoria sit criminalis, an verò civilis? Et quamvis

vis vulgò existiment eam esse criminalem, ut potè quæ ipso facto adferat infamiam; attamen cum & mandati, & depositi, & alia quàm plures bonæ fidei actiones infament, neq; ob id dicantur criminales; nulla esse videtur ratio, cur secus de hac, quàm de illis, statuendū sit. Accedit & hoc, quod in hac actione nulla pœna fisco applicetur, sicut in criminalibus fieri solet, ut tradit *gloss. in l. prætor. ff. de sepulchro violato*. At \dagger jus Canonicum, nullam pro huiuscemodi verbalib9 injurijs statuit pœnam: quinimò ob amorem Christi, illas illicò condonandas, & remittendas esse vult. Genus etenim Elæmosinæ spiritalis dicit esse, dimittere à quo læsus fueris. per text. in *Cap. tria. & cap. due sunt 45. distinct.*

Proinde apud Athenienses

lau-

laudabilis illa lex Thrasibuli fuisse videtur, ne retro injuriarum vel uno verbo meminisse impunè liceret.

Quod & Senatus Rom. auctore M. Tullio observandum aliquamdiu censuerat.

Quantò magis apud eos, qui Christi nomē profiterentur, huiuscemodi

seu oblivio esset necessaria, qui levissimis de causis ad convicia & probra deveni-

unt, rixasq; & jurgia, sæpe numero de lana (ut vulgò dicunt) caprina miscent, &

omnia ferè judicium subsellia istiusmodi litibus & controversijs implèt. \dagger Me. 12

rito itaq; lex quoq; Civilis, ne infinitus sit harū litium numerus, eas multis modis tolli voluit. Et primò quidē

remissioe, idquè vel expressa, quando iniuriatus injurianti dat veniam. per. cap.

si illis. 23. qu. 4. vel tacita, quod

Bbb 2

fit,

fit quando læsus injuriam sibi illatam dissimulat, neq; eam intra annum & diem prosequitur. per textum in d. l. si non conuicij. ibi: cum iniuriarum actio annuo tempore præscripta sit. Tollitur item morte utriusq; tam injuriantis, quàm injuriam passi, nisi quod huius, lite nondum contestata; illius verò, etiam post litis contestationem. per textum in l. iniuriarum 13. in pr. ff. de iniurijs. Tolluntur deniq; alijs modis, quos cõmuniter D D. in §. fin. Instit. de iniurijs. recēsent.

OBSERVATIO LXXXI.

De injuria quæ fit scripto, seu de famosis libellis.

SUMMARIÆ.

I Famosus libellus quid dicatur?

Pæ-

2 Pœna famosum libellum scribentis, aut in publicum proferentis.

3 Autor famosi libelli, in quo crimen aliquod enorme obijcitur, graviore pœna afficiendus est.

4 Crimen publicum in famoso libello obijciens, an puniatur?

5 Actio famosi libelli quo temporis spatio finiatur?

6 Jure Canonico autor famosi libelli, qua pœna afficiatur?

7 Famosus libellus honorem alterius ledere non potest.

Iteris t̄ deniq; **1**
sive scripto injuria committitur, si quis tamam alterius infami scripto in vulgus sparto, maliciosè lædat: quod Latini famosum libellum vocant. Licet t̄ autem jure civili veteri, ob famosum libellum **2**
bel-

bellum, autor illius poena tantum infamiae notabatur. per text. in l. lex Cornelia. §. 9. in verbis: *Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolo ve malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret: Et si condemnatus sit qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur.* ff. de injurijs & famos. libellis. Quod item per alium textum in l. ob carmen. 21. in princ. his verb: *Ob carmen famosum damnatus, intestabilis est.* ff. de testibus. confirmatur. Attamen jure novo Codicis, eiusmodi delictum, non solum in ipso autore, sed etiam in ijs, qui talem famosum libellum repererunt, & in publicum sparserunt, capitali supplicio vindicatur. ut patet ex l. unica. C. de famos. libell. cuius haec sunt

verba: *Si quis famosum libellum, siue domi, siue in publico, vel quocumque loco ignarus repererit: aut corrumpat priusquam alter inveniatur, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifesta verit; sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali sententiae subiungendum.*

Quod tamen juxta communem DD. opinionem, ita restringendum est, si videlicet in libello famoso grave seu enorme aliquod cuiuspiam obijciatur facinus, in quo vitae, honorisq; ipsius salus versetur: eo casu auctor huiusmodi libelli poena talionis affici debet: prout in causa Dembinski Checinenensis praefecti, à lohanre Weisz dicto Schelmicki cive Cracovien. infami

mi scripto læsi, piæ memor-
riæ Stephanum Regem, an-
no Dni. 1576. feria secun-
da ante festum S. Margare-
thæ virginis, sententia in tu-
lisse, & capitis eundem cõ-
de. nasse, liquidò constat.
Si verò levior quæpiam dif-
famatio committatur, mi-
tiori quoq; & extraordina-
ria pœna, ut potè quæ dif-
famationi factæ correspo-
ndeat, huiusmodi factum
coerceri solet. teste Iodoco
Damhodoro . in *prax crim.* Cap.
125. num. 6. Et Chilian Konig.
in *pract.* cap. 59. Sed quid + si
4 quis crimen, quod publica-
ri expediat, per famosum li-
bellum obijciat, an nihilo-
minus hac pœna de famosis
libellis afficiendus sit? Et
quamvis nõ desint, qui hoc
calu authorem famosi libel-
li pœnã non mereri statu-
ant; mihi tamen cõtrarium
magis probatur, propter ex-
pre

pressa verba textus in d. l. unica.
quæ sic sonant: *Sanè si quis
de votiõis suæ, ac salutis pub-
licæ custodiam gerit, nomen
suum profiteatur, & quæ per
famosum libellũ persequen-
da putaverit, ore proprio e-
dicat, ita ut absq; ulla tre-
pidatiõne accedat, sciens qui-
dẽ, quod si adsertiõibus suis
veri fides fuerit opitulata,
laudem maximam, & præ-
mium à nostra clementia
consequetur: Sin verò mi-
nimè hæc vera ostẽderit, ca-
pitali pœna plectetur. Sem-
per enim calumniantes ad
vindictam poscit similitudo
supplicij. per text. in l. fin. c.
de accusat. Nec obstat, quod
in l. eum qui. 18. in pr. ff. de injurijs.
dicitur: non esse bonum &
æquum, eum qui nocentem
infamavit, condemnari. Pec-
cata (ut inquit ibidem l. C.
Paulus) nocentium nota esse,
& oportere, & expedire. Id
enim*

enim ut glossa ibidem notat, non libello famoso, sed ore proprio,) ut supra dictum est) fieri debere, leges voluerunt, Sed neq; in eo D D. juris cōuenire solent:

5 An hoc ꝑ crimen, sicut & alia actiones injuriarū, anno & die præscribatur. Zasius enim in l. cum lex. ff. de legibus, tamdiu illud manere exiimat, quamdiu scriptura seu pictura famola manet, ex ea potissimum ratione, quod tali facto semper in contumēnti fieri iniuria censeatur: at quia omnis iniuria non ex scriptura æstimari solet, sed ex animo & voluntate injuriantis, quæ facilè mutari potest: ambulatoria siquidem est voluntas hominis usquè ad mortem, ut inquit textus in l. cum hic status. 33 §. per pœnitentiam. ff. de donation. inter virum & vxorem: idcirco verius est, quod tanto tem-

po-

poris spacio finiatur: & jure Saxonico idipsum obtinere Chilian Kōnig in Practica d. cap. 59. cum sequ. probat. Porro ꝑ jus Canonicum tale facinus flagellis & verberibus coerceri iubet. per cap. i. in verbis: *Qui in alterius famam publicè scripturā, aut verba contumeliosa cōfinxerit, & repertus scripta non probauerit, flagelletur: & qui ea prius inuenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere. §. qu. x.* Ad extremū ꝑ sciendum est, huiuscemodi famosos libellos in quempiam compositos, tamæ & honori ipsius officere non posse. per expressum textum in d. l. vnica. in verbis: *Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non ladat.*

OBSERVATIO
LXXXII.

De

De furtis, & rebus furto
ablati.

SUMMARIA.

- 1 Possessor rerum furto ablatarum, quibus actionibus conveniatur?
- 2 Furtum simplex jure Civili pœna capitali non puni-
tur.
- 3 Furtum aliud manifestum, aliud non manifestum.
- 4 Fures secundum jus Saxonum suspendi debent.
Solidus in jure civili pro
aureo accipiitur.
- 6 Res furto ablata, secundum jus Saxonicum quomodo vindicentur?
Possessor quomodo varam-
datorem nominare debeat?
- 8 Præscriptio in rebus furto ablati an locum habeat?
- 9 Inveniens rem alienam, quid facere teneatur?
- 10 Res furibus & latronibus crepta earum dominis resti-
tuantur. Quid



Vid juris sit, si res furto ablata apud aliquem reperitur: hæud inutiliter queri potest: Et jure quidem civili cõtra quemvis rerum furto ablatarũ possessorem, varia cõpetunt juris remedia, quæ in textu l. si pro fure. 7. §. furti actio. his verb: *Is itaq; cui furtum factũ est, habet actionem furti, & condictio- nem, & vindicationem: habet & ad exhibendũ actionẽ.* ff. de condict. furtiva, enumeratur. Quamvis harũ actionum, ut potè rei persecutoriarũ una tollat alteram, ut sup. obs. 76. docui: quia videlicet bona fides bis idem exigi non patitur; attamen pœnalis furti, condictio- nem, ut potè rem persequentem minimè impedit. per expr. text. eiusd. legis. si pro fure. ibi: *Es res facit, ut neq; furti actio* per

per condictioem, neq; con-
 dictio per furti actionē con-
 2 sumatur. Hoc t̄ etenim o-
 biter notandum est, quod
 jure Civili ob furtum sim-
 plex commissum, nemini
 pœna mortis irrogetur. per
 clarum text. in auth. sed novo ju-
 re. C. de servis fugit. & furt. in ver-
 bis: Sed pro furto nec mor-
 rietur, nec aliquod membrū
 abscindetur, sed aliter casti-
 gabitur, id est in furto manis
 3 festo, t̄ quod dicitur cum is,
 qui furtum commisit, in ipso
 adhuc furto, vel in eo loco,
 in quo furtum fit, deprehen-
 ditur. per text. in §. furtorum.
 Instit. de oblig. que ex delicto nascuntur.
 pœna quadrupli: in furto
 nec manifesto, pœna dupli.
 per text. in §. pœna. 5. Instit. eodem.
 4 afficitur. At t̄ jus Saxonum
 fures omnino suspenden-
 dos esse vult, prout id in
 spec. Sax. lib. 2. artic. 13. in pr. clarē
 admodū exprimitur. Quod

item

item & Cōstitutio Friderici
 Imperatoris, quæ extat in
 lib. Feud. tit. de pace tenenda. §. si quis.
 expressè cōfirmat his ve: b:
 Si quis quinq; solidos valēs,
 aut plus fuerit furatus, laqueo
 suspēdatur: si minus, scopis &
 forcipe excorietur, & tonda-
 tur. Solidus t̄ autē hīc non 5
 de illo, qui in Wergeldo lo-
 cum habet, sed de eo, cuius
 in legibus Civilibus sæpe fit
 mentio, & qui aureū num-
 mum denotat, accipien-
 dus est. prout id ex textu in
 §. fin. Instit. de pœna temerè litigan.
 colligitur. Vbi in eum, qui
 patronum in jus sine venia
 prætoris vocaverit, pœna
 quinquaginta solidorum
 constituitur: quæ itidem in
 alio textu, nempe in l. fin. ff.
 de in jus vocand. pœna quinquaginta aureorum, in verbis:
 Vel supra dictam pœnam, id
 est, quinquaginta aureos
 dat, nominatur. Nam & ju-

Ccc

xta

xta dispositionem juris Sax-
 onici, solidus duodecim
 nummos argenteos, (quorū
 unus quinq; grossis noſtra-
 tibus constat) in se conti-
 net, ut notat glossa eiusdem
 juris Sp. Sax. lib. 3. artic. 45. vers.
Duodecim nummos. Hu-
 iusmodi autem solidi sep-
 tuaginta duo, vel (ut alij vo-
 lunt) octuaginta conficiūt
 libram auri, per textum in
 l. quotiescunq; 5. Cod. de susceptor. præ-
 posit. & arcarijs. lib. 10. Porro †
 6 de rebus furto ablatiſ, varia
 est eiusdem juris dispositio,
 prout in textu Sp. Sax. artic. 36.
 lib. 2. videre licet. Primò e-
 nim ponitur casus de eo,
 qui rem furto ablatam ma-
 nifestè emit, nec eam occul-
 tat, quod is manuali factio-
 ne pro furto non sit incu-
 sandus, sed actor cum licen-
 tia Iudicis res suas possit
 vindicare. Si verò possessor
 cum duobus testibus, rem

à se factam, si fortè pannus,
 aut alia res opera hominis
 fabrefacta fuerit, aut à se e-
 ducatum animal proba-
 verit, rem præ venditore
 obtinebit. Quod si dicat
 possidens, rem in commu-
 ni foro emptam, & se igno-
 rare venditorem, innocens
 furti (dummodo locus em-
 ptionis, & emptio cum suo
 juramēto confirmētur.) ju-
 dicabitur. Nummi autē ab
 eo pro ea re dati, perduntur.
 per text. in l. 2. Cod. de furtis. Et ita
 in Curia in causa inter Re-
 verendū Franciscum Lipski
 & Idzko Iudæum citatum
 Anno 1596, feria quinta
 post festum S. Margarethæ
 Virginis decisum fuit. Si †
 7 verò possessor dicit, rem esse
 sibi datam, vel ab aliquo e-
 misse authore, tūc eum do-
 natorem, aut venditorem,
 & locum emptionis nomi-
 nare oportebit; jurare etiam

à se

tes

tenetur, quod eum ad verum varandatorem perducat, quem quatuordecim diebus actor sequi tenetur, non tamen trans fluvium navigabile: invento autem varandatore absolvetur, & is respondebit. Quod à jure civili discrepare videtur: hoc enim jure venditor tenetur defendere emptorem in foro emptoris. per textus in l. x. Cod. ubi in rem actio. Sed si in varandatore sive evictore defecerit, ipse cum multa & emenda relinquet rem: & si pro furto & spolio rei inculpatur, secundum jura se tenetur excusare, id est juramento corporali mettentius se purgabit, quòd res apud te repertas ipse non abstulerit, quemadmodum in causa Gedeche Chyrurgi & Dworski civium Cracovien. anno 1591, in Curia pronunciatum fuisse constat.

stat. Verum de Judæis longè aliter Statuta Regni disponunt. Eo enim casu Judæi, si evictorem statuere nō possent, aut nollent, pœna furcæ puniri debent. *Nimia enim* (ut lex Sigismundi Regis Petricovix Anno 1538. lata habet) *furum licentia, & pluralitas eo maxime crevisse videtur: quòd fures ipsi habeant rerum furto ablatarum apud Iudeos tutam venditionem.* Quod autem multos varandatores nominare liceat, quo usq; ad eum, qui illud educavit, aut qui illum texere fecit (si pannus est) perveniatur, text. d. artic 35. ostendit. Et in Curia Regni inter Gienrij & Kamienski cives Lomzen. Anno 1599. feria sexta post octavas corporis Christi in judicio D. D. Assessorum decisum fuisse memini. Res verò sub quo ven-

dicatur, tantisper ab eo re-
tineri debet, donec jure ac-
quiratur. Deniq; † notan-
8 dum est, quod præscriptio
rerum furto ablatarum in
eo, qui mala fide possidet,
nec longissimo tempore lo-
cum habeat: secus tamen
in eo, qui est possessor bonæ
fidei, cuius rei exempla in
§. *furtiva. Instit. de usucap.* propo-
9 nuntur. Neq; † tamen exi-
stimandū est inventorē rei
alienæ, bonæ fidei possesso-
rem esse. Quicumq; enim
aliquid invenerit, & id ne-
gaverit, furtum committit.
per *expres. text. Sp. Sax. d. lib. 2 art. 37.*
& ideò ut evadat pœnā fur-
ri, debet rem inventam per
præconem publicare, prout
vulgò apud nos, etiam in
pagis fieri videmus. Sed † in
10 bonis furibus vel raptori-
bus vi ablati, aliter se res
habet. Si enim aliquis eius-
dem jurisdictionis fuerit, ea
bo-

bona infra sex hebdoma-
das jure repetens, post so-
lutionem impensarum re-
cipere debet: Si verò alte-
rius fuerit jurisdictionis, ter-
tia parte retenta, aliæ ei duæ
partes reddantur. per eund.
text. d. lib. 2. artic. 37.

OBSERVATIO LXXXIII.

De defensione neces-
saria, utrum videlicet in ea
aliquem occidens, pu-
niatur?

SUMMARIA.

In defensione necessaria a-
liquem occidens, non puni-
tur. 1

Vim vi repellere licet. 2

In defensione necessaria pro-
batur id, qui prior vim in-
tulerit. 3

In defensione necessaria at-
tenditur, an aliter vitæ per-
iculum evitari non possit. 4

Ins

- 5 Inuasus ab aliquo, an sus-
gere teneatur?
- 6 Honor cuiuslibet commodo
pecuniario preferendus est.
- 7 Modus inculpatæ tute-
læ etiam in eo consistit, ut
armorum & facti ipsiq; par
sit ratio.
- 8 Defensio necessaria in ipso
propulsandi actu fieri debet.
- 9 Ultio & vindicta à legi-
bus prohibentur.
- 10 In Regno, nobilem in de-
fensione necessaria occidens,
pœnam 60 Marc. soluit.
- 11 Iure Saxonum in necessa-
ria defensione multa Judi-
ci, & Wergeldus parti per-
soluitur.

Regulariter & omne
homicidium me-
retur pœnam legis
Corneliæ de sicarijs: hoc
tamen, quod in casu neces-
sariæ defensionis commit-
titur, omninò manet impu-
nitum: Si quidem teste Ci-

ces

cerone, illud non modò ju-
stum, sed etiam necessarium
est, cum vi vis illata defen-
ditur. Hoc enim & ratio
doctis, & necessitas barba-
ris, & mos gentibus, & feo-
ris natura ipsa præscripsit, ut
omnem semper vim, qua-
cunq; ope possint, à corpore,
à capite, à vita sua propul-
sarent. Unde cum apud om-
nes gentes, non data, sed na-
ta lex sit, ut, quod quisq; ob
tutelam corporis sui, hono-
ris, & honorû, contra immi-
nens periculum faciat, jure
id fiat. per expressum text-
in l. ut vim. 3. ff. de iustitia & jure.
Et ideò omnia jura, tam ci-
vilia, quàm Canonica in-
demnem & impunem relin-
quunt eum, quicumq; aggres-
sorem suum interemerit.
Quod probatur multis tex-
tibus juris. Et primò quidē
in l. is qui aggressorem. 2. C. ad l. Cor-
nel. de sicar. in verhis: Is, qui

ag-

aggressorem, vel quemcun-
 que alium, in dubio vitæ diso-
 crimine constitutus occide-
 rit, nullâ ob id factû calum-
 niam metuere debet. Et in
 l. scientiam 45. §. 4. in verbis:
Qui, cum aliter iuri se non
posunt, damni culpam de-
derit, innoxij sunt, vim e-
num vi defendere omnes le-
ges omniaq; jura permittunt.
 2 ff. ad l. Aquil. † Cuius legis po-
 steriora verba in Cap. dilecto. 6.
 ext. de sentent. excommunicat. in 6.
 in verbis: *Præterea cum om-*
nes leges & canonicata esse
videntur. Quod item in
cap. Vnico. Clement. de homicidio. ibi:
Et idem de illo censemus, qui
mortem aliter vitare non
valens, suû occidit, vel mu-
tilat inuasorem, admodum
clarè probatur. Quibus cõ-
cordat jus etiã Saxonicum,
per clarum text. lib. 2. art. 69.
 his verbis: *Qui interficit*
aut vulnerat sua pacis vio-
 las

latorem, pro eo aliquid non
 luet, si metseptimus hoc in
 fuga, aut in actu violentiæ
 accidisse, valeat cõprobare.

Et in lib. eiusdem artic. 14. hisce verbis:

Interficatur si quis causa ne-
cessitatis. & faciēs nō audet
pro sui corporis periculo eû
deducere in iudiciû, si se fatēo
te, & mortuo non præsentē,
nec aliquo cõtra eum adhuc
agēte, iudicio præsentā verit,
corporale supplicium ei pro
eo non inferatur. Neq; † ta-
 3

men hæc ita simpliciter ve-
 ra sunt, sed necesse est, ut
 modus inculpatæ tutelæ
 observetur. Nam qui asse-
 rit necessariam & coactam
 defensionem, id in primis
 probare debet, quod ab illo
 interempto prior inuasus
 fuerit; quod si is prior inuas-
 sisset; nulla haberetur co-
 acta defensio. per expr. text.
 in l. si ex plagis 52. §. tabernarius. 2.
 in verb. *Culpam penes eum*
 esse,

esse, qui prior flagello percussit. ff. ad l. Aquil. Et in l. i. §. ii. his verbis: *Cum arietes vel boves commisissent, & alter alterum occidit, Quintus Mutius distinxit; ut si quidem is perisset, qui adgressus erat, cessaret actio; si is, qui non provocaverat, competeret actio.* ff. si quadr. paup. fecisse dicatur. Deinde, ⁴ quod aliter nisi semet defendendo, ac adversariū occidendo, imminens vitæ lux periculum evitare non potuerit, in huiusmodi defensione probare necessum est, per textus suprà allegatos. Neq; enim ⁵ fugere honesto & nobili viro (secundum communem DD. opinionem in d. l. ut vim) convenit. per clarū text. in l. isti. §. pen. ff. quod met. causa. ⁶ honor ⁷ enim cuiuslibet commo-
 modo pecuniario preferendus est. argumen. l. Iulianus. 26. in verbis: *Non enim caret do-*
 lo

lo *Et. ff. si quis omissa causa testam.*
 Nec non quod fugæ multa pericula adnexa sint, puta cadendi, aut à tergo vulneris accipiendi: quo tamen casu Interpp. juris fugam non esse necessariam statuunt. ut videre est apud Iodoc. Damhod. in praxi rerum criminal. cap. 76. num. 9. Deniq; ⁷ in eo etiam modus inculpatæ tutelæ (teste glossa in l. i. Cod. unde vi) potissimum cōsistit: Inprimis ut armorum & facti ipsius par sit ratio. Exempli gratia: Si armis inferitur violentia, ut armis quoq; repellatur; si sine armis, simili itidē modo reijciatur. Ad quod est singularis textus in cap. signifi-
 casti. 18. in verbis: *tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum grave sit, non solet levem plagam inferre.* extra. de homicid. quāvis interdum, habita ratio-
 ne

ne personarū, debilis neq;
ita magnarum virium ho-
mo, impetum robustissimi
hominis ense reijcere possit,
prout notat ibidem glossa.

8 Requiritur etiam ut huiusc-
emodi defensio in conti-
nenti, in ipso videlicet pro-
pulsandi actu fiat. per textū
in l. quod est. 3. §. 9. in verbis:

*Eum igitur, qui cum armis
venit, possumus armis re-
pellere, sed hoc confestim, nō
ex intervallo. ff. de vi et vi ar-
mata. Aliās extra eum actum
aut vis est, si præcedat; aut
vindicta, si subsequatur: cu-
ius studio in defensione ex-
ceditur modus inculpatæ
tutelæ per suprā dictos tex.
in d. l. scientiam. §. qui cum aliter.
in verb: Et hoc, si tuēdi dūro
taxat; non etiam ulciscendi
causa factum sit. ff. ad l. Aquil.*

9 Omnis enim ultio & vin-
dicta à legibus prohibita est.
prout videre licet in l. nullus 14

C. de

c. de iudeis. ibi: *Idcirco tamen
judiciorum vigor, jurisque
publici tutela, videtur in
medio constituta, nè quis-
quam sibi ipsi permittere va-
leat ultionem.* Quibus cō-
cordat l. vnica. C. nequis in sua cau-
sa judic. & similes: Iuxta quod
in Curia, in causa necis Si-
monis Crackowski, à qui-
busdam opificibus peregrin-
is Leopoli factæ, Anno
Dñi. 1597 die xii Aprilis
judicatum memini: quod
nimirum pars rea ex inter-
vallo, studio vindictæ, ho-
mucidium cōmittens, mo-
dum inculpatæ tutelæ ex-
cessisse adinventæ, & in pœ-
na legis Corneliæ de sicarijs
condemnata sit. Verùm hæ
circumstantiæ moderami-
nis inculpatæ tutelæ, rectè
meo quidem iudicio, etiam
in causis criminalibus no-
bilibium, quæ frequentissimè
(proh dolor) in Comitijs

Re-

Regni agitari solent, inde
 peti possunt: quamvis hoc
 10 jure *f* in defensione iusta
 nobilem interimens, pœ-
 nam seu mulctam pecunia-
 riam 60 marc. propinquis
 interempti persolvere tene-
 atur, iuxta dispositionem
 Statuti Alberti Regis Petric.
 1496 facti. Cui accedit ju-
 ris quoq; Saxon. dispositio
 in d. lib. 2. articul. 14. in verbis:
Judici tamen maior num-
morū, sicut solet, acquiritur
mulcta, & parentela inter-
 11 *fecti Wergeldus adiudica-*
tur. Vnde siquidò constat,
 quod apud Saxones in ne-
 cessaria defensione homi-
 cidiū perpetrans, mulctam
 Judici, & Wergeldum par-
 ti luere teneatur. Id tamen
 valde mirum esse videtur.
 Si enim deliquit, alia pœna,
 non pecuniaria afficiendus
 esset: si non, cur igitur etiā
 pecuniam perdit? Adhæc

li.

licet glossa eiusdem juris in
 d. art. 14. respondeat: quod
 videlicet tale homicidium
 committens optionem ha-
 beat, vel ut præsentet se ju-
 dicio, puta ad dicendam in-
 nocentiæ suæ causā, & pro-
 bandam necessariam defen-
 sionem: vel si id facere neg-
 ligat, pecuniam suprâ scrip-
 tam persolvat. Mihi tam en-
 huius rei nequaquam suffi-
 ciens videtur esse ratio, nisi
 quod mulctam & Wergel-
 dum in eo casu, ob expia-
 tionem necis, contra man-
 datum DEI commissæ, Ju-
 dici in sede DEI residenti
 & propinquis interempti
 dari dicamus, ut sup. obser-
 77. num. 8. dictum fuit.

OBSERVATIO LXXXIIII.

De homicidio casu com-
 missio, an videlicet aliquis
 ob tale homicidium pœ-
 nam capitis mereatur?

Ddd

SUM.

SUMMARIA.

- 1 *Telum portans occidendi hominis causa, ut homicida punitur.*
- 2 *Homicidium casuale pœnam capitis non meretur.*
- 3 *Differentia inter casum fortuitum, & improvisum.*
- 4 *Homicidium ex lascivia committens non est immunis à pœna.*
- 5 *Iure Saxonum ei, qui casu aliquem occidit, pœna unius Wergeldi infligitur.*
- 6 *Praxis Curia Regalis in homicidijs casualibus.*

1 **E**tsi lex Cornelia de sicarijs, nō tantum homicidas, sed etiam eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant, ultore ferro prosequatur, ut inquit, Imp. Iustin. in §. item lex Cornelia. Instit. de publicis judicijs; attamen + homicidium casu commissum

sum, pœnā capitis non mereri, probatur per exp. text. in l. cum qui. §. Cōd. ad l. Cornel. de sicarijs. qui sic se habet: *Eum qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neq̄ super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspitione, quā ex admittæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatiōe nostra comprehensum est, volumus liberari.* Et clarius in l. r. c. eodem tit. in verbis: *Qui probaverit nō occidendi animo hominem à se percussum esse: remissa homicidij pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Caterū ea quæ ex improvise casu potius, quàm fraude accidunt, fæto plerumq̄ non*

3 non noxa imputantur. Hic tamen † notanda est differentia inter casum fortuitum & improvisum. Casus enim fortuitus est inopinatae rei eventus, quem nemo praevidere aut praecavere potest.

Is omni prorsus vacat culpa, & neminem obligat ad poenam, aut reparationem damni. per textus supra allegatos. *et in l. quae fortuitis. Cod. de pignorat. actione.* Improvisus vero casus dicitur, quando quis id facit, quod facere non debuit: aut non in eo loco facit, ubi debuit, Exempli gratia: Si quis praetereuntem per campum ex improviso globo trajiceret, aut sagitta transfigeret, non videtur vacare culpa, si locus & persona illa ad iaculandum non erant destinata. Et ideo poena legis Corneliae talis homicida tenetur. Nam alioqui non mi-

nus

nus ex dolo, quam ex culpa quisque; hac lege obligatur. ut inquit Imper. Justinian. in §. iniuria. Instit. de lege Aquilia, ubi plures huiusmodi improvisi casus recensentur. Proinde † & qui per lasciviam hominem occidit, non caret culpa, & non est immunis a poena. Mitius tamen punitur, quam qui dolo necem perpetravit. per express. text. in l. leg. Cornelia. 4. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. §. 1. in verbis: *Cum quidam per lasciviam causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Ignatij Taurini Proconsulis Vetricae a Divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset.* Nisi forte ob dignitatem personae alicuius, eam poenam l. Corneliae in mitiorem veriam esse dicamus. Quod etiam Iustus Martianus in l. eiusdem. 3 §. vlt. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. innuere

4

videtur his verbis: *Legis Corneliae de sicarijs Evenerit, sicis poena insulae deportatio est, Omnium bonorum ademptio. Sed solent hodie capitale puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut poenam legis sustineant. Humiliores enim solent, vel bestijs subijci, altiores verò deportantur in insulam.* Iure f. verò Saxonum poena unius *Wergeldi* super eum, qui casu aliquem occidit, extendi solet. per clarum textū. lib. 2. artic. 33. in verbis: *Si quis aliquem ignoranter iaciendo, vel sagittando interfecerit, in sui damnationem Wergeldi, & non in mortē condemnetur. Quod itidem non de casu fortuito, sed de improviso accipiendum est, ut notat ibidem glossa.*

6 Cuius f. rei singulare exemplum extat in Curia Regali, ubi Magistratus Civitatis Iu-

lunimladislavi. n. ob iuvenem quendam, qui casuale homicidium perpetraverat, supplicio affectum, Decreto Regio Anno 1593, feria quarta post festum S. Dorotheae lato, in hac poena *Wergeldi* condemnatus est, addito insuper eidē magistratui iuramento, quod praedictum juvenem, non injuriandi animo, sed optimo iustitiae Zelo, supplicio ultimo affecerint.

OBSERVATIO LXXXV.

Puer committens homicidium, an poena legis Corneliae de sicarijs afficiatur?

SUMMARIA.

Puer homicidium committens nō punitur lege Corneliae de sicarijs.

Infans ab impubere, & eo qui

qui pubertati proximus est,
quomodo differant?

3 Pubertas quomodo cognos-
catur.

4 Proximus pubertati qui
dicatur?

5 Accursij opinio legis vi-
gorem habet.

6 Impuberes & pubertati
proximi delinquere possunt,
& ideo puniuntur.

7 Aetati & imprudentia
in omnibus penalsibus judi-
cijs succuritur.

8 Impubes & pubertati pro-
ximus, si delinquat fortuito,
vel improviso, vel malitio-
se, distinguendum est.

9 Infantes & infantia pro-
ximi nullatenus puniuntur.

1 **S**imiliter & pu-
er & infans com-
mittens homici-
dium, poena legis Corne-
liae non tenetur. per exp. tex.
in l. infans. 12. ff. ad l. Cor. de Sicarijs.
cuius is est tenor. *Infans*
vel

vel furiosus si hominem occi-
derit, lege Cornelia non te-
nentur: cum alterum inno-
centia consilij tuetur, alte-
rum fati infelicitas excusat.
Quod item juri Saxonico
consentaneum esse constat
ex text. eiusdē juris lib. 2. ar. 65.
in verbis: *Nullus puer infra*
annos legitimos constitutus,
facere quid potest, in quo ad
vitam eius condemnetur.

Hic & tamen diligenter di-
stinguendum est, inter in-
fantem & impuberem, ac
eum, qui pubertati proxi-
mus est. Nam infans is di-
citur, qui nondū septimum
aetatis suae attigit annū. per
clarum text. in l. 1. §. 2. ibi:
*Ita tamen ut pro his, qui fa-
ri non possunt, vel absint, ip-
si tutores iudiciū suscipiant:*
*pro his autem, qui supra se-
ptimum annum aetatis sunt,*
& praesto fuerint, auctoritate
praestent. ff. de administ. tut.

Pu-

3 Pubertatem ¶ verò veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimari volebant. Sed Imper. Iustin. dignum esse castitate suorum temporum existimans, benè putavit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est inspectionem habitudinis corporis, hoc etiã in masculos extendere. Et idè sancta Constitutione promulgata, quæ in l. i. c. quãdo tut. vel curat. esse desin. extat: *Pubertatem in masculis post decimum quartum annum completum ilicò initium accipere disposuit, antiquitatis normam in fœminis benè positã relinquens in suo ordine, ut post duodecim annos completos, viripotentes esse credantur.* Nec obstant textus juris Canonici in c. puberes 3. ext. de desponsat. impub.

ubi

ubi dicitur: *Eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest. Et puerperas quæ in annis puerilibus pariunt.* Et juris Saxonici lib. 1. artic. 42. in verbis: *Si is, de cuius atate dubitatur, pubes in locis congruentibus apparebit, annum discretionis eum impleuisse credendum est.* Id enim secundum glos. in l. minor. 32. in ver. *profectã.* ff. de minoribus non de invencundo illo veteribus Romanis usitato aspectu; sed de honesta ac decenti inspectione habitudinis corporis & faciei, ut puta si circa os lanugo barbæ imminere incipiat, aut tota constitutio corporis annos pubertatis attingisse testetur, intelligendũ est. Impubes ¶ autem quando dicatur proximus pubertati esse, licet in legibus nusquam definitum

4
sic,

fit, fortè ob hanc causam, quòd tota res pendeat ex varijs rerum & delictorum circumstantijs, quas prudens iudex diligenter perpendendo, ætatem doli & malitiæ capacem, etiã non attento numero annorum, facilè animadvertet. Accuratus tamen, (cuius opinio ⁵ in omnib9 ferè iudiciorum subsellijs, teste Ioan. de imola. in l. i. co l. 2. de uulg. & pupillar. substit. legis vigorem habet, quando nimirum lex non reperitur) in l. pupillũ CXI. ff. de reg. jur. pubertati proximum mascululum dicit esse eum, qui decem annos & sex menses jam absoluit: Vnde etiam consequens est, fæmellam pubertati proximã dici eam, quæ novem & dimidium annos complevit. Quoniam ⁶ verò hi soli, impuberes scilicet, & pubertati proximi, delictum committere pos-

possunt. per express. text.

in l. sed etsi quemcumq; §. 2. ibidem:

Quod si impubes infans dånnum dederit, Aquilia cessat:

Quod si impubes id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur; teneri & Aquilia eum.

Et hoc puto verum (inquit

ICrus Vlpian.) *si sit jam injuria capax. ff. ad l. Aquil. id-*

circò pœna quoq; afficiuntur, non tamen tam severè,

quemadmodum maiores, sed mitius secundum arbitrium Iudicis. per textum

in l. auxilium. 37. §. 1. ibi: Nisi

quatenus interdum misertio etatis ad mediocrem pœnam iudicẽ perduxerit &c.

ff. de minoribus. Ferè t enim in

omnibus pœnalibus iudicij ætati & imprudentiæ

succurritur. per l. ferè. 103. ff. de regul. juris.

Quod etiam confirmat rescriptum A-

lexandri 3. Pontificis ad Hermon. Episcop. cuius

verò

verba in c. referente. extra. de delictis puerorum. sic se habent: *Quo-
nam in pueris relinqui so-
let multum, quod in alijs
proiectioris atatis humana
leges dicunt se verius corri-
gendum, mandamus quate-
nus si constiterit filium præ-
dicti. H. intra 14. atatis sue
annum homicidium com-
mississe, memoratum Abba-
tem moneas & compellas,
ut ab eodem H. predictos C.
solidos propter illam consue-
tudinem non exigat, nec ab
ipso pro temporali pena re-
quirat.* In eo tamen mul-
8 tum interest, si impubes vel
pubertati proximus fortuis
ro casu, vel ex improvise,
puta culpa & negligentia,
vel sciens & volens malicio-
se delinquat. Primo enim
casu impuberis quàm ma-
ioris, cui parcitur, deterior
hac in parte conditio esse
minimè potest, prout sup.
obs.

obser. preceden. de casibus
fortuitis dictum est: secundo
verò casu, si delictum non
ex animo, sed extrà venit,
etiamsi noxa non commit-
titur, pœnæ tamen causa,
pecuniæ damnum irroga-
tur. prout in l. i. Cod. Si adversus
delictum. Imp. Severus & An-
toninus rescripserunt. Quod
etiam jus Saxonum sequi
videtur, ut ex textu Sp. Sax.
lib. 2. d. artic. 65. patet, cuius ea
sunt verba. *Occidatur verò
aut mutiletur quis à puero,
tutor pueri, id à pueri sub-
stantia tenetur (secundum
Wergeldi modum) resar-
cire, quod de damnis alijs à
pueris illatis est dicendum.*
In tertio deniq; casu, mino-
res ætatis suffragio minimè
iuantur: cum malorum
mores infirmitas animi nõ
excuset. per dictam l. i. c. si
adversus delictum Licet autem t
infantes & infantia proximi
mi

mi nullatenus puniantur, ut potè quibus doli capacitas, unde censetur delictum, desit. per sup. allegat. legem. infans. ff. de sicarijs. & similes. Et in Curia Regni, contra magistratum civitatis Iuniorum wladislavien: Anno 1593, feria quarta post festum S. Dorotheæ virginis, ob puerum quendam novem annorum supplicio capitali affectum, pronunciatum fuisse liquet. Contrarium tamen Iodocus Damhoderius in praxi rerum crimin. Cap. 84. num. 3. 4. & sequen. omninò statuit, & ibidem exemplum ex beato Gregorio, de quodam puero quinque annos nato, recitat.

OBSERVATIO
LXXXVI.

Vtrum si vulneratus ex intervallo moriatur, poena
le.

legis Corneliæ in vulnerantem extendi possit?

SUMMARIA.

Vulneratus quando praesumatur ex vulnere mortuus. 1

Vulnerantis animus inspicendus est. 2

Dolus nunquam praesumitur, nec animus delinquendi. 3

Praesumitur quilibet bonus, donec probetur contrarium. 4

Vulneris qualitas perpendenda est. 5

Medicorum & Chyrurgorum iudicium in vulnere quando requiratur? 6

Tempus quo vulnus illatum est, inspicere debet. 7

Vulneratus lethaliter ultra 40 dies vivere non potest. 8



vulneratū non praesumi ex vulnere mortuum, si post triduum surrexerit, &

Ecc

su-

super baculū ambulauerit, Accursius in *l. vnica. Cod. de emendat. servorum*, testatur. Veruntamen iuxta communem D D. sententiam, tria potissimum in eo sunt consideranda. Et ꝑ primò quidem inspicienda est mens & animus vulnerātis. Nam si occidendi animo vulneraverit, dubium non est, quod puniatur ut homicida, per express. text. in *l. 1. Cod. ad l. Cornel. de sicarijs.* in verbis: *Crimen contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat.* quod & glossa juris Saxonici lib. 2. artic. 64. versic. præterea. clarè admodum probat. Ac proinde, occidendi animo vulnus illatum esse allegans, probare id debet. per text. in *l. dolum. Cod. de dolo.* & *l. quoties §. qui dolo.*

3 ff. de probat. Dolus ꝑ etenim nunquam regulariter præsumitur, sicut nec animus delinquendi. *argum. l. meritò § 1.*

ff. pro socio. Et quilibet ꝑ præsumitur bonus, donec contrarium probetur. *argum. l. cum pater 77. §. rogo. 25. ff. de legat. 2.*

Deinde ꝑ perpendenda est qualitas vulneris, utrum videlicet lethale sit, nec ne? Primo etenim casu, sublequuta morte, vulnerās omnino punitur tanquam homicida. per text. in *l. ait lex. 21. § 1. in verbis: Quod si mortifere fuerit vulneratus, & postea post longū intervallum mortuus sit, inde annus numerandus est, secundum Iulianum, ex quo vulneratus est.* ff. ad l. Aquil. Quod usq; adeò verum est, ut quamvis culpa & negligētia ipsius vulnerati, aut etiam imperitiā medici mors superveniat, vulnerans ex eo nullam excusationem mereatur. Occidisse enim dicitur vulgò, qui mortis causam quomolibet præbuit. per textū

ff.

in

in h. ita vulneratus. §. in prim. ff. ad l. Aquil. Et frustra aliàs expectatur id, cuius eventus nihil operari posse videtur. *per textum singularem, in l. hęc stipulatio. §. divus. ff. ut legat. nomin. caveatur.*

Secundo verò casu, quando videlicet liquidò cõstat, vulnus non fuisse lethiferum, & læsus nihilominus vita functus esset, vulnerantem pro homicida non censi

DD. unanimi ore profiterentur. ut notat Iulius Clarus *lib. sentent. 5. §. homicidium. num. 43.*

Ita tamen, si non ex læsione illa, sed culpa & negligentia ipsi, morbus qui causam dedit morti, superveniat. *per tex. in l. si ex plagis. in pr. ff. ad l. Aquil.*

Porro † quando dubium est, lethale sit vulnus, nec nec licet juxta cõmunem DD. opinionem, recursus fieri debeat ad judiciũ medicorum ac chyrurgorum, ut potè quod unicuiq; perito in arte sua fides adhibenda sit.

per

per text. in cap. significasti. extra de homicid. Cuius rei Decretum in Curia Regali, in causa Postzygaczowie & Girowski, civium Casimirens; anno Dñi 1591. prolatum extat; attamen quia interdũ medici & Chyrurgi, varijs de causis dissentire possunt; idcirco multo tutius est, id ab irro judicis committendũ esse, qui tam ex relatione medicorũ, quàm etiam ex qualitate & loco vulneris, alijsq; circumstantijs facillè cognoscere poterit, num ex ipso vulnere, an autem ex alia causa decesserit vulneratus. Et ita omnes DD. communiter tenent, teste Iulio Claro. *d. loco. sententiar.* Tertiò, † temporis quoq;, quo vulnus illatum fuit, diligens admodum habenda est ratio. Si enim vulneratus post acceptum vulnus ambulavit per

E e e 2

tri-

triduum; eo casu etiã postmodũ moriatur, non præsumitur ex illo vulnere decessisse, secundũ Accursium, ut sup. in principio observat. adnotavi. Quod tamen etiã fallit in eo casu, quando notoriũ est vulnus fuisse lethale. Eo enim casu nihil refert, utrum vulneratus breui mortuus sit, an post longum intervallum. per textu. in l. huic. 15. ibi: *Si servus vulnerato mortiferẽ, postea ruina, vel naufragio, vel alio ictu maturius perierit: de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato. Sed si manumissus, vel alienatus, ex vulnere perijt; quasi de occiso agi posse Iulianus ait. hac ita tam variè: quia verum est, eum à te occisum tunc, cum vulnerabas, quod mortuo eo, demum apparuit: in superiore non est passa ruina apparere, an sit occisus ff.*

ff. ad d. l. Aquil. Et ita in Curia Regali inter Pozoga & Sicika ciues Dobirinenf. anno 97. feria secunda in vigilia festi S. S. Simonis & Iudæ Apostol. decisum fuisse memini. Quamvis t secundum sententiam medicorum, nullus lethaliter vulneratus, ultra XL dies vivere possit. teste Angelo in d. l. vnica. C. de emendat. servor.

OBSERVATIO LXXXVII.

Stupratores & violatores foeminarum, quibus poenis afficiantur?

SUMMARIA.

Stuprum in jure duplici modo consideratur. 1

Stupri voluntarij qualis ex jure civili sit poena. 2

Index estimationem dotis quando facere possit. 3

Mulieres publicè pudici. 4

citiam prostituentes, non sunt dignae legum beneficio.

5 *Virgo honesta & nobilis in loco inhonesto constuprata, beneficium legis non habet.*

6 *Mulieribus impudicis, de raptu & violentia conquerentibus, fides adhibenda non est.*

7 *Violentum stuprum quid sit?*

In materia criminali consequenter etiam illud caput legis Iuliae de stupratoribus, & violatoribus seu raptoribus virginum & viduarum, quibus videlicet illi poenis afficiendi sint? discutiendum sese offert.

1 *Et in primis sciendum est, stuprum esse duplex, voluntarium & violentum.*

2 *Voluntarium est, quod volente & consentiente virgine vel vidua committitur, cuius poena in iure Civili in*

§. item

§. item lex Iulia. Instit. de public. iudic. si honesta persona sunt, publicatio partis dimidia bonorum; si humiles, corporis coercitio cum relegatione, reperitur. Quae poena in iudicijs & praxi forensi, ad mitiorem illam juris divini reduci solet. Exodi cap. 22. cuius etiam in Cap. 1. tit. de adulterijs, fit mentio, his verbis: Si se- duxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. Iudex vero eam aestimationem dotis, diligenter expensa personarum qualitate, constituere debet. Quamvis enim istae poenae non ex arbitrio Iudicis imponantur, sed stupratori optio deferatur, utrum malit ducere, an dota-

re?

re? attamen si in dotem consensum ab eo fuerit, Iudex æstimationem illam facere debet. Ac proindè in Curia in causa Catharinæ olim fam. Mathiæ Ciolek Consulis Petric. filix, à Nicolao Sckio cive itidem Petric. ob stuprum illatum spe matrimonij intentata, Anno 1591, feria tertia intra octavas festi sacratissimi corporis Christi, emenda triginta marcar. pecuniæ aëtrici adjudicata fuit. Non obstante etiam exceptione, quòd eam virginem non repererit: semper enim juramento mulieris statuitur contra stuprantem, quod virgo fuerit, teste Iodo. Damhod. in praxi rerum crim. Cap. 92. num. fin.

4 In mulieribus *framè* quarum publicè venalis est turpitudine, nequaquam hoc locū habet. Tales enim mulieres nō sunt dignæ legum

be.

beneficio. per express. text. in l. quæ adulterium 29. ibi: *Hæ autem immunes à judiciaria severitate & stupri, & adulterij præsentur, quas vitæ vilitas dignas legum observatione non credidit.*

c. ad leg. Iul. de adulter. Atq; ꝑ ob hanc causam, si honesta etiam & nobilis aliàs virgo, in lupanari aut aliquo inhonesto loco, inter meretriculas reperta cōprimatur, caret eo legis beneficio. Cūm propter locum & consuetudinem, seu habitum meretriciū, pro impudica omnino censeatur. *Neq; enim honos ei servatur, quæ se in tantum scelus deduxit.* per text. in l. senatoris. 47. ff. de ritu nupt.

Ac ꝑ insuper, etiamsi de raptu seu violentia huiusmodi inhonestæ mulieres conquerantur, nullo modo fides illis adhibenda est.

Præsumūtur enim quæstus

gra-

gratia nulli copiam sui de-
negare posse. teste. Philip.
Decio in l. inuitus. ff. de regul. jur.
Nec quicquam in contra-
rium facit jus Saxonicum,
quod in lib. 3. arti. 46. disponit:

*In meretrice & concubina
sua committi violentiam,
etsi eam quis præter eius vo-
luntatem violat, in vita sua
condemnetur.* Nam hoc de

eo casu intelligi debet, si ni-
mirum è turpi & inhonesta
vita in viam honestatis re-
deant, & vitæ priori omni-
bus modis renuncient. pro
ut glossa ibidem notat, ex-
emplum Beatæ Afræ allegā-
do. Cui etiam adstipulatur

Salicetus in l. vnic. C. de rapt. virg.
asserens iisdem pœnis rap-
torem talium sceminarum
subijci, quib9 subijciuntur
raptores virginum vel vi-
duarum honestarum. per

7 d. l. vnic. C. de rapt. virgin. Vio-
lentum ꝛ verò stuprum est,
i quan

quando virgines vel viduæ
per vim opprimuntur vel
abducuntur, & dicitur pro-
priè raptus, de quo obser-
uatione sequenti agitur.

OBSERVATIO LXXXVIII.

De raptu & quæ pœ-
na raptores mulierum
manere debeat?

SUMMARIA.

Raptus in jure bifariam 1
accipi solet.

Raptores mulierum qua 2
pœna afficiantur?

Socij raptorum eadem pœ- 3
na afficiuntur, qua & ipsi
raptores.

Raptores puniuntur, licet 4
mulieribus consentientibus 8
raptus fiat.

Raptorum pœna jure Sax- 5
onico qualis sit?

Vis mulieri quando fie- 6
ri dicatur?

Mus

7 *Mulier de violentia con-*
querenti, quando fides adbi-
benda sit?

9 *Statuta Regni de raptu*
quomodo disponant?

10 *Iure civili matrimonium*
inter raptorem & raptam
est nullum.

11 *Iure Canonico inter rap-*
torem & raptam matrimo-
nium fit ratum.

12 *Inter duo mala minus*
malum eligi debet.

I **R**aptus quamvis vulgò bifariam accipi solear, ut potè cum alicui mulieri vis & violentia ad actû venereum inferatur, quod etiã violentum stuprum appellatur; aut cum mulier ad contrahendum matrimonium invita abducitur. In jure tamen hæc duo crimina uno eodemq; nomine, scilicet raptus appellantur.

Cuius

Cuius poena jure quidem civili est capitis. per clarum text. in l. Unica. C. de raptu virginum. in his verbis: *Raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, si vè jam desponsata fuerint, si vè non, vel quarumlibet viduarum sceminarum, licet libertine, vel serva aliena sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus.* Quod multò magis in DEO dicatis virginibus, & viduis locum habet, pro ut textus ibidem tradit. Ac præterea bonis etiam omnibus, si ingenuam quis rapiat, mulctari debet, per eundem textum in verbis: *Si autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles & se moventes, tam raptorum, quam eorum sodalium, comitum vel sequentium, qui eis auxilium præbuerint, ad*

do-

dominium liberarum mulierum transferantur. Pœnas
 3 † enim prædictas mortis & bonorum amissionis, non tantum adversus raptos, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione & rapina fuerint, leges extendunt. Cæteros verò omnes, qui conscij & ministri huiusmodi criminis reperi & convicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicumq; opem eis tulerint, si ve masculi, si ve fœminæ sint, cuiuscunq; conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali subiiciunt. Idq; † usque ad eò verū est, ut etiam
 4 si volentibus & consentientibus mulieribus raptus fiat, nihilominus tamen huiusmodi raptos, supradictis pœnis subiaceant. Si enim (inquit ibidē textus) ipsi raptos metu & atro-

itate pœna ab huiusmodi facinore se temperaverint, nulli mulieri, si ve volenti, si ve nolenti, peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierum ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam sollicita verit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus sese prodere. Iure † autem Saxonico, præterquam quòd 5 raptos huiusmodi capite puniuntur, per text. lib. 2. art. 13. ibi: Et virginem opprimit aut mulierem, seu pacem infringit, & qui in adulterio fuerit deprehensus, capite plebitur. Edificia etiam prædiorum seu villarū, in quibus virgines aut mulieres violenter oppressæ, aut post factum introductæ fuerint, succiduntur, seu ad terram prosternuntur. Similiter om-

ne vivens, quod tempore violentiæ illic affuit, ut potè equi, quibus violatæ abducebantur, vel qui ad id auxilio fuerāt, decollantur. per express. text. lib. 3. artic. 1. Verùm hodierna praxi nullibi id jam observatur, sed violator seu oppressor pœna tantum capitali afficitur.

Quod & in Curia Regni obtinet, cuius rei exempla cuius obvia esse possunt. Et ita Krassowski ob raptū Tryblowa, Anno 1595, feria sexta ante festum S. Mariæ Magdalenæ: Et Lenczowski atq; Malkowski ob stuprum illatū cuidam virgini Gemzianka dictæ, anno eodem feria tertia post Dominicā Misericordiæ, condemnati fuerunt. Verùm ⁶ id imprimis notandum est, vim in raptu nō aliter fieri, nisi quando mulier magno clamore, qui à vicinis exau-

diatur, violentiam illatam attestata fuerit. per textum in d. lib. 3. art. 1. ibi: *Omnes huius clamoris violentiæ insectores, si malefactorē quo modo comprehenderit, licet victus non fuerit, non delinquant, dummodo ab eis iudicio presentetur.* Unde ⁷

si id cōtingat in campo, vel sylva procul distante ab hominibus, ita ut vox oppressæ à quopiam exaudiri non possit; tunc eo casu fidem adhibendā esse mulieri conquerenti, (dummodo ante actam vitam honestè se gessisse probaverit) DD. communiter statuunt, ut notat Iodoc. Damhoder. in praxi rerum criminalium. cap. 95. num. 9.

Et quod magis est, si manifesta signa oppressionis in ea apparuerint, & juramēto præstito id comprobaverit. Qua de re Statutum etiam Divi Casimiri Regis, Vis-

li-

licia Anno 1368 de viola-
 tionibus virginum & op-
 pressione viduarum latum
 extat. Neq; † verò exinde
 8 raptor meretur excusatio-
 nem, quòd rapta coram ju-
 dicio dicat, omnia acta suo
 consensu fuisse & volunta-
 te. per suprà allegatum tex.
d. l. unica in verbis: *Si enim.*

Ratio est, quia in huiusmo-
 di criminibus còmissis, duæ
 personæ offendantur, pars
 nimirum læsa, & iustitia, seu
 exequutor iustitiæ Magi-
 stratus. Hinc fit, quod licet
 delinquens crimine admis-
 so, adversæ parti plenè satis
 fecerit, nondum tamen al-
 teri parti scilicet iustitiæ sa-
 tisfactum esse dici potest.

Quod † in Regno, præser-
 9 tim inter personas nobiles
 in eo raptu, qui fit matrimo-
 nij causa, non procedit. Si
 enim rapta mulier dicat, se
 volente & consentiente rap-
 ptum

ptum esse perpetratum, rap-
 tor est immunis à poena: a-
 pta verò dotè, & bona om-
 nia paterna & materna per-
 dit, juxta dispositiõem Sta-
 tutorum, tam Iohannis Al-
 berti Petric. Anno 1496,
 quàm Sigismundi Regum,
 itidem Petric. Anno 1531
 latorum. Iure † autem Ci-
 vili huiuscemodi matrimo-
 nium inter raptorem & ra-
 ptam, omnimodò est pro-
 hibitum, ut videre est ex textu
d. l. unica. ibi: *Nec fit facultas*
raptæ virgini, vel viduæ, vel
cui libet mulieri, raptorem
suum sibi maritum exposce-
re, sed cui parentes volue-
runt (excepto raptore) eam
legitimo copulent matrimo-
nio. Et additur ibidè ratio:
Quoniam (inquit Imper)
nullo modo nulloq; tempore
datur à nostra serenitate li-
centia eis consentire, qui ho-
stili more in nostra Repub-

matrimonia student sibi coniungere. Oportet etenim, ut quicumq; uxorem ducere voluerit, siue ingenuam, siue libertinam, secundū nostras leges, & antiquam consuetudinem, parentes vel alios, quos decet, petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimū
 II coniugium. Quod et item jure Canonico (cui hac in parte propterea standū est, quòd matrimonium sit Sacramentū Ecclesiæ, & in eo lex minor sit Canone, per cap. ult. et pen. tit. de secundis nuptijs.) obtinere videtur, per capit. placuit. 36. qu. 1. cuius hæc sunt verba: *Placuit, ut hi qui rapiunt fœminas, vel furantur aut seducunt, eas nullatenus habeāt uxores: quamvis eis postmodum conveniat, aut eas dota verint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint. Cui concordat cap. 1. et cap. 2. ibidem: Ve-*

runtamen D. Hieronymus Hom. 29. in Euange. recensens quæ sint legitima matrimonia, inter alia etiā hoc quod inter raptorem & raptam consentiente patre contrahitur, legitimum esse affirmat hisce verb: *Secundum scilicet legitimū coniugium est, si virgo in civitate deprehensa à viro, & illi per vim copulata fuerit, si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir, quantum judicaverit pater, & dabit pretium pudicitia eius. Cap. 3. legitima. 36. qu. 2.* Et hæc D. Hieronimi sententia, sacro etiam canone stabilitur, ut videre est Deuteron. cap. 22 circa finem. Et ex cap. Si autem 36. qu. 2. non dissimile quid, ex his potissimum verbis: *Peracta verò pœnitentia publica, si ætas, & incontinentia excegerit, legitimo, & ex utriusq; par-*

tis, (raptoris nimirum & raptæ) placito, coniugio socientur. Nam in his non regulam (inquit Concilium Meldense) constituimus, sed quid sit tolerabilius estimamus, colligi potest: & est textus in cap. raptor: 27. qu. 2. & cap. cum causa. extra. de raptoribus. Unde consequens est, quod licet huiuscemodi in matrimonia sint prohibita; attamen posteaquam consummata iam fuerint, non dissoluuntur, nec fiunt irrita, idque maioris mali evitandi causa. Saepè enim fit, ut inter duo mala minus malum eligatur. per text. in cap. 2. & sequ. distinct. 23.

OBSERVATIO
LXXXIX. 89

An de crimine pacisci aut transigere liceat?

SUMMARIA.

Transigere tam de publicis, quam de privatis causis licet. Trans-

Transactio de criminibus an sit permissa?

Crimina capitalia qua dicantur?

Delicta ne manean impunita, Reipub. interest.

Sanguinem suum redimere cui vis licet.

Accusatio criminis publici cui vis ex populo concessa.

Abolitio quid sit?

De crimine adulterij cur transigere liceat?

Crimen falsi transactione an tolli possit?

Transigere licet de criminibus sanguinis poenam irrogantibus.

Iure Saxonum transigentibus de crimine infamia irrogatur.

Derplexam nimis apud Interpp. juris est hæc quaestio: Vtrum videlicet de quo vis crimine pacisci aut trans-

transigere liceat? Regulariter ꝛ tam de publicis, quàm de privatis causis transactio videtur esse concessa. per express. text. in l. i. §. pen. ibi: *Nequè enim transactionibus est interdictũ, sed sordidis concussionibus.* ff. de calumniat. lib. 3. tit. ult. attamen ꝛ de crimini-

bus textus in l. transigere 18. Cod. de transact. sic disponit: *Transigere vel pacisci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est: in alijs autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam nõ ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem.*

Quoniam verò DD. juris circa interpretationem istig legis mirè sese torquent; idcirco non abs re me facturũ existimavi, si rem ipsam ex opinionibus illorum compendiosè collectam, breviter exponam. Inprimis ꝛ itaq; sciendum est, crimina

capitalia dici, non tantum illa, quæ pœnam mortis, aut sanguinis effusionem adferunt, sed etiam quæ aquæ, aut ignis interdictione, vel deportatione, aut metallo fontes afficiunt. per express. text. in §. publica. 1. Instit. de public. judicijs. Ac proindè in his, quæ citra sanguinis effusionem fiunt, idè trãfactio est prohibita, quia præsumitur reg transigendo adversarium precio corrumpere, & sic judicium publicum vendere, ac prævaricari, ut notat text in l. i. §. i. ibi: *Prævaricari est vera crimina abscindere.* ff. ad scem. Turpill. Plurimum ꝛ siquidem Reiquabl. interest, ne delicta maneant impunita, ut inquit textus, in l. si operis. 14. ibi: *cum non remitti pœnam facile, publicè interfit, ne ad maleficia temerè quisquam profiliat.* Cod. de pœnis. Et in l. ita vulneratus. §. 1. versicul.

quod si quis. ff. ad l. Aquil. Poenæ enim ad exemplum alijs statuuntur, per text. in l. quamvis 9. in verbis: *quatenus tam calidum commentum etiam in exemplum coercere debeat.* ff. de bonis eorum qui sub tut. Et sunt metus malorum. teste glossa in l. 1. ff. ne quis eum qui in jus vocat. Maxime verò quòd in huiusmodi crimine transigens pro confesso omnino habeatur. per express. text. in l. fin. ibi: *In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem corrumpit, ex Scto. pro victo habeatur.* ff. de præuaricatorib. Neq; aliter transactio censetur fieri, quàm si aliquid detur, vel retineatur, vel promittatur. per textum in l. transactio. 38. Cod. de transactiõib. At in illis criminibus, quæ sanguinis poenam merentur, diversa est ratio. In his enim utraq; pars tam actor quam reus, in capitis discrimi-

mi-

mine versantur. Nam & actorem seu accusatorem, (si nimirum in probatione defecerit) ex Scto Turpilliano ad vindictam possit similitudo supplicij. per text. in l. fin. Cod. de calūniatorib. Et ideò naturalis æquitatis ratio dicitur, ut eo casu transactio permittatur. Neq; enim pro confesso transigens in tali crimine dici potest, cum periculi potius declinandi causa, quàm conscientia criminis commissi, transigisse videatur, per suprà allegatum textum in l. fin. ff. de præuaricatorib. Semper + autem ignoscitur ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit, teste Vlpiano in l. 1. ff. de bonis eorum, qui ant. sent. mort. sib. intul. *Omnis enim (ut inquit Cicero pro Milone) est honesta ratio expediendæ salutis. excepto adulterio.* Et ideò in Curia quoq; Regni huius-

mo

modi transactiones admit-
 ti solēt, pro ut ex decisione
 in causa civium Dobrzym-
 nen. Pozoga cum Secka
 Anno Dñi. 1597. feria se-
 cunda in vigilia SS. Simo-
 nis & Iudæ Apostolorum:
 Et in causa Magistratus Tu-
 cholien. cum civie dicto Kr-
 eutzer anno 96, feria tertia
 post festum S. Margarethæ
 facta, videre licet. Nec quic-
 quam in contrarium facit,
 quod æquè in huiusmodi
 criminibus, quæadmodû in
 illis, quæ pœnâ sanguinis nō
 adferunt, transactione inter-
 veniēte, publica judicia præ-
 varicari videantur. Hac ere-
 nim trāsfactione nihil dero-
 gatur iudicio publico, cûm
 7 accusatio criminis publici
 6 ad quemlibet ex populo, e-
 tiam non læsum, pertineat,
 toto tit. Cod. & ff. de accusat. idq; ob
 eam potissimum rationem,
 quòd læso corpore, singula

mem

membra illius læsa videan-
 tur, teste Bartolo in l. i. §. si ca-
 num. i. ff. de ventre in possession. mitt.

Quò potissimum respexis-
 se videtur Constitutio Re-
 gni in foelici Coronatione
 Serenissimi Regis moderni
 anno 1588, contra homici-
 das sancita. Neq; verò fru-
 stranea est talis transactio,
 etiamsi alijs relinquatur lo-
 cus accusandi. Non enim
 tam facilè quispiam alius,
 ad quem negotiū non perti-
 net, reperietur, qui periculū
 illud metus S. Cti. Turpillia-
 ni subire volet. Quamvis
 olim & hoc observatū fue-
 rit, quod accusatione de cri-
 mine capitali jam instituta,
 nō aliter transactio fieri po-
 terat, quàm si abolitio à Ma-
 gistratu impetraretur. Nam
 qui ab accusatione citra ob-
 olitionem desistat, punitur.
 per text. in l. i. §. 7. ff. ad S. C. tum Tur-
 pill. lib. 18. tit. 16. Est 7 autem

abo-

abolitio, qua res è numero reorum eximitur & aboletur accusationis memoria. per tex. in l. si interueniente rz. ff. eodem.

Sed redeundo ad textum d. l. transigere. quæri potest:

8. Quæ nam sit ratio, cur crimen adulterij, à Regula in priori membro illius legis expressa excipiatur? cum & illud crimen sit capitale, & pœna sanguinis vindicetur. per express. text. in l. quamvis. 30. ibi: *Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.* Cod. ad l. Iul. de adult. Ad hæc quamvis nōnulli ita respondeant, quod hoc crimen ante tempora Cōstantini (qui d. l. quamvis. tulit) capitale non fuerit, idq; probare conentur. Per text. jur. in l. suo 14. & l. 18. ff. de testibus. lege Claudius ff. de his quæ ut indignis & c. l. si quis viduā ff. de questionib. Et l. 4. §. adulterij ff. de re milit. attamen verior mihi videtur illa ratio, quã communiter DD. tradunt, quòd

nimirum transigens de adulterio in lenocinij crimen videatur incidere. per expr.

text. in l. ex lege. 2. §. 2. in verbis:

Lenocinij quidem crimen lege Iulia de adulterijs præscriptum est: cum sit in eum maritum pœna statuta, qui de adulterio uxoris suæ quid caperit: item in eum, qui in adulterio deprehensam detinuerit, ad l. Iul. de adult. lib. 48.

tit. 4. Quod in eo, qui ultro sine pacto aut trãactio-

ne accusationē criminis illiq; remittit, minimè locum habet. per text. in l. si maritus 15. §. 5.

ibi: *fortius enim dicitur, eū qui se negaverit acturum de adulterio, postea non audiendum,* ad l. Iul. de adult. *Nemo enim inuitus agere vel accusare tenetur,* juxta regulam juris in l. inuitus 156. ff. de divers. reg. juris. & l. unicam. Cod. ut nemò inuitus agere vel accus. cog. lib. 3. tit. 7. Prouc

et nec illud, quod in postero 9

ri membro d. legis ponitur (citra falsi accusationem) difficultate caret. Quidam enim hanc particulam citra, pro sine accipiunt, idq; non inusitatum esse multis auctoritatibus probat, ut potè l. 1. in verbis: *citra domini voluntatem*. C. si alie. res pig. l. 1. §. 1. in verbis: *citra conventionem*. ff. de pignorib. l. falsa. 19. Cod. de furtis. in verbis: *citra domini voluntatem*. Undè sic dictum esse volunt: Transigere de criminibus non licet, sine falsi crimine, id est, nisi transigens falsi accusationem subire velit. Sed quia hæc particula in jure & alibi pro præpositiõe (præter) passim usurpatur, ut videre est in l. unica. §. accedit. versic. extraneum, in verbis: *Extraneum autem intelligim; omnem citra parentem per virilem sexum descendentem*. Cod. de rei uxor. act. idè tenen-

da est potius communis opinio, quæ hoc loco non privationem, sed exceptionem significari ostendit, maxime quod de crimine falsi transigere liceat, idq; probatur per text. in l. ipse. 7. ibi: *Facta igitur transactione, difficile est, ut is qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat*. Cod. ad l. Cornel. de falsis. lib. 9. tit. 22. Et in l. Polla. 2. Cod. de his quibus ut indignis aufertur. hered. lib. 6. tit. 35. expressè dicitur: *Transactionem de falso factam non esse temerè revocandam*. Nec minus id ipsum probat. textus in l. pen. Cod. de transactionibus. in verbis: *Nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur*. scilicet per transactiõe. Porro rationem istius exceptionis a suprà dicta Regula, hanc potissimū DD. tradunt, quod licet falsi, vel quasi falsi cri-

minis certa & ordinaria præstituta olim fuerit poena, deportationis nimirum *Cominium bonorū publicationis*. per express. text. in l. 1. §. fin. ff. ad l. Corneli. de falsis. lib. 43. titul. 10. postmodum tamen arbitraria esse cæpit, ut patet ex l. qui duobus 21. & l. pen. ff. ad l. Corneli. de falsis, & lege maiorem 4. & quidem ita, ut etiam ad poenam capitis (si id magnitudo commissi exigat) extendi possit. per satis clarum text. in l. ubi falsi 22. Cod. ad l. Corneli. de falsis. ut potè in falsificatione monetæ. per l. 1. §. fin. verò. Cod. de falsa moneta lib. 9. titul. 24. Quoniam verò in huiusmodi criminibus, quæ poenâ sanguinis adferunt, transactio ob metum imminētis ex lite periculi permittitur, ut suprâ dictū est; haud immeritò in hoc etiam casu, ubi similiter litigatores poenâ capitis reformidant, & sanguinem suum redime-

re videntur, denegari non debet, & ita tenet glossa in d. l. transigere in verb. *falsi accusationem*, & communiter D D. De ꝑ alijs verò criminibus capitalibus, homicidij, raptus, læsæ Maiestatis, & similibus, impunè transigi posse, nemini dubiū est, cum nulla lex aut ratio huiusmodi crimina a Regula excipiat. Iure ꝑ autem Saxonum transigentes de crimine famoso, poena infamix notantur. per express. text. lib. 1. artic. 37. ibi. *Vel qui paciscuntur seu concordauerint, pro spolio, furto, vel ea reddunt, (alij textus addunt, & qui vitam cutim, aut crines redemerint) si in his corâ Iudicio convicti fuerint, notantur infamia, & juris sunt alieni.* Quod item cōfirmat glossa eiusdem juris, lib. 3. artic. 17. Vbi etiam consilium datur, quomodo ex-

re

Ggg 2

tra

tra periculum pœnæ infamix, de huiusmodi criminibus transigere vel pacisci quispiam possit, ut potè si reus cum auctore per aliam personam de crimine perpetrato componat: prout id in Regno super homicidijs, ob metum pœnarū in Constitutionibus expressarum, quotidie ferè practitari videmus.

OBSERVATIO

XC. 90

Violentiam committens in rebus alicuius qua pœna afficiendus sit?

SUMMARIA

- 1 Raptores rerum alienarum mobilium quomodo puniantur?
- 2 Inuadens res alienas immobiles qua pœna afficiatur?
- 3 Iure Saxonum res alienas violenter occupans in quantum teneatur?

Violentia privata quando fiat? 4

Violentia publica quando committatur? 5

Violentiam publicam inferens, quando pœnam capitis mereatur? 6

Deportationis vice hodie successit bannus seu prescriptio. 7

Violentus possessor ad restitutionem damnorum & expensarum tenetur. 8

Distinctio inter bona & mala fidei possessorem in restituendis fructibus. 9

Fructus in jure alij dicuntur naturales, alij industriales. 10

Bona immobilia violenter occupans, vel res mobiles rapiens in quantum teneatur, haud incògruè quaeri potest? Qua in re variae proditæ sunt in jure Civili actiones. Et primò quidem

dem adversus huiusmodi violentos raptores bonorū mobilium (qui & improbi fures in jure vocantur, prout est textus in *pr. Instit. de vi bonorum raptorum*.) competit remedium l. 2. C. de vi bonor. rap. cuius hæc sunt verba. *Si res mobiles, quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translātū, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem, intra annum quidem, quo experiundi potestas fuit, in quadruplum: post annum in simplex intendere non vetaris.* Competit præterea actio criminalis ex lege Iulia de vi publica & privata, secundum qualitatem criminis admissi intentanda, ut videre est in l. si quis. 7. Cod. ad l. Iul. de vi publ. & privata. Contra illum verò, qui bona immobilia violenter inuadit, primū quidem ex interdicto

unde vi, de eo quod deiecit, etus ille tunc ibi habuit, intra annum: post annum verò de eo, quod ad eum qui vi deiecit, pervenerit, iudiciū datur, juxta tenorem legis 1. in *pr. ff. de vi & vi armat.*

Deinde etiam ex constitutione l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. lib. 8. tit. 4. adversus huiusmodi violentum occupatorem procedi potest, cuius legis talis est dispositio. *Si quis in tantam furoris pervenerit audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud homines quoslibet constitutarum, ante adventum Iudicialis arbitrij violenter invaserit: dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominium eiusdem rei amittat: Si verò alienarum rerum possessionem inuasit: non solum eam possidentibus reddat, ve-*

rum etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur. Quod item in l. nō ab re est. 10. C. eod. tit. circa finem. repetitur his verb: *Eos namque jubemus pro tanta sua iniquitatis impudentia, si cognitionis judiciariae eventus fuerint condemnati, rei cuius possessionem sponte restituerit usq; ad definitivam sententiam minimè passi sunt, estimationem victrici parti unà cum ipsa re debere compelli.* At † jure Saxonum

3 bona aliena sive mobilia, sive immobilia violenter rapiētes & occupantes, non alia afficiuntur pœna, nisi ut restituāt bona ablata, multam Iudici solvant, & pœnam 30 videlicet solidorū ei, cui vim intulerunt, luant. per expres. text. in Sp. Sax. lib. 3. art. 47. ibi: *Quicumq; aliquid alij iniuriose abstulerit, reddere compellitur cum emenda.*

Sed

Sed si auferens ablatam rem habere non posse iura verit, in eius estimationem (nisi fortè eam suo juramento minuerit) condemnatur. Pro quo facit alius itidem textus eiusdem lib. artic. 43. ibi: *Quarū rerum se homo non jure intronmittit, si eas jure dimittere compellatur, cum multa* Et emenda his renunciare cum oportebit. Vbi glossa eiusdem juris distinguendo docet, aliam esse violentiam † privatam, cū quis non expectata judiciaria decisione, privata autoritate, absque vi tamen, bona aliena occupat: quo casu restitutionem rerum vi ablatarum cum omni causa damni dati, procedere non negat, per jura suprā allegata. Aliam † verò publicam, quæ fit manu forti & armata, id est armis, vel quocunq; genere telli, quo quis alium inuadere pos-

4
5

6 possit. Eo casu si huiusmodi violentiam inferens accusatus criminaliter fuerit, poena capitis puniri debet; per tex. lib. 2. artic. 70. ibi: *Qui verò violentiam committit, est (ut supra dictum est.) iudicandus, scilicet tanquam violator pacis publicae, ut notat gl. eiusd. jur. lib. 3. art. 20 vers. fina.*

Quamvis ex lege Julia poena deportationis tantum, (in cuius locum hodie successit bannus, seu proscriptio recte glossa in §. relegat. Instit. quib. mod. patria potest. soluit.) imposita sit. per text. in l. qui do. lo. 10. in fine ff. ad. l. Iuliam de vi publica. Sin t̄ verò conveniatur tantum civiliter, tunc huiusmodi violentus occupator, non solū ad restitutionem bonorum, & refusionem emolumentorum omnium & censuum, quæ ex bonis vi ablatis percipi potuissent, compelli debet, (prout in

causa Georgij Roth Nobilis Annæ Klumowska plenipotentis: & Christophori Slowikowic Anno 1578, Sabbato ante festa pentecostes, piæ memoriæ D. olim Stephanus iudicaverat) sed etiã damna, circa hanc violentiam deiectionem facta, & expensas litis resarcire tenentur. Cæterum t̄ quod resti-

9
tutionē fructuum attinet, distinctio facienda est inter bonæ & malæ fidei possessorem. Nam bonæ fidei possessor, qui videlicet rem certo juris titulo possidet, tenetur restituere rem cum fructibus industrialibus, ante inchoatam litem perceptis vel extantibus, post ceptum verò iudicium, etiam culpa neglectis vel consumptis. Malæ autem fidei possessor, qui & prædo dici solet, & nullam justā causam possidendi habet, omnes in-

distinctè fructus, tam naturales quàm industriales, & non tantum eos, quos percepit, sed etiam quos percipere debuit ac potuit, restituere debet. per expres. text. in l. certū. 22. Cod. de rei vindicat. & in §. si nō à domino. Instit. de rer. divisio.

10 Ad extremum ꝑ obiter notandum est, quod fructus duplici modo in iure accipiuntur, ut potè quidā sunt naturales, quos natura sua sponte, sine cultura & cura hominum producere solet, ut sunt arbores fructiferæ, item lac, lana, agni, vituli, & id genus alia: quidam industriales, qui non sua sponte proveniunt, sed industria & cultura hominum opus habent, cuiusmodi sunt frumenta omnis generis, census, reditus, & similia. Ac proinde fructus naturales bonæ fidei possessor præstare cogitur, sive extent adhuc

& à solo separati sint, sive iam consumpti sint: quia sine opera & cura ipsius à natura proveniunt. per express. text. in l. fructus. 45. ibi: *quia nō ex eis factis fructus nascitur.* ff. de usuris. & d. l. certum. Cod. de rei vindicat. Et pars fundi censentur. l. si pendentes. ff. de usufructu & l. fructus ff. de rei ven. Quod tamen ita verum est, si ex ijs fructibus consuptis bonæ fidei possessor locupletior factus sit, alioquin nō tenetur ad restitutionem huiuscemodi fructuum. per textum in l. bonæ fidei. 48. ff. de acquir. rerum. dominio. Fructus verò industriales, si cōsumpti sunt, bonæ fidei possessor lucrifacit, neq; ad restitutionem eorū cogi debet, nisi quando adhuc extant, & à solo separati non sunt. per jura suprā allegata d. l. certum. & d. l. bonæ fidei. Et hæc de fructibus hoc loco dicta sint, de dam-

&

nis

nis verò & litis expensis sequenti observatione videre licet.

OBSERVATIO
XCI.

Damna & litis expensis, quando & quomodo peti possint?

SUMMARIA.

- 1 *Expensae litis cur victori debeantur?*
- 2 *Iustam causam litigandi iudex cognoscere debet.*
- 3 *Damnum quid sit?*
- 4 *Impensae triplices in iure reperiuntur.*
- 5 *Expensarum litis nomine quid praestari soleat?*
- 6 *Victor damna & litis expensas liquidare, ac iuramento comprobare debet.*
- 7 *Iudex modum iurijurando in litem statuere potest.*
- 8 *Post iuramentum praestitum, an iudex taxationem facere possit?*

In-

Iure Saxonum vincens 9 absq; iuramento & iudicis taxatione consequitur estimationem rei, & damni accepti.



Victum † in expensarum causa victori esse condemnandum, generalis traditur regula. in l. properandum 13. §. siue autem 6. Cod. de iudicijs. Quod ideo fit, ne temerè homines ad litigandum procederent, ut inquit Imp. Iustinianus in princ. Instit. de poena temerè litigant. Vnde haud obscure colligi potest, quod si quis iustam causam litigandi habeat, etiam si sententia cōtra ipsum lata sit, non condemnatur in expensis. per textum in l. qui solidū. 78. §. etiam 2. ibi: *Nec aliud seruabitur in litis sumptibus, si ratio litigandi non fuit.* ff. de legat. 2. Quod ita demum procedit, nisi per stipulationem essent promissae,

H h h

vel

vel jureactionis, aut ratione contumaciæ deberentur, ut in d. §. siue autem. 6. Cod. de judicijs.

2 DD. tradunt. Quando fauorem iusta causa litigandi esse dicatur, non potest certa dari regula, sed arbitrio iudicis relinquendum est, qui ex circumstantijs rei & facti, ac conditione personarum id cognoscere debet. Quoniam verò *improbis litigator*, (ut inquit Imp. Iustinianus in §. hæc autem. Instit. de poena temerè litigant.) *qui nullam iustam causam litigandi habuit, sed tantum fatigandi adversarij causa litem movit, damnnum* & *impensas litis inferere adversario suo cogitur*, dicto §. hæc autem. idcirco quid hinc damni & expensarum nomine veniat, scire oportet. Damnum & ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dictum esse vult Ictus Paulus in l. 3. ff.

de damno infecto. Vnde consequens est, illud propriè damnus dici, per quod bona facultatesq; nostræ diminuantur: veruntamen in eo casu etiã illud damnus dici potest, quod ex cessante lucro emergit. Equũ enim est, ut eius quoq; ratio habeatur, quod quis lucrifacere potuisset, nisi lite huiusmodi impeditus esset: quamvis aliàs de lucro cessante, diversæ sunt DD. opiniones, ut videre est apud Cuiatium in tract. ad Afric. in l. si fundus. 33. ff. locati. In Curia quoq; in causa Mollerii contra Chyrurgos Gedanenses Sabbato ante Dominicam Exaudi Anno D. 1597, luci cessantis rationem non esse habendam pronunciatũ fuit. Expensæ vero siue impensæ, quãvis sub triplici reperiãtur differẽtia, ut potè necessariæ, utiles & volun-

de

ptus

5 ptuariæ l. impensæ. 79. ff. de verborum significationib. attamen + litis expensæ illæ tantum præstantur, quæ circa litem necessariò factæ sunt, ut potè honoraria advocatorū, sportulæ Iudicum, salaria notariorū pro cōficiendis instrumentis, & redimendis processibus, ad causam immediatè pertinentibus. per text. in l. sancimus. Cod. de judic. & in l. i. §. in honorarijs. ff. de varijs & extrao. cog. Item quæ fiunt in viatico, maximè verò quæ fiunt in esculentis, poculētisq; dum quis litis causa peregre proficisci cogitur. per text. in l. eum qui. 79. in verbis: *Eum quem temerè adversarium suum in iudicium vocasse constitit, viatica litisq; sumptus adversario suo reddere oportebit.* ff. de iudicijs. Et in Curia, in causa honestæ Reginae Lesicina Civis Lublensis, contra Magistratum

Ci,

Civitatis eiusdem anno D. 1580, feria sexta post festū Purificationis B. Mariæ virginis pronunciatum est. Act̄ proinde quando in huiusmodi litis expēsis victor 6 victori condemnatur, tunc iuramentum prius ab eo præstari debet. per text. in cap. inprimis 7. vers. gloriosus. 2. qu. 1. in verbis: *Gloriosus autem Comitius quicquid prædictus Episcopus per violentiā, atq; insecutionem ipsius expēdidisse vel damnum pertulisse dato sacramento firmaverit, eidem Episcopo restituere compellatur.* Hinc liquidò constat, quod damna & expensæ à parte liquidari, & iuramento corporali confirmari debeant, pro ut etiam in Curia Regali, in causa cuiusdam Iudæi Maier dicti, cum Iohanne Zeidlicz, à D. olim Stephano Rege, anno D. 1580, Vil-

Hhh 2

næ

7 nã decretum fuit : quæ pra-
xis in hunc usq; diem pas-
sim obtinet. Ne tamen a-
ctor hoc prætextu in im-
mensum juret, potest iudex
modum statuere iurijuran-
do, ut intra certam quanti-
tatem juretur, per express.
text. in l. videamus. 4. §. jurare 2. ff. de
in lit. jurand. in verbis: *Jurare
autem in infinitum licet. Sed
an Iudex modum iurijuran-
do statuere possit, ut intra
certam quantitatem juretur,
ne arrepta occasione in im-
mensum juretur, quero? Et
quidem in arbitrio esse Iudi-
cis, deferre jusjurandum, nec
ne, constat. An igitur qui
possit jusjurandum non de-
ferre, idem possit & taxa-
tionem iurijurando adijcere,
quæritur? Arbitrio tamen
bonæ fidei Iudicis etiam hoc
congruit. Et in l. in actionibus. §. 1.
ff. eodem. in verbis: *Sed Iudex
potest præfinire certam sum-**

mam

8 *man, usq; ad quam juretur:
licuit enim & à primo nec
deferre. Immo t quod ma-
gis est, & post præstitum ju-
ramentum licebat olim Iu-
dici vel absolvere, vel mino-
ris cõdemnare. ut videre est
in l. l. in actionib9. §. 2. ibi : *Item
si juratum fuerit, licet Iudici
vel absolvere, vel minoris
condemnare. Et in l. sancimus 15.
ibi : *Æstimatione Iudicis
quantitate eorum desinien-
da, postquam juratum ab eo
fuerit, qui fecit expensas.
c. de Iudic. Idque ex ea potissi-
mum ratione: quia illud ju-
ramentum est affectionis,
quam iudex ex æquo & bo-
no temperare potest. Neq;
verò de periurio talis accula-
ri potest, siquidem ex neces-
sitate juris in litem juravit.
per l. ult. ff. de in lit. jurando. Hoc
tamen ita intelligi debet, ut
non pro miscuè, sed tantum
ex magna caula, & non nisi***

re-

reperitis novis probationibus, ab hoc juramento necessario semel praestito, recedi possit. prout in d. l. videam §. pen. expresse his verbis traditur: *Item videndum, an possit Index, qui detulit iusjurandum, non sequi id; sed vel prorsus absolvere, vel etiam minoris condemnare, quam juratum est. Et magis est, ut ex magna causa, & postea repertis probationibus possit.* Quod postmodum jure novo correctum est, ita ut jam post praestitum iusjurandum, iudicis taxatio locum nullo modo habeat. per clarum text. in auth. post iusjurandum. C. de iudi. quae sic se habet: *Post iusjurandum delatum & praestitum, non licet Iudici amplius taxare: Sed & si hodie prius*

9 *Index taxaverit, & ita secundum quantitatem a Iudice taxatam juratum fuerit, non habeat licentiam Index*

mie

minus, quam juratum fuerit, condemnare. Sed si viderit Index neutrum litigatorum subdi debere rationi sumptuum propter negotij varietate, sua sententia hoc declaret. Et in Novell. Constit. 82. §. oportet. in verbis: *Maneat ergo etiam nunc in eodem schemate custoditum, illo solo adiecto, si iusjurandum intulerit de expensis Index victori, scilicet cum quantitate, quae ei visa erit, recte se habere* (quam taxationem vocant leges.) *deinde ille iuraverit, non habere licentiam Iudicem minus, quam juratum est, condemnare, neque videri clementiorem lege, quae haec disposuit.* Ex quibus haud obicure colligi potest, quod damna & expensa, non modo per partem liquidari & comprobati soleant, verum etiam per Iudicem taxari & moderari possint: Quod pra-

praxis etiã Curia sequi ma-
luit, prout id ex decisione
inter Nicolaum Koczur de
Checinij & Matthiam Pa-
wecha anno 1585, sabbato
ante Pentecosten facta, vi-
dere licet. Obiter autem no-
tandum est, quod litis tan-
tum expensæ tunc victo-
ri debeantur, quando reus
minus justam causam li-
tigandi habens in causa vi-
ctus est d. l. sancimus. C. de iudicijs.
at quando reus ob contu-
maciam causa cadit, eo casu
non solum litis expensas, sed
etiam damna, unã cum æsti-
matione rei cõsequi potest.
*teste gloss. in l. i. in verbo: tene-
bitur. ff. de alienat. judic. mu. ca. facta.*
Porro ꝑ jure Saxonũ etiam
sine juramento & iudicis ra-
xatione, pars lesa in æstima-
tionem rei condemnari de-
bet, nisi fortè reus median-
te juramento suo, minuat
seu moderetur huiusmodi
æsti

æstimationem, per express.
text. in Sp. Sax. lib. 3. artic. 47. ibi:
*Sed si auferens ablatam rem
habere non posse iuraverit,
in eius æstimationem (nisi
fortè eam suo juramento mi-
nuerit) condemnatur.* Quod
tamen ita intelligitur, nisi
res amissæ, de quibus agitur,
habeant expressam jure Sa-
xonum æstimationem: nam
tunc omninò ei stari debet,
ut dicit notabiliter gloss. in
d. artic. 47. supra verbo. *Nach-
den werden. &c.* Quæ autem
res à jure æstimate sint, ha-
bes in textu lib. 3. artic. 51.
& similibus.

OBSERVATIO XCII.

Appellatio ob damna
& litis expensas, in senten-
tia definitiva omissas,
victori an de jure sit
permissa?

SUMMARIA.

Ap-

1 Appellatio regulariter
cuiuslibet, & à quacunq; cau-
sa permissa est.

2 In causa expensarum litis
quando victori appellare
non liceat?

3 Iudex injuria afficitur,
quando utraq; pars ab eo ap-
pellat.

4 Expensae litis circa prola-
tionem sententiae peti debent.

5 Expensae litis à Iudice de-
cerni possunt, etiamsi petita
non sint.

6 Iudex expensas litis com-
pensare potest.

7 Appellatio a remissione
quomodo differat?

8 Appellationes quae in Cu-
ria à DD. Assessoribus in-
terponuntur, nō habent vim
purae provocationis.

9 Iudicium DD. Assesso-
rum ob non admissam appella-
tionem nemini adcitare
licet.

Et si verò t̄ regul- 1
lariter appellatio
ab inferiori ad su-
periorē Iudicem, cuius, in
quacunq; causa, & à qua-
cunq; sentētia definitiva, vel
vim definitivā habente, de
jure sit permissa, quippè cū
per appellationem iniquitas
judicantium, vel imperitia
corrigatur, teste. Vlpiano in
l. i. in pr. ff. de appellationibus. attra-
mēn f̄ in eo casu, quando
utraq; pars, reus scilicet & 2
actor, secundum quem judi-
catum est, ob id, quod Iu-
dex in sua sententia nullam
aut minorem fecerit menti-
onem sumptuum litis vel
detrimentorum, ad superio-
rem Iudicem provocat, au-
diendus non esse videtur.
per clarū text. in l. omnē honorē. to-
his verbis: Omnem hono-
rem saluum Iudicibus resero-
vantes, si quando una pars

quasi lesa per definitiuā eorum sententiam, provocatiōe usa fuerit, interdiciamus alteri parti, quæ vicit, pro hoc tantummodo, quod nihil caspere pro sumptibus litis vel detrimentis, vel min⁹, quàm oportuerat, iussa est, provocatiōem offerre. Cod. quando provocare non est necesse. Iudicium itaq; honori id tribuitur, ne is, qui sententiam in principali latam approbat, ab ea appellare possit, hoc solo pretextu, quòd nulli, aut minores sumptus litis sententia iudicis fuerint illi adiudicati. Haud enim minima affici videtur injuria iudex, si utraq; pars, tam reus, quàm actor, ab eo appellet. Quod si verò reus condemnatus, ab ea sententia non provocaverit, æquissimum est, ut ob sumptus à Iudice omissos, is qui vicit causam, appellare possit

Nul

Nullum enim aliud illi remedium superest, quàm ut appellatiōem interponat, per expressum textum in l. terminato. 3. his verb: Terminato transactoq; negotio, posthac nullis actio, neq; ex rescripto super sumptuum petitiōe preste-tur, nisi iudex, qui de principali negotio sententiam promulgarit, cominus partibus constitutis iudica pronuntiatiōe significaverit, victori causa restitui debere expensas, aut super his querelā iure competere. Post absolutū enim dimissumq; iudicium, nefas est litem alteram cōsurgere ex litis prima materia. Cod. de fructibus & litium expensis. Ex quibus manifestè colligi potest, quod litis expensæ circa prolationē sententiæ peti debeant, quo casu si iudex id prætermiserit, de proprio huiusmodi pœnæ subiacebit, & red-

dere

dere eas parti læsæ cogitur. *per textum in l. properandum 13. §. si ve autem alterutra. Cod. de judicijs.*
 alioquin si non fuerint petita, iudex hac pœna non adstringitur: accamen + si vult ex officio suo, potest reum cõdemnare in expensis. *per expressum text. in d. l. omnem honorem. ibi: Iudicibus scilicet, si ve florentissimis proceribus sacri nostri palatij: si ve his, quibus pro minore litium aestimatione consultatiões delegantur (si perspexerint adinwandũ esse victorem sumptuum perceptione) etiã sine provocatione eius hoc statuentibus, Et justam eorundem sumptuum quantitatem definientibus.* Atq; utinam id in Curia quoq; Regni sæpe fieret, quo improbi litigatores, & à Iudicio D D. Abses, forum ad Regiam Maiestatem protrahendæ litis, & adversarij fatigandi causa
 te-

temerè provocantes, metu huiusmodi & similiũ (quæ in arbitrio Iudicis consistunt. *per textum in l. eos. Cod. de appellat.*) pœnarũ, facilius coerceri possint. Equidem lites non essent tam crebræ & planè immortales, si mulq; miselli homines, qui aulam sectantes vix è mēdicata stipe vitã ducere possunt, aula relicta, agriculturæ operiq; domestico vacarent impensius. Ac insuper / huiusmodi expensæ litis à iudice pos-
 sunt cõpensari, ita tamen, ut in sententia causa compensandi exprimatur. *per text. in §. oportet. auth. de iudicibus. in verbe Oportet autem expensarum rationẽ iudices omnino examinare.* Causa verò compensandi ea potissimum videri potest, quando utraq; pars causam litigandi se habuisse comprobavit. Nec interest quod expensæ utriusq;
 I i i usq;

usq; partis raro cõsequari possint, ut potè quod plerumq; una pars plura sentiat incommoda, & sumptus faciat maiores, quàm altera: Id enim ob justam litigandi causam, quam pars utraq; se habuisse agnoscit, in jure nõ attenditur: prout etiam in praxi Curiaë quotidie fieri videmus, cuius rei exempla recensere supervacaneũ foret. Ad extremum ¶ nota da est hoc loco differẽtia inter appellationẽ & remissionẽ. Quamvis enim hæc duo in jure per text. *l. cum a nobis* §. *Cod. de dilationib.* conjungantur, & utrumq; in eo conveniat, quod causa ab inferioribus & minoribus iudicibus ad maiores & superiores, à quibus dati sunt, referatur. toto titulo *ff. quis & a quo appelletur*; at tamen in eo maximè differunt, quod appellatio iudice, & plerumq; par-

parte invitis fiat: remissio verò ultro à iudice & partibus ipsis interdum consentientibus perficiatur, quæ etiam consultatio appellari potest. *l. in offerendis. 37. & l. ult. Cod. de appellationibus.* Et idè ¶ in Curia Regni omnes causas, quæ à iudicio DD. Assessorum ad Regiam Mtem devolvuntur, non puræ provocationis, & increpationis sententiæ, sed remissionis potius vim obtinent, ita ¶ ut per antiquissimam Curiaë praxim, de non admissis appellationibus à iudicio DD. Assessorum per ad citationes contendere liceat nemini. Alioquin qui temerè huiusmodi citationes impetrare præsumperint, selsione turris, vel alia pœna arbitraria affici debent: prout contra Zabokrzecki año 1591 pronunciatũ, severeq; prohibitum est, ut in posterum


rum, neq; ille ipse, neq; quis
quam alius ad ea consilia
descendere praesumat.

OBSERVATIO
XCIII. 93

Appellatio intra quod
tempus insinuari debeat?

SUMMARIA.

- 1 Appellatio quando insi-
nuari olim poterat.
- 2 Hodie ad insinuandam ap-
pellationem decendium com-
petit.
- 3 Decendium in appella-
tione currit a tempore scien-
tia.
- 4 Extraordinaria appella-
tio qua dicitur?
- 5 Metus in jure quomodo
accipiendus sit?
- 6 Appellatio jure Saxonum
viva voce statim, & in con-
tinenti fieri debet.
- 7 Appellatio intra quod
tempus proseguenda sit?



Empus insinu-
andae appellatiois
a definitiva senten-
tia jure Civili erat olim bi-
duum, † in causa propria: 1
aut triduum, in aliena. per
l. r. §. biduum. 8. ff. quando appell. sit.
Et clarius in l. eos. 6. §. ult. C. de app.
in verbis: *Sin autem in ju-
dicio propriam quis causam
fecerit persecutus, atq; superas-
tus voluerit provocare, eos-
dem die vel altero libellos
appellatorios offerre debebit.
Is vero qui negotium tuetur
alienum, supradicta condi-
tione etiam tertia die provo-
cabit.* Quod † tempus postea
modum ab Imperatore Iu- 2
stiniano summa juris aequi-
tate ad decendium usq; pro-
ductum est, ut patet ex No-
vell. 23. cap. 1. quae sic se ha-
bet: *Et sancimus omnes ap-
pellationes sive per se, sive
per procuratores, seu per de-
fensores, vel curatores vel*

tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium à recitatiōe sententiæ numerandum, iudicibꝫ ab ijs, quorum interest, offerri; siue magni siue minores sint, ut liceat nimirum intra id spatiū plenissimè deliberare, siue appellandū ei sit, siue quiescendum: ne timore instante opus appellatorum frequētur: sed sit omnibꝫ inspectio- nis copia, quæ indiscussos hominum calores potest refrigare. Quod ꝑ decendum

3 (juxta communem DD. juris opinionem) currit statim à tempore latæ sententiæ, adeoq; de momento in momentum, ita ut etiã dies feriati includantur, & hora, qua sententia lata fuit, assignetur. ut præclare notat Speculator tit. de appellatio. §. restat. num. 3. Ita tamen, ut ex tempore scientiæ, quo nimis

rum sententia in præjudiciū par-

partis appellantis lata esset, decendum illud connumeretur. per clarum textum in cap. decertationi. in verbis: postquam sciuerit. ext. de appellatione in sexto. Idq; DD. juris etiam ad extraordinariam appellationem extendere solent, cum ꝑ videlicet iudicis, à quo appellatio interponi debebat, eo tempore copia haberi non potest; ut potè quia absens vel propter metum, aut aliquam suspiciōem corā appellari nō potest, tum eo calu, si intra tempus jure definitum, coram alio iudice, notario, testibus alijsq; personis honestis id declaret ac protestetur, quod à gravamine per iudicem ordinariū sibi illato appellare voluerit, appellatio de jure subsistere potest, pro quo expressus est textus in cap. fin. ext. de appellat. lib. 2. tit. 28. cuius hæc sunt verba: Si iustus metus

quo

quo minus appella veris, te excusat, ad appellatiōis reputaris beneficium convolasse, dummodò intra tempus, quo licite provocatur, corā iudice à quo appellasse volueris: vel si habere copiam ipsius nequivisti, in praesentia bonorum virorum protestatione super hoc proposita causas appellationis duxeris exprimentas. Cui ad stipulatur quoq; textus in l. 2. Cod. de his qui per metum. iudic. non appell. in his potissimum verbis:

Qui verò vim sustinuerunt, contestatione publicè proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellari licet, causam appellationis e vidēti adfirmatione distinguant: ut hoc factò tanquam interposita appellatione, iisdem aequitatis adminicula tribuantur. Metus ꝑ autem talis hic intelligi debet, qui nō vani sit hominis, sed qui me-

ritò & in hominē constantissimū cadat, & qui sit maioris malitatis. ut inquirunt Icti Vlpian. in l. 5. & Gaius in l. 6. ff. quod met. caus. gest. erit. lib. 4. tit. 2. Huiusmodi itaq; extraordinariae appellationes etiam in Regno locum habent, quod & in Curia, in causa inter Iacobū Trunck, & Zachariam Hartman cives Gedanen: Anno 1591 comprobatum fuit. Porro ꝑ jure Saxonum aliter se res habet: nam hoc jure appellationes viva voce statim & in continenti (seu ut vulgò dicunt, stante adhuc pede) post laram sententiam fieri debent. per text. in Sp. Sax. lib. 2. artic. 6. ibi: *Et à sentētia quam audi verit, non appella verit, postmodum ei contradicendi & appellandi facultas denegetur, ubi in vulgari textu ponitur verb: zu hand, quod significat statim*

ritò

&

& in continenti. Rationem verò diversitatis glossa dicti art. 6. hanc potissimum adfert, quòd jure Saxon. partes interrogentur, num acquiescant latæ sententiæ, an non? Cui si semel consenserint, postmodum eandem in dubium vocare nulla ratione queant. *Nemo enim* (juxta vulgatam regulam juris, in l. nemo. 71. ff. de reg. juris.) *potest mutare consiliū suum in alterius injuriam.* Quod ita quidam accipiendum esse volunt, ut quamvis appellatio viva voce in continenti post latam sententiam fieri debeat; insinuatio tamen illius intra decem dies fieri possit, prout etiam in Curia in causa Schopmanni civis Rigen: contra Magistratū civitatis eiusdē anno 1596 Sabbatho post festum S. Ioannis Baptistæ judicatū fuisse memini. Tempus t

7

verò prosequendæ appellationis jure civili est annus, & ex causa biennium, ut in *auth. ei qui. Cod. de temp. & repar. appell.* & latius in *aut. de his qui ingrediuntur. ad appell. cap. 1. coll. 5.* Jure autem Saxonum sex septimanarū, ut est text. lib. 2 art. 12 in verbis: *Et infra sex septimanarum tempus confirmatam ab imperio sententiam reportet,* & gloss. ibidem rationem diversitatis tradit, quòd videlicet jure civili appellantes Curiam sequi oporteat. Saxones verò appellationem nō prosequantur, nisi cūm Rex cum Curia sua in Saxoniam advenerit: quo Privilegio in Regno Cracouien: etiam uti palam est. Hinc colligitur, quod appellans, si infra fatalia appellationis expeditionem consequi nequeat, ideò non succumbat in causa. *Quis enim* (ut ibidem glossa tradit)

dit)

dit) cogere potest Imperatorem, ut ipse jus dicet cum quis voluerit, sed expectare oportet, quoad voluntas ipsius intecelserit. Hodie quo ad tempus prosequendae appellationis jus civile in praaxi observatur: prout in Curia inter Sciregulski, & Feniadi civem Lublinen: Varsoviæ, anno 1596, sabbato ante festum S. Margarethæ decisum fuisse liquet.

OBSERVATIO XCIII.

An ea, quæ coram Iudice à quo non sunt allegata aut probata, coram Iudice appellationis de novo allegare aut probare liceat?

SUMMARIA.

I Apud Iudicem appellationis an liceat non allegata allegare, & non probata probare?

Ius

Iure Culmensi idem obtinet quod iure Civili.

In termino prosequenda appellationis, licet articulos novos proponere, sed prioribus non contrarios.

In causa appellationis, nova probationes fieri non possunt.

Exceptiones in causa appellationis quales proponere liceat?



Ongruit superiori etiã hæc quaestio: An ea quæ coram iudicè à quo, non sunt allegata aut probata, coram iudice appellationis de novo allegare aut probare liceat? Qua in re Imperator Iustinianus divina sanctione ita decernit: *Vi licentia quidem pateat in exercendis consultationibus, tam appellatori, quam ad versa parti, novis etiam adsertionibus utendi vel exceptionibus*

bus

bus, quæ non ad nouum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur & illis coniuncta sunt, quæ apud anteriorem Iudicem noscuntur proposita. Sed etsi qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verum apud sacros cognitores, sine procrastinatione præberi poterunt: id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotijs pleniore subueniatur veritatis lumine. l. 4. Cod. de tempor. & reparat. appellat. Cui concordat textus in l. eos. c. §. si quid. his verbis: Si quid autem in agendo negotio minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio actõ fuerit omissum: apud eum qui de appellatione cognoscit, persequatur. Vbi sequitur statim, dignum sanè Imperatoria

Ma-

Maiestate elogium. Cum (inquiunt Impp. Dioclet. & Maxim.) *Votum* gerentibus nobis aliud nihil in Iudicijs, quàm *justitiam* locum habere debere, necessaria res fortè *transmissa*, non excludenda videatur. c. de appellat.

Quod iure Culmensi quoque obtinet. Et Curia in causis eiusdem juris id sequi non dedignatur, prout in causa Ioannis Thebaldi Plenipotētis Casparis Stumph civis Norimbergen: contra Melchiorē Walbach, Consulem civitatis Varssouien: anno 1588, similiter in causa Arculariorū Varssouien: contra Zakrocimen: Anno 96. die 18. Octob. & alijs quamplurimis, iudicatum fuit: quamvis in alijs causis juris Maydeburgensis secus fiat, verum tamen supradicta non simpliciter, sed suo quodā modo vera esse scien-
dum

dum est: ita nimirum, ut in termino prosequendæ appellationis liceat quidem articulos novos proponere, non tamen prioribus directè contrarios, sed dependētes a prioribus, & facientes ad causam. Exempli gratia: si in prima instantia petij bovem, postea in causa appellationis peto equum, & induco novas probationes ratione equi, id non procedit: sed si peto rem meam jure dominij, non tamen ad specialem causam me adstringo, postea in processu causam emptionis sum persecutus, & succubui; postsum nihilominus in appellatione persequi causam donationis, vel aliam, ex qua dominium potest acquiri: quia ista nova causa potest includi sub primo libello generaliter de dominio loquente: quod etiam haud

ob-

obscurè innuere videtur supra citata lex per hanc C. de appellatio. Porro novæ probationes, quæ fiunt per testes etiam super iisdem articulis, vel directò contrarijs, in causa appellationis fieri non possunt, per clarum text. in cap. fin. Clement. de testibus. his verbis: *Testibus ritè receptis, & eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem, vel directò contrarijs articulis alios vel eosdē testes in principali causa producere; sic non debet in appellationis causa licere. Cum non minus in appellationibus, quàm in principali causa subornatio sit timenda.*

Exceptiones t̄ verò tantum illæ, quæ post litem contestatam opponi possunt, rectè in causa appellationis proponuntur, non etiam hæ, quas antè litem contestationem proponi necesse est, per

K k k

text

textum in l. ita. 13. his verbis:
Ita demum super lite prosequenda, quam tibi mater mandavit, actionem intentare potes, si cum primùm litem contesta veris, non est tibi eo nomine opposita praescriptio militia, quod nec cū appellatio agitur, tibi obijci potest *Et.* Cod. de procurat.

OBSERVATIO XCV.

Appellatio ad superiorem intermisso medio iudice, an sit permessa?

SUMMARIA.

- 1 *Appellari ad superiorem intermedio Iudice omisso, cur non liceat?*
- 2 *Magdeburgum est sedes Municipalis juris Maydeburgensium.*
- 3 *In Polonia ex Maydeburgo jus petere quando cessatum sit?*

De appellatione ad intermedium iudicem juris dispositiones.

In appellationibus consuetudo loci attendenda est.

Consuetudo civitatis Convenien: in appellationibus interponendis.

Casus quibus ad intermedium iudicem appellatio omitti possit?

Iure Canonico intermisso medio Iudice appellari potest ad Curiam Romanam.

Quod t appellari non possit ad superiorem Iudicem intermisso medio, originem ex jure Municipali Maydeburgensis traxisse videtur. Nam t cum in ea Civitate Otto Imperator primam sedem juris Municipalis collocasset, voluit ut omnes de Polonia, Bohemia, ab Halensibus primùm (quæ fuit

De

civi-

civitas secunda post Mayde-
burgū & in jure illius funda-
ta) sententiam in jure pete-
rent: vel si hæc non placue-
rit, ex Magdeburgo eam
apportare possent, prout
gloss. in confirmatione Pri-
vilegij juris Municipalis ab
Imperatore Ottone cogno-
mento Ruffo, año D. 975
feria secunda ante Penteco-
stes facta tradit: idq; per ex-
pressum textum juris Mu-
nicip. artic. 10. in verb: *Ea-
propter omnes de Polonia,
Bohemia, de Marchia, Mis-
nenses & Lusacn: jus suum
in appellando ex Halla re-
portare debent. Si verò Hal-
lenses in sententia deficiant,
vel invenire ignoraverint,
eandemq; querere ex Mag-
deburgo debent, & reporta-
re coguntur.* Quod multis
postmodū temporibus in
Regno servatum fuisse, cer-
tum est. Verū cum litium
cre-

crevisset numero, nimis du-
rum & difficile idvisum est
hominibus, à Civitate, quæ
tot locorum intervallis di-
stat, de re levilissimi etiam
momenti, sententiam juris
expectare. Quapropter ad
instar istius juris consuetu-
do invaluit, ut ex oppidis
ad sex Regni civitates, in
quibus jus supremū, quod
etiā Magdeburgense vocāt,
fundatum est, appellationes
devoluantur, illudq; pro in-
termedio judicio observari
soleat. Porrò de hac instā-
tia appellationis ad inter-
medium judicem, est dis-
positio non solum juris Im-
perialis, prout ex textu in
l. Imperatores. 21. in verbis: *Im-
peratores Antoninus & Ve-
rus rescripserunt, appellatio-
nes, quæ rectè ad Principem
factæ sunt, omissis his, ad
quos debuerunt fieri, ex uno
ordine ad Præsides remitti.*

ff. de appellationib. & relat. videre licet; sed etiam juris Provincialis Saxōici Sp. Sax. lib. 2. art. 12. ibi: *Appellat quis contra sententiam, ad digniorem iudicem tenetur appellare, & ultimò ad Regem.* Quod & in Curia observatum fuisse, praxis continua docet. Et in causa Iacobi Blaszkowicz civis Varssouiensis & Conss. civitatis eiusdem:

Item in causa Sulikowski cum Cwiklicz Anno 91 iudicatum est. Nequaquam enim Iurisdictiones cōfundi debent. per l. nemo. Cod. de Iurisdic. omnium iudic. Nisi tamen consuetudo loci in contrarium sit: magna etenim in huiusmodi solennitatibus usus & consuetudinis solet esse autoritas. per text. in Cap. Romana. Ecclesia. 8. in verbis: *Nisi aliud Remensi Ecclesie de consuetudine competat in hac parte* de appellat. in sexto.

Cuiusmodi t̄ consuetudo 6 etiam in Regno apud Cra-couien. locum habet, apud quos à sententia Consulium intermisso medio Iudice, di- rectè ad Regem appellatur, præterquã quod à Iudicio Scabinali ad ius supremum, de quo suprã dictum est, in- dè autem post Curiam S. R. Mtis. provocationes fiant. Vel si talis casus intercedat, 7. in quo ad intermedium Iudicem appellari non possit, puta si Iudex suspectus, aut diu absens sit, ut notat Bar- tol. in l. 1. §. si quis. ff. de appellat. Sed t̄ hęc iure Canonico ali- 8 ter se habent, ubi omissio Iudice intermedio, semper po- test appellari ad Romanam Ecclesiam. per textum in C. ad Romanam. 2. qu. 6. in verbis: *Ad Romanam Ecclesiam omnes Episcopi, qui volue- rint, vel quibus necesse fue- rit, quasi ad caput suffugere,*

eamque adpellare debent. Et Cui omnino adstipulatur aliud cap. d. 2. causa. qu. 6. quod sic incipit. Ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis appellandum est, Et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, Et a suis oppressionibus releventur: quia non potest nec debet mater oblivisci filium suum.

**OBSERVATIO
XCVI.**

Appellationi utrū renunciare liceat?

SUMMARIA.

- 1 *Unicuique licet his, quae pro se introducta sunt, renunciare.*
- 2 *Appellationi non nisi partibus consentientibus renunciare licet.*

Renunciatio appellationis fit aut expresse aut tacite.

Appellationi intra quod tempus renunciare liceat.

Moribus Francorum appellationi licet renunciare, donec sit decisa: quod in Regno obtinet.

Ne eadem materia etiā hęc quaestio sese offert: Vtrum videlicet beneficio appellatiōis renunciare liceat? Et quamvis juxta vulgatam Regulam juris, unicuique licet his, quae pro se introducta sunt, renunciare. per l. pen. Cod. de pactis. Quod & in hac quaestione per clarū tex. in l. si quis libellos. 28. C. de appellatio. dicendum videtur, cuius ista sunt verba: *Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiā arbitrium commutandi, Et suos libellos recuperandi, ne juste penitus*

Re-

di-

dinis humanitas amputetur.

- 2 Re vera † tamen non nisi partibus cōsentientibus talem renunciationem subsistere posse, testatur textus l. fin. in fine. ibi: *Sin autem partes inter se scriptura interveniente, paciscendū esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum fatale observare: eorum pactionem firmā esse censemus. Legum etenim austeritatem in hoc casu volumus mitigari.* c. de appellat. Vnde liquidò constat, quod talis renunciatio non nisi pacto inter partes inito, fieri possit, pro, ut etiam textus juris Saxon. lib. 2. artic. 12. his verbis innuere videtur: *Et etiā, qui sententiam adinuenerit, ab ea recedere non licebit, nisi ab isto, in cuius profectum pronunciatum est, consentiatur.* Atqui hoc ita accipiendum est,

est, si videlicet expressè fiat renunciatio. Potest † enim illa fieri expressè vel tacitè. Expressè fit per verba expressa, specifica, declarantia ipsam renunciationem appellationis: neq; tamen inducitur eo ipso, si quis dicat se stare sententiæ iudicis, ut notat Robertus Maranth. in Specul. aureo. pag. 523. num. 341. Tacita verò renunciatio potest pluribus induci modis, ut potè per desertionem appellationis, vel quando appellans post factam appellationem causam tractat coram Iudice à quo appellavit: hoc etenim factò videtur appellationi suæ renunciare. quod exprimitur in cap. sollicitudinem 54. illis verb: *Cū ille adpellationis prosecutioni renunciaffe tacitè videatur.* extra. de appellat. Quod etiam confirmatur Decreto Curie inter Zerebowicz & Szepa

Szepper Armenos Anno 97 die ult. Aprilis lato. His instantibus, quod appellationi expressè vel tacitè renunciari possit, quodq; etiam Curiae praxis tenet, prout & in causa Ioannis Sulikowski & Samuelis Czwiklicz Anno 91 decisum fuisse liquet; de eo tamen dubia est apud Interpp. juris quaestio: Intra † quod videlicet tempus appellationi renunciare liceat? Et in iure quidem civili nulla eius rei fit mentio: Iure autem Canonico permittitur renunciare appellationi, donec superiori sit oblata. per Cap. quamvis. 10. ext. de electione. in 6. his verb: *Ceterum in praemissis omnibus casibus, liceat partibus ab huiusmodi appellationibus (nulla tamen interveniente pravitate) recedere, antequam praefata sedi fuerint presentata.*

5 Moribus † verò Francorum (quod

(quod & in Regno observatur) donec sit decisa appellatio, licet renunciare. teste Imbert. lib. 2. Olim verò apud Rom. intra triduum à libellis appellatoris (quorum fit mentio in d. l. si quis libellos.) ingestis, hoc tantum permissum erat, quod ex Cod. Theodosiano cognoscere licet.

OBSERVATIO XCVII.

Vtrum in causa criminali appellatio permitti debeat?

SUMMARIA.

Appellatio in causa criminali ex iure Civili est permissa. 1

Criminis manifesti convictis appellare non licet. 2

Accusatus criminaliter in iure Saxonum appellare non potest. 3

Praxis Curiae ius Saxonum sequitur. 4
Li-

5 *Lipsenses Scabini à sententia definitiva appellationem in causis criminalibus locum habere tradunt.*



AD extremum nō inutiliter quaeri potest: An appellatio in causa criminali de jure sit permiffa? Et jure quidem Civili ex rescripto DD. Imp. Arcadij & Honorij appellationem ad supplicium damnatis, summa humanitatis ratione esse cōcessam, manifestò liquet. Cuius rescripti verba in l. ad dictos. 29. Cod. de appellat. sic se habent: *Addictos supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli per vim atq; usurpationem vindicare liceat ac tenere: quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponenda provocationis copiā non*

*negamus: Et additur ratio: Ut videlicet ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iustitia. Quod ꝑ non de his, qui criminis manifestè convicti sunt, DD. juris intelligi volunt, talibus enim appellatio justè denegari potest. per clarum text. in l. observare. 2. C. quorum appellat. nō recipiantur. Vbi itidē Imp. Constantius & Constans ad Hieroclē Consulem Syriae Celest. sic rescribunt: *Observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemq; eorum, qui manifestam violentiam cōmiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusq; confessus, audiatur appellans. Sicut enim hoc observari disposuimus; ita**

ne-

equ-

aequum est testibus productis, instrumentisq; prolatis, aliisq; argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit, Et ipse qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit; prouocandi licentiam ei non denegari.

Quibus aduipulatur etiam jus Canonicum in cap. cum sit Romana. 5. §. fin. ext. de appellat. lib. 2. tit. 27. his verbis: *Præterea si raptor sit, vel violentus detentor alienae rei, qui adpellat: huiusmodi adpellatio facta in iudicio apud Ecclesias, sicut personas solet audiri, nisi forte manifestus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem Et irrequisitum Apostolus excommunicauit.* Porro † jus Saxo-
3
num accusatum criminaliter omnino appellare non posse tradit, prout in textu

lib.

lib. 2. art. 12. ibi: *Qui pro injuria comprehensus in iudicio praesentatur, sententias increpandi non habeat potestatem, videre licet.* Quo †
4
jure Curia quoq; in huiusmodi casibus uti solet, cuius rei exempla cuius obvia esse possunt. Neq; caret ratione juris istius observatio, ne videlicet delicta diutius manerent impunita. Quotus quisq; enim est istorum maleficorum, qui non velit quacunq; tandem ratione ultimum differri aut deludi supplicium, quod etiam alibi Vlpian. Ictus notatum reliquit, cuius verba. in l. si quis. 6. in pr. ff. de poenis. extant: *Ceterum ut mea fert opinio, prorsus eos non debuisse, posteaquam semel damnati sunt, audiri, quicquid allegent. Quis enim dubitat, e- ludenda poena causa ad haec eos decurrere* Et. Quod †
5

LII

Lip-

Lipsenses Scabini ita intelligunt, nisi per sententiam definitivam reo vel inculpato poena capitis vel mutilationis membrorum imponatur. Eo enim casu etiam hoc jure appellationi locū esse pronuciarunt.

OBSERVATIO XCVIII.

Utrum à sententia arbitrorum appellatio admitti debeat?

SUMMARIA.

1. *Appellatio in causa compromissa locum non habet.*
2. *Ex compromisso nulla oritur actio.*
3. *Arbitrorum sententia etiam iniqua stare debet.*
4. *Arbitrorum tria genera in jure reperiuntur.*
5. *Appellatio à sententia arbitri juris & arbitratoris locum habet.*

Opinio quorundā in causa compromissa poena & stipulatione vallati, si sententia manifestam iniquitatem contineret, locum esse appellationi.

*Explicatio l. non distinctio 7
guem 9. §. cum quidam. ff. de
recept. qui arbitr. recep.*

*Partium consensus ad ino- 8
cognita num referri possit.*

Decisio D D: Assessorum Curia Regalis. 9

IN causa Gratiani Gonsalis Civis Mariæburgensis, cōtra Compromissarios, & Henricum Meithe partem adhærentem, anno D. Millesimo Sexcentesimo secundo, feria quinta post festū Visitationis Beatæ Mariæ virginis, coram judicio D D. Assessorū Curia Regalis agitata, non parvi momenti vertebatur quæstio.

Opi-

Utrum

Utrum videlicet à sententia
 arbitratorum appellare, & per
 consequens ad arbitrium bo-
 ni viri eadem revocare li-
 ceat? Sanè † juris id mani-
 festi esse videtur, quòd à sen-
 tentia arbitri, si nimirum com-
 promissum stipulatione &
 pœna sit vallatum, appellare
 non liceat: idq; propterea,
 quia † inde nulla oritur ac-
 tio, sed metu pœnæ stari
 debet sententiæ arbitrorum,
 per expressum textum in l. 1
 in verbis: *Ex sententia ar-
 bitri ex cõpromisso jure per-
 fecto acti, appellari non
 posse, sapè rescriptum est: quia
 nec judicati actio inde præ-
 stari potest, & ob hoc in vi-
 cè pœna promittitur, ut me-
 tu eius à placitis non receda-
 tur.* Cod. de arbit. quinimo † e-
 tiam si sententia sit iniqua,
 idem omninò obtinere Vl-
 pia. tradit. in l. diem proferre §. Stari.
 in verbis: *Stari autem debet*

sen-

tentia arbitri, quam de re de-
 xerit, siue aqua, siue iniqua
 sit: & sibi imputet, qui com-
 promisit. ff. de arbitris. Qui-
 bus alij taxè refragari viden-
 tur itidem textus juris, ma-
 ximè verò in l. arbitro. in verbis:
*Arbitro ad fideiussores pro-
 bandos constituto, si in alte-
 rutram partem iniquum ar-
 bitrium videatur; proinde
 ab eo, atquè ab iudicibus
 appellare licet.* ff. qui satv dare
 cogantur. Cui etiam con-
 cordat l. cum Specialis. 18. in ver-
 bis: *arbitrum vel arbitros
 eligere etc.* Cod. de iudicijs. Quod
 Accursius nò de arbitro par-
 tium consensu electo & assi-
 gnato; sed de iudice delega-
 to accipiendum esse putat.
 Quamvis etiam † hac in re
 inter arbitros differentia no-
 tanda sit, idq; per textum
 in l. cum antea. in pr. Cod. de arbitris.
 Alij etenim dicuntur arbi-
 tri simpliciter, quos partes

LII 2

mu-

mutua voluntate & consensu eligunt, & in eos sub pœna stipulatione vallata, cōpromittunt, de quibus traditur in d. l. 1. Cod. de arbit. & d. §. stari. ff. eodem. Alij verò arbitratores, qui rem inter partes ex æquo & bono, sine solennitate aliqua juris trāsfigunt, & componunt, quorum fit mentio in l. Societatem. 76. in verbis: *Arbitrorum enim* (scilicet voluntariorū) genera sunt duo, unum eiusmodi, ut siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus: quod observatur, cū ex compromisso ad arbitrum iutum est: Alterum eiusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa, cuius arbitrato fiat. ff. pro socio. Alij deniq; arbitri juris, qui non ex consensu partiū, sed ex necessitate legis & statuti ad finiendas lites deputantur.

tur, ut potè quādo iudex ordinarius pro suspecto habetur. per textum in d. l. cum specialis. Unde liquidò cōstat, quòd tam ab arbitratore, quàm ab arbitro juris, si iniqua illorū videatur esse sententia, appellari possit: ab arbitro autem partium consensu electo, & per stipulationem sub pœnæ impositione confirmato, non item: idq; propterea, quòd nulla ex huiusmodi compromisso oriatur actio vel exceptio, sed tantummodo pœnæ petitio. per expressum text. in l. 2. ff. de recep. qui arbit. recep. Quod tamen quidam ita verum esse putant, si nimirum sententia illorum non contineret manifestam iniquitatem: alioquin datur contra ipsos doli exceptio, quæ instar cuiusdam appellationis habetur, prout Rob. Maranta in Sp. aureo parte 6. pag. 513. num. 265. tradit, idq; per singularem

textum, quem ad hoc allegat in l. non distinguemus 32. ff. cum quidam in verbis: Cum quidam arbitrer ex alijs causis inimicus manifestè apparuisset, testationibus etiã conventus, ne sententiã diceret, nihilominus nullo cogente dicere perseverasset, libello cuiusdã idquerentis Imperator Antoninus subscripsit, posse eum uti doli mali exceptione. Et idem cum à iudice consulere tur, apud quem pena petebatur, rescripsit: etiamsi appellari non potest, doli mali exceptionem in pena petitione obstaturam. Per hanc ergo exceptionem quadam appellandi species est, cum liceat retractare de sententiã arbitri. ff. de recept. qui arbit. recep.

7 Ego tamen fanè non video, cur firma non debeat esse huiusmodi arbitrorum sententia, sive ea æqua, sive iniqua videatur, sibi enim impu-

re

re debet, qui tali rem commisit. per expressum textum in d. l. diem proferre ff. Stari. et in l. cum mandat. 23. in fine in verbis: Imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negotia. ff. de minorib. Et quod semel placuit, amplius displicere non potest, per vulgatam regulam juris. Quinimo nequè textus in d. l. non distinguemus. in contrarium facere videtur. Ibi enim non agitur de arbitri iniqua sententia: Sed de arbitro, quando videlicet inimicus ex causis postea supervenientibus apparet, & attestatione partis interveniente, nihilominus fert sententiam: eo casu si petatur pœna commissio adposita, habebit locum doli mali exceptio, quæ instar cuiusdã est appellationis: quainvis revera etiã tunc appellari non possit, ut ibidem textus habet. Nec

ilo

8 illud ꝑ obstat, quòd vulgò obijci solet, partes dum arbitros constituerent, de manifesta iniquitate non cogitasse, & per consequens, in huiusmodi arbitros nequam videntur consensisse. Idem in iuramentis tantummodo locū habet, quæ non extenduntur ad incognita, idq; propter periculū salutis æternæ; at in his locus est, quæ ex mutuo consensu & voluntate proficiscuntur. Ac proinde ꝑ DD. Assesores quoq; Curia Regni juri communi, & consuetudinibus in omnibus partibus regionibus observari solitis, inhærentes, talem in causa suprâ scripta tulerunt sententiã, quod appellatio à sententia arbitratorū, in quos cum stipulatione & pœna compromissum fuerat, admitti non debeat, & per consequens revocatio

ne

ni ad arbitrium boni viri locus non sit.

OBSERVATIO XCIX.

Bannitus seu proscritus utrum in iudicio locum standi habeat?

SUMMARIA.

Banniti non solum jura Civitatis, sed etiam ea, quæ sunt naturæ, perdunt.

Bannitis domus, hospitium, & mensa denegari debet.

Banniti pro communibus hostibus censentur.

Banniti excommunicatis æquiparantur.

Casus, quibus recipiens bannitum domo vel hospitio, non puniatur.

Amicitia consanguinitati comparatur.

Banniti in iudicio standi locum non habent.

Ban-

8 *Bannitus ad defensionem sui in iudico cōparere potest.*

9 *In regno banniti, siue sint actores, siue rei, in iudicio standi locum non habent.*

1 **B**anniti seu proscripti non solum iura Civitatis, sed etiam ea, quæ sunt naturæ, amittunt. Nam sicut olim apud Romanos deportatis aqua & igni interdicebatur.

§. minor. Instit. de Capit. dim. ibi: minutis. ita hodie bannitis: i

2 *mò quod f magis est, omnia humanitatis iura & officia iisdem denegari solent, vsq; adeò, ut etiam domo, hospitio, mensavè recipere eos liceat nemini, per generalem textum in l. i. ff. de receptoribus. & in l. eos qui. Cod. qui latrones. & alijs criminibus reos occult.*

Quod etiam probat textus sp. sax. lib. 3. artic. 23. his verbis: Qui recipit alitue proscriptum (scienter) hic multam

prestet iudicio; Si verò ignoranter se hac fecisse iuraverit, impunitus erit. Cuius rei duplex potest esse ratio: Vel quod f banniti & 3

proscripti pro rebellibus & communibus omnium hostibus cenleantur. per text. in l. amissione. §. qui deserunt. ff. de Cap. diminut. Vnde cōsequens est, ut is qui communem hostem recipit atq; fouet, contra Rempub. deliquisse videatur. Vel quod f ban- 4

niti æquiparentur ijs, quibus censura Ecclesiastica imposita est, (qui & excōmunicati vocantur,) cum quibus itidem consuetudo omnis est prohibita, idq; propter scandala, quæ ex communicatione cum hominibus sceleratis evenire solent.

per textus in Cap. Cum excommunicato. & cap. Excommunicatis. xi. qu. 3. Quavis f & hæc recipiant limi- 5

tationem in certis casibus, pu-

puta si quis per ignorantiam
bannitum recipiat: Igno-
rantia enim à delicto & pœ-
na excusat. per textum in
l. si quis ignorans ff. locati. vel vi &
metu adactus; nam is culpa
caret, qui scit, sed prohibere
non potest. per textum in
l. Culpa. ff. de reg. juris. Solet etiã
